Digitized by Google

U.S.D.A.
888
H81
S76
v.3

by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# HOMERI

# ILIAS.

---

RECENSUIT ET BREVI ANNOTATIONE

INSTRUXIT

*FRANCISC. SPITZNER SAXO.*

VOL. I. SECT. III.

CONTINENS

LIB. XIII. — XVIII. ADIECTA POTIORE LECTIONIS VARIETATE ET ANNOTATIONE CRITICA.

---

GOTHAE ET ERFORDIAE

*SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.*

MDCCCXXXV.

(Londini apud Black Young et Young.)

Digitized by Google

ERFORDIAE
TYPIS HENNINGS & HOPF.
1835.

Digitized by Google

# EXCURSUS IX — XXII.

## AD

## ILIADIS LIBROS V — XII.



Digitized by Google

Digitized by Google

# EXCURSUS IX. AD HOMERI ILIAD. *E*, 270.

Quid γένος, γενεή, γενέθλη apud Homerum et poetas epicos significent, quaeritur.

## §. 1.

Sermonem Graecum, si cum cum aliorum populorum et antiquiorum et recentiorum linguis contuleris, infinita paene nominum ac verborum, una ex stirpe prognatorum, copia ac varietate praestare nemo nescit. Quod quomodo factum sit, studiosiis indagare ac fontes ubertatis illius latentes aperire huius nec loci est nec temporis. At poetarum operam et sollertiam, qua loquelam communem, barbaram ac rudem, ad chordarum sonos vocisque modos traduxerint, ea in re insignem atque egregiam fuisse quisque facile consentiet. Vere me ita iudicare carmina, quae Homeri nomine comprehendimus, tum aliis ostendunt exemplis, tum eo, cuius causa haec eum praefatus. Etenim nomen γένος sive ad notationes accuratius describendas, sive ut singula quaeque scite et apte includerentur numeris, multis aliis originem et ansam dedisse apparet. Novit autem Homerus praeter illud γενεήν, γενέθλην, γενετήν, γένεσιν, vocalique mutata γόνον et γονήν. De quibus omnibus ac singulis, si quis formis aliorum et poetarum et scriptorum adiectis commode ac plene tradere voluerit, is profecto suo munere egregie et cumulate fungeretur. Equidem non tam rei difficultate absterritus, quam temporis angustiis impeditus, ut quae ad Iliadis I, all. ad-



Digitized by Google

scripserim aliis etiam comprobem, sola priora illustare et usum Homericum, a poetis epicis hic illic amplificatum et auctum, quantum in summa brevitate licebit, explanare satis habebo. Nec vero ista scienter et commode poterunt pertexi, nisi ab eo ipso, quod fundamentum illorum esse diximus, i. e. a nominis primitivi potestate ac vi, initium ceperimus. Iam si Passovium, quem Homeri sermonem diligentius aliis perscrutatum esse scimus, in auxilium vocaveris, γένος tria potissimum apud Homerum indicare reperies. Quod utrum recte an perperam praeceperit, nunc non quaeram; singula vero singulis a viro doctissimo ita esse connexa, ut sibi invicem adversentur ac repugnent, patebit inspicienti. Neque ille usum Homeri varium ac multiplicem, et proinde ambiguum et subobscurum, vel definiendo explicuit vel in partes suas ac species distribuit. Cuius rei, arduae sane et difficilis, age iam periculum faciamus.

Ac primum quidem nomen γένος, utpote a verbo γίγνεσθαι profectum, *genus* sive *stirpem*, qua quis satus esse fertur, indicare consentaneum est. Unde Glaucus Il. 6, 209. patrem iussisse narrat:

αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων,
μηδὲ γένος πατέρων αἰσχυνέμεν —

cf. Od. 24, 508, 512. 4, 62. Quint. Sm. I, 503. XIV, 100. Hoc ut manifestius eloquantur, aliud nomen affine passim subiungunt, velut Il. 13, 354 ἦ μὰν ἀμφοτέροισιν ὁμὸν γένος ἠδ' ἴα πάτρη, vid. Od. 19, 116. Originem autem inde ducit duplex forma dicendi, neque Homero neque aliis epicis ignota, qua quem γένος εἶναι ἔκ τινος sive τινὸς affirmant, i. e. ab aliquo genus repetere. Id vero non modo ad avos et patres, sed etiam ad patriam et solum natale tum animantium tum aliorum referri potest. Prioris quidem exemplum legitur de Diocle Il. 5, 544 γένος δ' ἦν ἐκ ποταμοῖο, add. finitima ib. 896. 14, 113. 23, 347 de Arione, Adrasti equo; porro Od. 14, 199. 16, 64. Apoll. Rh. II, 1150. III, 920. Theocr. Id. XXV, 172. Quint. Sm. III, 117; posterius comprobat Il. 21, 186 φῆσθα σὺ μὲν ποταμοῦ γένος ἔμμεναι εὐρυρέοντος, add. Od. 4, 63. 14, 204. Apoll. Rh. IV, 992. Quint. Sm. IV, 569., ubi de Stheneli equo sermo est. Patriam vero, e qua aliquis generis originem trahit, ita significari argumento esse possunt Od. 15, 267. 24, 269. Quo factum est, ut apud epicos sequiores γένος non-

Digitized by Google

nunquam patriam solam edat, vid. Callimach. in Iov. 5. et Dionys. Perieget. 213., qui Cyrenen Λιυχλαίων γένος ἀνδρῶν appellat. Nec minus saepe loci adverbium genitivo vel praepositioni substituitur, ut Il. 4, 58 γένος δ' ἐμοὶ ἔνθεν, ὅθεν σοί, cf. Od. 17, 373. hymn. Hom. in Apoll. 470. Quint. Sm. V, 236., et praeterea Od. 6, 35. 17, 523., nec dissimiles sunt Il. 2, 852 ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων. Od. 19, 162. Eodem fere pertinent alia, quibus γένος non stirpem paternam, sed totam gentis sive familiae denotat propaginem. Itaque eo posteri alicuius, sive sint liberi, sive nepotes, sive alii consanguinei quicunque, comprehenduntur. Sic necessarios et sanguinis propinquitate iunctos intelligamus oportet Od. 8, 583 κήδιστοι τελέθουσι μεθ' αἱμά τε καὶ γένος αὐτῶν. add. Od. 15, 533. Callim. in Dian. 133. Dionys. Perieg. 367. Nepotes vero aut posteros Iuno apud poetam ita vocat, dum cum Iove colloquuta Eurystheum, Stheneli filium, modo natum 19, 122 sqq. designat hisce:

ἤδη ἀνὴρ γέγον' ἐσθλός, ὃς Ἀργείοισιν ἀνάξει,
Εὐρυσθεύς, Σθενέλοιο πάϊς Περσηϊάδαο,
σὸν γένος· —

Certius etiam id apparet ex aliis aetatis inferioris carminibus, vid. Callim. h. in Apoll. 73. in Del. 109. cll. 256. in Cer. 99. Hermesian. v. 33. Arat. Ph. 179. Apoll. Rh. III, 402. IV, 1741. Dionys. Per. 654. Quint. Sm. VI, 120. XI, 137. XIII, 340 ἐκ τοῦ δὲ γένος μετόπισθεν ἀνάξειν. Opp. Hal. I, 686, 700, 733. Patrum autem et avorum nomina mutari etiam possunt adiectivis: sic Homerus ipse Chimaeram, a Bellerophonte caesam, nuncupat Il. 6, 180 θεῖον γένος, οὐδ' ἀνθρώπων. add. 9, 538. Od. 16, 401. Theocr. Id. VIII, 33. Orph. hymn. 54, 15. Denique utrumque in unum conflatum reperitur, vid. Callim. h. in Del. 166 σαωτήρων ὕπατον γένος. et Orph. Arg. 140 Ἰφικλος αὖ Φυλάκου δῖον γένος ἀντεβόλησεν.

Deinde γένος, potestate propria ac legitima non exclusa, omnes omnino, qui genere aliquo continentur, amplectitur. Quo si poetae, genitivo nominis adiuncto, utuntur, id, quod brevius dicere licet, cum ornatu latius ostendunt. Erit igitur γένος ἀνδρῶν sive ἀνθρώπων idem plane atque ἄνθρωποι s. ἄνδρες, eo tamen discrimine, ut illud homines omnes ac singulos quasi comprehendat, de hoc minus constet, utrum ad genus

humanum universum, an ad paucos mortales pertineat. Epici igitur, quos et numerorum facilitas et sententiarum concinnitas eo perpulisse videtur, nihil magis frequentant. Praeivit Homerus Il. 12, 23 *κάππεσον ἐν κονίῃσι, καὶ ἡμιθέων γένος ἀνδρῶν*, *heroes divino sanguine creti*, add. h. Hom. 31, 18. et Hesiodum in theog. 33, 44, 50, 105. Quod in deos et homines cadit, id ad animalium genera ac species quadrare consequens est: unde poeta Od. 20, 212 *ἀνδρί γ' ὑποστα-χύοιτο βοῶν γένος εὐρυμετώπων*, vid. h. in Merc. 309, 355. Ulterius fines protulerunt epici et Alexandrini et aetatis posterioris, e quorum operibus pauca delibasse sufficiat. Atque ii quidem cum Homero et Hesiodo passim congruunt, velut Apollon. Rh. IV, 1773. Quint. Sm. XIV, 52, 87, 256, 330. Tryphiod. 310, 572. Dionys. Per. 672, 1044. Maneth. in Apotel. IV, 2, 538. Sed eadem quum singulis populorum stirpibus tum aliis appellativis ita solent accomodare, ut nihil aliud significent, nisi id ipsum, cuius genitivum appositum legamus. Prius quidem ostendent exempla haecce: Apoll. Rh. IV, 262, 614. Dionys. Per. 453, 968. et plurima Oppiani, quippe qui nomen variis piscium et ferarum generibus ita adiecit, cf. Halieut. I, 164, 174, 369, 477 alibi; posteriorem usum confirmant Apollonii I, 824 *παίδων γένος*. Maneth. Apotel. IV, 381 *βρεφέων γένος*, Dionysii Per. 392 *ὀφίων γένος* et idem Apollonii Arg. IV, 1517. Rarius non modo stirpem et ortum, sed etiam naturam et indolem eorum, qui genus quoddam attingunt, hoc nomine veteres indicarunt. Quod si fit, id quidem *γένος* non per se potest significare, sed ex eo demum, quod adiicitur, cognoscitur. Ita iam Hesiodus in Op. 11 de Eride duplici: *οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν Εἶσι δύω*, quarum naturam pluribus persequitur. Simillima sunt duo Quinti exempla, quorum alterum duxit ex Iliade 6, 146., vid. Posth. XIV, 207 *ἀνδρῶν γὰρ γένος ἐστὶν ὁμοίιον ἄνθεσι ποίης*, a quo non multum abest alterum libr. I, 464. Neque Oppianus in singulis piscium generibus describendis aliter versatur, nota, qua alia ab aliis differunt, addita, vid. Hal. I, 171, 775 et 784. cll. 675. His autem omnibus parum congruit unus Quinti versus, ubi de Minerva Troadem petente libr. XII, 106. ita tradit:

*δὴ τότ' Ἀθηναίη μακάρων γένος ἀμφιλιποῦσα*

ἦλυθε παρθενικῇ ἀταλάφρονι πάντ' εἰκυῖα
ἐς νῆας καὶ λαόν· —

Nam μακάρων γένος neque Olympus, deorum sedes, commode dici potest, neque superorum genus his convenire videtur. Itaque verba corrupta leni medicina emendaverim scribendo: δὴ τότ' Ἀθ. μακάρων ἔδος ἀμφιλιποῦσα, quam coniecturam Quinti sermoni perquam aptam esse augurari licebit e libr. III, 51.

Nec vero his terminis nominis illius vis circumscripta tenetur: imo γένος ἀνδρῶν declarare etiam potest mortalium genus, uno et eodem temporis spatio in lucem editum, sive hominum aetatem. Eius autem fines alios, aliter constituisse infra videbimus. Quae quidem potestas semel certe deprehenditur apud Homerum Od. 3, 245 τρὶς γὰρ δή μιν φασιν ἀνάξασθαι γένε' ἀνδρῶν, cf. Nitzschii animadvers. et II. 1, 250. Inde veteres poetae varios hominum priscorum velut gradus et aetates eò et adumbrarunt et segregarunt. Novimus enim ex Hesiodo γένος χρύσεον, ἀργύρεον, χάλκεον et σιδήρεον, vid. Op. 109, 126, 142, 174. cll. 120, 139, 155, 178.; vel eadem vel istis contermina reperimus apud Aratum Ph. 114, 117. cll. 133. Ex quo efficitur γένει ὕστερον aetate minorem significare, vid. Il. 3, 215.

Denique quum hominum animaliumque genus in sexu consideratur, virilene sit an muliebre, ei quoque naturae differentiae congruum est nomen γένος. Cuius usus etsi exemplo Homerico caremus, plura tamen apud alios exstant, veluti apud Apoll. I, 618 πᾶν δ' ἄρσεν ὑμοῦ γένος, apud Maneth. Apotel. IV, 458 ἄρρενες ἔσσονται δισσοὶ γένει, et contrarium eius adest in Opp. Hal. I, 765 κείνων δ' οὔτε τι θῆλυ πέλει γένος.

## §. 2.

Transimus ad alterum, quod proximo cognationis gradu illud attingit, i. e. ad nomen γενεήν. In eo quidem illustrando multum studii atque operae interpretes Graeci posuerunt, etsi minus conveniunt sibi, vid. Schol. ad Hom. Il. 4, 60. Apoll. Lex. p. 203 sq. Et. M. 225, 31. Phavor. 409, 44. Zonar. I, 427 sq. Alii autem quattuor, alii quinque, alii denique sex nomine isto significari tradunt. In hac quidem sententia

sunt schol. Homeri et etymologici magni scriptor, e quibus ille γενεὴν esse dicit: ἡλικίαν, εὐγένειαν, ἐκγόνους, πατρίδα, χρόνον ὡρισμένον et φύσιν, singula singulis Homeri exemplis testificatus; hic poetae verbum usitatum esse narrat: ἐπὶ μὲν τοῦ παντὸς τῶν ἀνθρώπων γένους, ἐπὶ δὲ τῆς εὐγενείας, ἐπὶ δὲ τῆς ἡλικίας, ἐπὶ δὲ τῶν προγόνων, ἐπὶ δὲ τῶν ἐκγόνων, ἐπὶ δὲ διαστήματος χρόνου, τῶν μὴ κατ' αὐτὸ βεβιωκότων. Quae quanquam parum vel nihil distant, tamen ordinem minus aptum sequuntur. Unde fit, ut, quomodo aliud ex alio succreverit, vix possis intelligere. Iam vero si meminerimus γένος primum indicare *stirpem* sive *genus*, idem fere denotasse γενεὴν efficitur. Recte igitur Glaucus Diomedi, qui, quo genere cretus sit, interrogaverat, Il. 6, 145. respondit: Τυδείδη μεγάθυμε, τίη γενεὴν ἐρεείνεις; vid. 21, 153. 6, 151. 20, 214. hymn. in Merc. 59. in Ven. 202. Quint. Sm. VIII, 149. et ib. 158., ubi simul ad equorum Achilleorum stirpem refertur; neque ei discordant Nicandri exempla Ther. 791 et 740. Clarius vero ea patet vis, si nomen finitimum legitur adiunctum, veluti τύχος, *genus et natales*, cf. Il. 7, 128. 15, 141. 20, 203. Epici aetatis posterioris οὔνομα et γενεὴν committere solent, ut Apollonius Arg. I, 20 νῦν δ' αὖ ἐγὼ γενεήν τε καὶ οὔνομα μυθήσαιμι, cf. II, 762. III, 354. Quint. Sm. VII, 234. Tryph 290. Ideo non mirum est, si γενεὴ structuram, de qua supra disserui, adsciscit. Eam vero magis etiam variat poeta. Simplicissimum omnium est quod Il. 21, 157. legimus: αὐτὰρ ἐμοὶ vel ἐμὴ γενεὴ ἐξ Ἀξιοῦ: propius autem ad rationem illorum accedit γενεῆς εἶναι et γενεῆς, sicut Il. 6, 211 ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι, cf. 20, 241. et Dionys. Perieg. verba paullulum inflexa v. 1021. Genitivum solum sufficere declarant Il. 19, 105 τῶν δ' ἀνδρῶν γενεῆς, οἵθ' αἵματος ἐξ ἐμεῦ εἰσίν, vid. h. in Ven. 220. Dionys. Perieg. 906. et Il. 5, 265, 268., ubi nobile equorum genus, quibus Aeneas vehitur, ita describitur. Potest vero idem inverti, ut aliquis dicatur γενεὴν εἶναί τινος, de qua frustra dubitavit Bentleius, ut docet Heynius ad Il. vol. VIII. p. 147. Praeter Homeri duo versus Il. 21, 187. Od. 15, 225. nobis adsunt alii, velut Apoll. Arg. I, 203. II, 990., diligens Homeri imitator, quanquam Bekkerus l. l. p. 143. secus iudicat. Nec minoris momenti est, quod Graece

Digitized by Google

dici potest *γενεὴν εἶναί τις*, ut Tydeus Il. 23, 471 *Αἰτωλὸς γενεὴν* appellatur. Felici igitur coniectura Tyrwhittus in Orph. Lith. 293 *Κρύσταλλον γενεὴν* restituit, vid. aliorum quaedam testimonia collecta a Markland. ad Eurip. suppl. 1165.

Ut autem *γένος* ab origine et natalibus ad *patriam* traduxerunt, ita *γενεή*, vel alio nomine suffulta, vel seorsum posita, eidem accomodari potest. Homerus quidem in Od. 1, 407. 20, 193. bis scripsit: *ποῦ δέ νύ οἱ γενεὴ καὶ πατρὶς ἄρουρα*, add. Dionys. Perieg. 705. Opp. Hal. 1, 93. Neque alienum est quod de aquila posuit Homerus Od. 15, 175. Solo vero nomine patria notata est Il. 20, 390 *γενεὴ δέ τοί ἐστ' ἐπὶ λίμνῃ Γυγαίῃ*, in Apoll. Arg. IV, 1212 *γενεὴν Ἐφύρηθεν ἐόντες*, et apud Quint. Sm. VIII, 169, ubi de Achillis hasta ita refert: *γενεὴ δέ οἱ ἐν κορυφῇσι Ἰλιόν αἰπεινοῖο, τομὴν ὅθι λεῖπε καὶ εὐνήν*, quorum ultima ex Il. 1, 235. sunt petita.

De gente autem propria et peculiari *γενεὴ* sic dicitur, ut eius vel *propaginem* vel *necessarios* complectatur. Unde Telemachus suam familiam una semper virili prole inuixam fatetur hisce Od. 16, 117: *ὧδε γὰρ ἡμετέρην γενεὴν μούνωσε Κρονίων*, vid. Il. 20, 306. Od. 1, 222. Apoll. Rh. III, 339. Callim. ep. 13, 2. Tryph. 656. Neque ab iis valde abhorrent Od. 4, 27. Il. 14, 474 *αὐτῷ γὰρ γενεὴν ἄγχιστα ἐῴκει*, ubi nobis sermo quotidianus cum Graecis plane concinit, dicentibus familiam aliquam ore vultuque referre (*in ein Geschlecht sehen*), add. Maneth. Apotel. VI, 117. Quare stirpe vel duorum vel plurium comparata, *γενεὴ* significabit aut significare poterit *generis nobilitatem* (*εὐγένειαν*). Quod quum passim inveniatur apud poetam, de eo grammatici crebro admouent, vid. Il. 10, 239. 11, 786. Od. 1, 387. Quint. Sm. IV, 568. XIII, 247. Maneth. Ap. III, 16. IV, 513. Comparando demum illam potestatem accedere nomini patet e Callimach. Epigr. 1, 4. Nec multum differunt Maneth. Apot. IV, 573, 603 *γενεὴ βασιλῆς* (*stirps regia*), *γενεὴ οἰκέτις* (*stirps servorum*).

Haud scio, an *γενεὴν* de *sobole* recte intelligamus Il. 21, 191 *κρείσσων δ' αὖτε Διὸς γενεὴ Ποταμοῖο τέτυκται*: quanquam Passovius eam nominis potestatem ab Homero auferendam censet, posteros certe Iovis

Digitized by Google

cum fluviorum nepotibus componi perspicuum est. Sed si quis de eo litigare voluerit, ei exempla Hesiodi nulli obnoxia dubitationi refragari apparet, velut Minerva Iolaum compellat in Scut. Herc. 327 hisce: *Χαίρετε, Λυγκῆος γενεή*, cf. Göttling., idemque in Oper. 282, 283. de posteris hominis periuri et fidelis simillime scripsit, add. Scut. Herc. 55. Theog. 871. Callim. Ep. 65, 2. Apoll. Rh. III, 605. Quint. Sm. XIV, 254. Opp. Hal. I, 711., ubi de leonis catulis legitur.

Poetae vero posteriores a sobole ad ipsum *partum* sive *genituram γενεὴν* transtulerunt, quem quidem nominis significatum, etsi dissentiunt lexicographi plerique, vid. Steph. Thes. Gr. ling. Vol III, 2948. d., Homero ignotum fuisse crediderim. At reperitur tum apud Oppian. Hal. I, 479., tum apud Manethonem Apotel. V, 79. VI, 12, 225, 241, 243. Quo factum est, ut eidem *ἐκ γενεῆς*, pro quo Homerus *ἐκ γενετῆς* dedit, *ἀπὸ γενεᾶς*, *a natalibus*, indicet, vid. Apotelesm. I, 348.

Porro *γενεὴ* ut *γένος* a stirpe et familia ad *genera* vel populorum vel hominum vel animalium significanda transmitti solet. Medea igitur Aretae, cuius misericordiam sibi est expetitura, apud Apollon. Arg. IV, 1016. inter alia haec proponit: *εἴ νυ καὶ αὐτὴ Ἀνθρώπων γενεῆς μία φέρβεαι*, add. Arat. 771. Orph. Arg. 1062. hymn. 36, 6. Maneth. Apot. IV, 168, 471, 622., et de animalibus idem testatur Arat. 963. Opp. Hal. I, 183, 611. Qualis vero generi cuidam sit vis et natura, attributo quodam declarari potest, vid. Arat. 946. Maneth. IV, 246. Opp. I, 374.

Nec minus *γενεὴ aequales* sive aetate pares saepius etiam quam *γένος* designat. Huc spectare videtur poetae locus notissimus Il. 6, 146 sqq., quo hominum conditio fragilis et caduca cum foliis cito perituris confertur. Etenim, si singula accuratius expenderis, *φύλλων γενεὴν* vix aliud quidquam ac folia, uno eodemque vere prognata, indicare posse patebit. Quo concesso, pronomina Homero recte et scienter restituta esse intelligitur, etsi Riglerus et Axtius in Maneth. Apotel. V, 17., cuius versus parum eram memor, Wolfio sunt adstipulati. Itaque *γενεὴ* ad certam quandam aetatem, quam alii annis triginta tribus, alii undeviginti, alii denique, ut medici, sex septemve effici crediderunt, definiendam apte et convenienter adhibetur. Hoc modo explicare

Digitized by Google

solent Il. 1, 150 verba notissima de Nestore, quo vivente duas hominum aetates intercidisse, tertiam vero eius imperio subiectam narrat poeta. Nestorem igitur senem nonagenarium fuisse testantur, cf. Graev. lect. Hesiod. p. 24. Suid. I, 472. Eust. 97, 10. Herod. II, 142 ibique Wesselingium. His poetae insistens vestigiis Arat. 123, 130 aetatem homiuum auream et aeneam commemoravit, et in Odyssea 14, 325. 19, 294 *δεκάτην γενεὴν* obviam habemus. Magis generatim *προτέρην ἀνθρώπων γενεὴν* poetae vocant aetate priores, vid. Il. 23, 790. Hes. Op. 160. Ar. 16. et oratione leviter immutata Maneth. II, 135.

Graecos imitantur Latini, unde Horatii illud Epod. II, 2 ut prisca gens mortalium. Ex eo, quod ad partum et natales vulgo referunt, proficisci suspicor, *γενεῇ ὁπλότερος* et *πρότερος, aetate minor maiorve*, cf. Il. 2, 707. 9, 58. 15, 166, 182. Od. 19, 184. aliaque multa specie diversa, re et veritate paria, vid. Il. 6, 24. 7, 153. 9, 161. 14, 112. 21, 439. Nec Theocr. Id. XXII, 183., verbo pro adiectivo illato, ab Homeri usu quidquam recedit. Fratres autem maiores quum minoribus non modo aetate, sed dignitate etiam antecederent, utrumque coniunctum reperiri nihil mirabimur, vid. Hom. Il. 4, 60. 18, 365. Callim. in Iov. 36.

Antiquitus autem *γενεὴν* partui significando minus idoneam habitam esse inde augurari licet, quod poeta eius rei proprium novit aliud nomen, i. e. *γενετήν*. Quam ob rem *ἐκ γενετῆς, a natalibus inde*, ter reperitur in Homericis carminibus, cf. Il. 24, 535. Od. 18, 7. hymn. in Merc. 440., semel apud Hesiodum Th. 271. Posterioris aetatis scriptores vel idem frequentant, quod Wesseling. ad Diodor. Sicul. I, 28, 355. pluribus comprobavit, vel *ἐκ γενεᾶς* vel *ἀπὸ γενεᾶς* praeter morem Homericum admiserunt, ut Herod. III, 33. IV, 23., ubi pauci libri et editiones priores *ἐκ γενετῆς* offerunt, vid. Iacobs. ad Anthol. Pal. III. p. 294.

Neque alia desunt affinia, recentioribus novata. Ita *γένεσις* apud Homerum Il. 14, 201, 246, 302. de Oceano omnium deorum et hominum patre usurpatur, re pro persona posita eique substituta. Contra apud Herodotum et scriptores pedestres *γένεσιν* nativitatem et procreationem esse innumerabilia demonstrant exempla, vid. Herodot. II, 146. Maneth. I, 199. IV, 382. V, 12. Alia vero aliorum sciens praetereo.

Digitized by Google

## §. 3.

Superest, ut de nomine tertio, e prioribus nato, summatim et breviter disseramus. Id autem proxime proficisci a nomine γενεὴ alia testantur, quemadmodum enim φυὴ φύτλη procudit, ita γενεὴ γενέθλη ortum dedisse consequens erit. Lexicographis igitur, qui partum et generationem eo indicari censent, fides erit derogauda. Nam si γενεὴ primum *genus et stirpem*, deinde *patriam*, denique *sobolem* significare recte statuimus, idem in nomen γενέθλην cadat oportet. Consuetudine autem antiquissimorum relicta, poetae didactici et epigrammatum auctores ad *partum* declarandum nomen transtulerunt. Haec rei naturae ac veritati congruere ostendamus. Iam Homerus γενέθλης et ἐκ γενέθλης εἶναι, i. e. *stirpe aliqua editum esse*, passim dixit. Ex quo quidem intelligitur nostrum cum priore arctissimo cognationis vinculo contineri. Illi vero fidem addunt poetae verba Od. 4, 232 obvia: — ἦ γὰρ Παιήονος εἰσὶ γενέθλης: hoc stabilire licet ex Od. 13, 130 Φαίηκες, τοίπερ τοι ἐμῆς ἐξ εἰσι γενέθλης. Neque alii istam iungendi dissimilitudinem ignorant, etsi alteram crebrius admittunt altera, vid. Apoll. Rh. II, 521. III, 358. Orph. Arg. 256. Quint. Sm. II, 273. VI, 134. Col. rapt. Hel. 246, 274, 292, 374., ubi de avibus ponitur, sicut Quint. Sm. XII, 451. feras, Typhonis stirpe prognatas, commemorat. Idem praepositione geminata scribit I, 578. ἐκ γὰρ δὴ Κρονίωνος ἐριγδούποιο γενέθλης Ἰυχόμεθ' ἐκγεγάμεν. Neque aliam explicandi viam nobis patere crediderim in Il 19, 111 τῶν ἀνδρῶν, οἳ σῆς ἐξ αἵματός εἰσι γενέθλης. Ac Wolfius quidem virgula post εἰσι distinxit et singula, ut credibile est, aliter iungenda putavit, ita fere τῶν ἀνδρῶν γενέθλης, οἳ κ. τ. λ. Eius vero rationi non modo σῆς, quod quo pertineat nemo perspicit, videtur obstare, sed versus etiam 105., ut sagaciter animadvertit schol. Venetus, repugnat. Quae quum ita sint, Eustathium 1175, 18. sequi praestat. Is autem verba sic connectit: τῶν ἀνδρῶν, οἳ σῆς γενέθλης ἐξ αἵματός εἰσιν, idque profecto convenit Eurystheo. Haec si vere sunt dicta, a praepositione tenorem recte abesse, de quo nuper dubium movit Grasshof. in diar. schol. ann. 1831. sect. II. p. 520., concedamus oportebit. Sed alibi etiam γενέθλην nihil aliud esse nisi stirpem sive genus testi-

Digitized by Google

ficantur Apoll. Rh. I, 962. II, 1139. Col. 262. Nec diversum puto Hesiodium illud, in Theog. 610. obvium, ὃς δέ κε τέτμῃ ἀταρτηροῖο γενέθλης, ubi vid. Wolfium.

*Patriam* sive locum, a quo quid originem ducit, γενέθλη semel significat apud Homerum Il. 2, 857 τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη,' *unde argentum effoditur*, cf Dionys. Per. 563.

Sed idem poeta parum accurate Homerum expressit v. 1114, 1144., quandoquidem χρυσοῖο γενέθλη nil nisi χρυσὸν potest declarare. Raro autem γενέθλη numero singulari idem valet, quod γένος sive γενεή, i. e. *genus* vel animalium vel hominum. Nec tamen eius rei exempla omnino desiderantur. Testis est Procli hymn. in Sol. v. 12

πᾶσα δ' ὑφ' ὑμετέρῃσι παλιννόστοισι διφρείας
Ὡρέων κατὰ θεσμὸν ἀνεβλάστησε γενέθλα. —

add. hymn. Hom. XXVII, 10. Coluth. 20. Opp. Hal. I, 90, 439. Cyn. II, 43. Contra γένεθλον, cuius usus apud Atticos et epicos sequiores invaluit, numero potissimum plurali sexcenties eum habet significatum, cf. Opp. Hal. I, 103, 184, 449, 623, 763. II, 648. Cyneg. I, 305, 376, 425. II, 12, 315, 489, 533. Maneth. Apotel. IV, 282, 316, 587. Tragicorum testimoniis, quae e lexicis Wellaueri, Schneideri aliorumque facillime hauriri possunt, abstineo.

Postea γενέθλη non minus quam γενεὴ de *propagine* ac *sobole* poetis in usu fuisse docent hymn. Hom. in Ap. 136 Διὸς Λητοῦς τε γενέθλη. Apoll. Rh. I, 133. III, 599. IV, 1108 — οὔτε γενέθλην Εἴ τιν' ὑπὸ σπλάγχνοισι φέρει δηϊοισιν ὀπάσσω, Quint. Sm. III, 610. XIII, 255. Tryph. 181. Coluth. 1, 246, Nicand. Th. 136. 770. Opp. Hal. I, 647. II, 41. E quibus coniectura poterit capi Il. 5, 270 τῶν οἳ ἐξ ἐγένοντο ἐνὶ μεγάροισι γενέθλη aptum esse, nec multum ab iis distant Opp. Hal. I, 588 καὶ τοὶ μὲν λυκάβαντι μίαν μογέουσι γενέθλην. Magis generatim de Lemniorum prole, e pellicibus Thressis sublata, loquitur Apoll. Rh. I, 810 — σκοτίη δ' ἀνέτελλε γενέθλη, id quod forsitan debet Callimacho, vid. fr. 108, 2 sq. Similia sunt eiusdem poetae hymn. in Dian. 130 εὖ δὲ γενέθλη Τετραπόδων, de pecorum foetu, Oppian. Cyn. I, 323 τίγριες οἷα θοαὶ, κραιπνοῦ Ζεφύροιο γενέθλη. Ceterum nominibus γένεθλον et γένεθλα eandem esse

Digitized by Google

potestatem nemo negabit; ita prius adest in Orphei hymn. 56, 8 Ἑρμῆ, *Βακχεχόροιο Διωνύσοιο γένεθλον.*

Denique apud poetas didacticos, qui vocantur, et astrologicos scriptores *γενέθλη partum* et *generationem* potest declarare, vid. Opp. Hal. I, 5, 521. II, 2. et Maneth. Apotel. II, 142. III, 114., quanquam aliae quoque nominis eius potestates apud eundem reperiuntur. Pluralis vero dativus *γενέθλῃσι* nunquam aliter dici videtur, cf. II, 486, 489. III, 401. IV, 101, 390. Epigrammatum auctores cum illis passim concordare ostendit Iacobs. Animadvers. in Antholog. Gr. VII. p. 214. cll. IX. p. 290.

His iam duo poetarum duorum priva et propria tanquam colophonem addere liceat, alterum Dionysii Periegetae, alterum Coluthi. Quorum ille v. 1044 *ἐκ δὲ γενέθλης Νηρίάχοι τόξοισι καὶ ἱπποσύνῃσι μέλονται* novo sane atque inusitato modo scripsit, plerumque enim *ἐκ γενετῆς*, rarius *ἐκ γενεᾶς* sive *ἀπὸ γενεᾶς inde a natalibus* significare supra docuimus; Coluthus autem in Rapt. Helenae v. 166 malum illud, Paridis iudicio Veneri concessum, *φυταλιὴν πολέμοιο, κακὴν πολέμοιο γενέθλην* belli Troiani originem et causam appellavit. Cuius simile apud alios frustra quaesivi.

---

## EXCURSUS X. AD IL. *E*, 423.

**De aoristo *ἐσπόμην* et modis formisque inde repetitis.**

### §. 1.

Ex quo Bekkerus in egregia carminum Homericorum a Wolfio editorum censura, l. all. p. 143 aoristi formam *ἐσπόμην*, *ἑσποίμην*, *ἕσπωμαι*, *ἕσπεο*, *ἑσπέσθαι* et *ἑσπόμενος* in disceptationem vocavit, alii, et eruditionis copia et iudicii acumine praestabiles, aoristum istum aut aetate Homerica inferiorem aut reliquos certe modos, imperativum potissimum, infinitivum et participium, e poetae libris eximendum esse statuerunt, bisyllaba *σπέο*,

Digitized by Google

σπέσθω, σπέσθαι et σπόμενος illis antiquiora rati. Ac de infinitivo ἑσπέσθαι Bekkero prius idem senserat Heynius, qui in Observat ad Il. 5, 423 ita praecepit: „Τρωσὶν ἅμα σπέσθαι, suavius auditu quam ἑσπέσθαι, suppeditarunt Mori, Harlei, Townl. Sane quidem ἕσπετο, ἅμ' ἕσπετο frequentatur, non autem ἑσπέσθαι, ἅμ' ἑσπέσθαι." Quae si vera sunt, neque imperativum ἅμ' ἑσπέσθω, quem intactum reliquit Heynius, ferendum esse sequitur. Imo, si nobis constare voluerimus, aliis etiam modis litera prima, indicativo autem adspiratio erit detrahenda. Atque eam Bekkeri fuisse mentem inde cognoscitur, quod libros ἕσπετο vel εἵπετο passim offerre dicit. Cui maiore certe ex parte alii assensi sunt, velut Buttmann. in gr. ampl. II. 1. p. 129. Thiersch in gr. Gr. §. 232. 56., Nitzschius denique ad Od. 4, 826. Iam si causam huius decreti quaesiveris, et librorum dissimilitudinem et formas compositorum ἐπέσπον, ἐπισπεῖν, ἐπισπέσθαι, μετασπών, μετασπόμενος iisque cognatas solent proferre. Ea quidem similia esse fateor, sed illis paria non censuerim. Nam a praepositionibus conflata activum aeque ac passivum leni spiritu instruunt. Simplicis vero ἕσπον vel ἕσπον unquam legi apud Homerum non memini. Quae eius generis a grammaticis, ut a Matth. I. §. 234. p. 458., afferuntur, ea omnia sunt compositorum, neque alia aliorum desunt exempla, ut περίεσπε et περισπεῖν Herodotus frequentat, vid. I, 73, 114, 115. II, 64. VI, 44. Quint. Sm. V, 500 ἐπισπεῖν. His autem parum effici intelligitur.

Ut vero de singulis perspicue tradam: primum poetae testimonia, quae aoristum illum suppeditant, erunt expromenda; tum de scribendi varietate, quantum quidem ea nostra opera cogi potuit, breviter disseram; denique rationes et argumenta, quibus inductus secus, atque alii fecerint, iudicaverim, in unum colligam.

Iam personae tertiae indicativum, qui saepissime reperitur, Homerus habet Il. 3, 376. 4, 476. 11, 472. 12, 398. 13, 300, 492. 15, 559. 16, 632.: ex Odyssea sunt afferendi 1, 125. 4, 276. 6, 164. 8, 109. 17, 53.; personam eius secundam semel legimus Il. 10, 285; dualis autem 3, 239 ἦ οὐχ ἑσπέσθην Λακεδαίμονος ἐξ ἐρατεινῆς: pluralis prima 1, 158. Num vero aoristus an imperfectum sit, passim incertum et dubium videtur. Aliorum modorum exempla sunt haecce: optativi Od.

Digitized by Google

19, 579. 21, 77., coniunctivi ib. 12, 349., imperativi personae tertiae Il. 12, 350, 363., infinitivi ib. 5, 423. Od. 4, 38., participii denique Il. 12, 395. 13, 570 ἑσπόμενος, 10, 246 ἑσπομένοιο. Brevior forma nonnisi bis conspicitur: adest enim Il. 10, 285 σπεῖο, et Od. 22, 324 σπέσθαι, neque quidquam dubitationis illic residet.

Haec si consideraveris, ἕσπετο, octies in Iliade, quinquies in Odyssea repertum, vix ex Homeri monumentis funditus exstirpari posse consenties. Accedit, quod neque Heynius ulli Iliados loco discrepantiam, e suis libris enotatam, adscripsit, neque Venet. ac Vindobonenses unquam dissident a recepto. Itaque levis profecto atque exigui est momenti, si in Od. 1, 125. 4, 276 ἕσπετο, cuius mentionem fecit Bekkerus, in Augustano offertur, quod semel agnoscere videtur Eustath. 1496, 2, et Od. 6, 164., de quo ille contradicit, ἕπλετο e Vindd. duobus commemoratur. Il. 10, 285 ἕσπεο communi et librorum et Eustath. 805, 37. suffragio nititur. Il. 3, 239 ἐσπέσθην Ald. et editt. quarundam est, ἐπέσθην Ven. Quanta vero in his librorum sit discordia, Vindd. manifesto produnt: nam ex illis lib. quint. εἰπέσθην, XLIV. ἐππέσθην, ab Altero editus ἐσπέσθην, id quod suo iudicio comprobavit Etymol. magni scriptor 368, 26. Neque σ̄ reiiciunt tum libri tum grammatici Il. 1, 158 ἀλλὰ σοί, ὦ μέγ' ἀναιδές, ἅμ' ἑσπόμεθ', ὄφρα σὺ χαίρῃς, vid. schol. Ven. ad Il. 10, 246. E quibus discimus Aristarchi fuisse ἑσπόμεθα, ἑσπέσθαι, ἑσπόμενος: eius enim auctoritate Ptolemaeum Ascalonitam grammaticus refutat. Od. 19, 579 ἑποίμην, cui numeri obstant, scholia suppeditant. At eadem 12, 349 ἕσπωνται, pro quo Eustath. 1725, 22. ἕσπονται exhibet, defendunt. In Il. 12, 350, 363. nonnisi Vind. ed. ἑσπέσθω dat, contra Vindd. alii cum Venet. quinto in vulgari ἑσπέσθω concinunt: nec tamen silentio est praetereundum Vindob. unum ἅμα σπέσθω praebere. Infinitivum σπέσθαι praeter Odyss. 22, 324. e tribus Heynii codicibus Il. 5, 423. firmari posse diximus, iisque accedit quidem Vindob. ed., at reliqui et Ven. repugnant. Nec minus in Odyss. 4, 38 ἅμ' ἑσπέσθαι plurimi verum et sincerum habent, ἅμα σπέσθαι Harl. est. Participium ἑσπόμενος Vind. ed. 12, 395 temere mutavit, vid. ad h. l.; illi vero patrocinantur Ven. Vind. quint. et Eust. 911, 2. In Il. 13, 570. loco eiusdem

Digitized by Google

σχόμενος e scholl. BL. adduxit Heynius, atque idem Hesychii et Apollonii fuisse ad huius lexicon Homericum docuit Tollius p. 627., in illo vero Ven. Vindd. atque Eustath. conveniunt. Postremo Il. 10, 246 τουτου δ' ἑσπομένοιο olim ferebatur, particula vero ex optimis libris ab Heynio et Wolfio correcta fefellit Buttmannu. in gr. ampl. l. all. Illis autem et de particula et de spiritu congruunt Ven. et Eust. 801, 11., Apoll. denique in Lex. 609., cuius verba Tollius falso habet suspecta. Codices igitur tantum non ubique tum adspirationem tum literam σ̄ tuiti sunt, grammaticosque in eadem fuisse sententia praeter Etymol. magni, Eustathii et Apollonii testimonia Hesych. I, 1464 sq. Phavor. 768, 1, 9. Suidas I, 871 ostendunt, quanquam omnes propemodum σπέσθαι ex Od. 22, 324. et ὀπόμενοι i. e. μετελθόντες ex alio, ut videtur, poeta commemorant.

Iam si argumentis collectis rationem subduxeris, σπέσθαι et σπόμενοι, litera consona praecedente, apta esse, ἕσπετο vero et eius similia longe saepius convenire poetae efficitur. Haec enim primum et libri plurimi atque optimi, et praestantissimi quique magistri, quorum in numero Aristarchus fuit, germana censuerunt. Neque eorum praeceptis vel Hesiodus, vid. Theog. 201. 418. Scut. Herc. 26., vel alii poetae plerique repugnant, cf. Apollon. Rhod. IV, 690. III, 35. I, 470. III, 615. Quint. Smyrn. III, 318. VI. 131. III, 24. VII, 226. IX, 185. Theocr. Id. XXII, 168. Mosch. Id. II, 143. Augmentum vero vel spiritui aspero vel σ̄ inesse, quemadmodum Buttmannus existimavit, vix concedi potest, et, si vel maxime concedatur, ut indicativo, ita reliquis modis duplicem fuisse formam admodum verisimile est. Licuit ergo dicere ἑσπέσθαι et σπέσθαι, ἑσπόμενος et σπόμενος: quorum hae ad similitudinem infinitivorum σχέσθαι et πτέσθαι effictae, rarae atque insolitae fuerunt, illae propriae et usu pervulgatae. Nam quod Tollius ad Apoll. Lex. 610 grammatici verba, quae ita sonant: τούτου γ' ἑσπομένοιο· δασύνουσιν, ἵν' ᾖ ἑπομένου κατὰ παρέμπτωσιν τοῦ Σ., corrupta habet et propter Hesychii glossam σπόμενοι· μετελθόντες Apollonium τούτου γε σπομένοιο dedisse coniicit, id a grammatici mente prorsus abesse latebit neminem. Unde Bekkerum l. all. coniecturae isti vanae et inani fidem habuisse



Digitized by Google

miror. Denique Bekkero illud etiam obstat, quod ἔσπετο et eius similia ad aliam pertinere videntur stirpem, cuius vestigium apparet in versu notissimo ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι, cf. Il. 2, 484 et alibi. Hae fere sunt causae, quibus commotus virorum doctorum praecepta ab Homeri sermone et usu aliena esse crediderim.

## §. 2.

Aoristum quidem satis confirmasse mihi videor. Itaque, nisi quaestio de praesenti difficilior etiam restaret, finem dicendi facere possem. Illud enim quum Wolfius Od. 4, 826 τοίη γάρ τοι πομπὸς ἅμ' ἕσπεται recepisset, nulla alia, ut putant, auctoritate nisi Porsonis iudicio, quo Harleian. ἕπεται substitueret ἕσπεται, Bekkerus aliis velut signum extulit ad hanc formam impugnandam evellendamque, vid. Passov., Lex. s. v. Buttmann. ad schol. in Od. p. 172., Thierschium ac Nitzschium ll. all. Verum libros olim iam variasse et Stephani testimonium „γρ. ἕσπεται" et Eustath. 1519, 11. manifesto produnt. Apparet igitur Wolfianum non uno Harleiani praesidio sublevari. Praeterquam apposite comparavit Nitzschius in Animadvers. ad Odysseam Od. 2, 287. Il. 24, 153 et 182 τοῖος γάρ τοι πομπὸς ἅμ' ἕψεται, add. Il. 4, 415. 13, 785. Od. 3, 359. 6, 32. 21, 104., cll. Od. 3, 376. 4, 162. Il. 13, 416. 24, 461. Quibus perpensis aut ἕψεται aut ἕσπεται poetae magis familiare esse conficitur. Nam vulgari exiguum certe praesidium accedat ex Il. 24, 437 σοὶ δ' ἂν ἐγὼ πομπὸς καὶ κε κλυτὸν Ἄργος ἱκοίμην, ubi ἱκέσθαι quo referatur habet; illic vero nihil eiusmodi conspicitur. Sed equidem a criticis copiis ei, qui de Odyssea bene mereri cupiat, praecipue necessariis parum instructus, ἕρχεται prorsus damnandum esse non continuo statuerim. At ἕσπεται a grammatico indocto vel librario imperito casu potius quam consilio in illum Odysseae locum immigrasse nego; antiquam enim discrepantiam ibi fuisse idoneis rationibus mihi videor demonstrasse. Quo concesso ac probato originem et fontem, e quo posteriores ἕσπομαι duxerint, aperuimus. Illud enim praesens, Alexandrinis perquam usitatum, iam Apollonio Rhodio, cuius nomen inter Homeri criticos relatum scimus, arrisit, vid. Argon. IV, 1607. Dionys.

Digitized by Google

Perieg. 436, 1140, 1142. Opp. Hal. II, 13, 57. et I, 189 ἕσπονται πομπῆες ὁμόστολοι, Quint. Sm. VI, 207. XI, 76., et similia alii, velut Orph. in Lith. 100 ἕσπεσθαι, addunt. Quid quod compositum ἐφέσπεται et ἐφέσπετο iisdem fuit sollemne, cf. Dionys. Perieg. 996. Opp. Hal. III, 110. V, 73, 498., eaque de causa in Quint. Posthom. I, 231 ὅς ῥα πάρος Φυλακῆθεν ἑπέσπετο Ἡρωτεσιλάῳ adspirationem restituere erit consentaneum, vid. eiusd. III, 638. XI, 13., quanquam alterum, ex Homero servatum, hic illic obviam fit, ut in Opp. Cyn. III, 272 λασίῃ δ' ἐπιέσπεται οὐρῇ. in Quint. Posth. II, 354 μετόπισθε δ' ἐπισπόμενος κεράϊζε. ib. VII, 394 ἐπισπομένου ἀνέμοιο. His vero formam adspiratam ab aditu prohiberi parum credibile est, vid. Opp. Hal. IV, 140.

## EXCURSUS XI. AD IL. *E*, 491.

De adiectivi Homerici τηλεκλειτὸς vel ατηλεκλητὸς quum forma tum tenore.

### §. 1.

Quinque Iliados Homericae versibus 5, 491. 6, 111. 9, 233. 11, 564. 12, 108. Troianorum socii τηλεκλητοί, ut Wolfius et Heynius constanter dederunt, appellantur. Atque hi quidem omnes, uno excepto 5, 491., ubi genitivus τηλεκλειτῶν ἐπικούρων deprehenditur, vel vocativum vel nominativum praebent. Editores priores promiscue et nullo delectu adhibito nunc τηλεκλειτοὶ nunc τηλεκλητοὶ admiserunt. Heynius vero in Observatt. ad h. l. Vol. V. p. 97: „Τηλεκλητῶν ἐπικούρων, inquit, recte; sunt *e longinquo arcessiti*. At Lips. a m. pr. Cant. Vrat. b. c. Townl. c. editt. Flor. Ald. 1. τηλεκλειτῶν, qui essent *valde celebres*. Eadem varietas in aliis locis occurrit." Neque aliter iudicavit Wolfius. At nuper ille adversarius exstitit Buttmann. in Lexil. I, 93 sqq., τηλεκλειτοί, quod et ipsum reposui,

melius ratus. Causas eius iudicii uberius explanavit Buttmannus, qui mihi fere otium fecit. Quare illas breviter et recensere et illustrare satis erit. Primum autem iidem Troum socii proprie dicuntur a poeta κλειτοί (*celebres*), nec κλητοί (*vocati*), cui argumento sunt Il. 6, 227. 18, 229. 3, 451. 11, 220. 17, 14. 4, 379. 17, 212., et conspirat 12, 101 Σαρπηδὼν δ' ἡγήσατ' ἀγακλειτῶν ἐπικούρων. Addi autem potest Homero accedere Hesiodum, cui in Theogon. 815. Titanes Iovis κλειτοὶ ἐπίκουροι audiunt. Porro eodem ducunt simillima ἀγακλειτὸς et ἀγακλυτός, περικλειτὸς et περικλυτός, τηλεκλειτὸς et τηλεκλυτός, ab Homero ac poetis frequentata, dum τηλεκλητὸς sive τηλέκλητος nusquam alibi conspicitur. Ac primum quidem illorum Homerus quinquies Iliadi, sexies Odysseae illigavit, vid. Il. 2, 564. 16, 463. 18, 45. 21, 530 Od. 3, 59. 7, 202. 17, 370, 468. 18, 351. 21, 275.; ἀγακλυτὸς invenitur Il. 6, 436 Od. 3, 388, 428. 7, 3, 46. 8, 502. 14, 237. 21, 295. 24, 103.; alterum περικλυτός, si bene computavi, duodecies Ilias, Odyssea toties repraesentat; tertium denique τηλεκλειτὸς ac τηλεκλυτὸς Homeri fuisse testantur Il. 14, 321. Od. 11, 308. 19, 546. cll. Il. 19, 400. Od. 1, 30. Ab his nihil recedunt alii epici, e quorum monumentis pauca testimonia subtexam, vid. Hesiod. Th. 1016., cll. 945. Quint. Sm. I, 35. VI, 181, 188, 527., cll. IV, 457., tum περικλειτός, cuius exemplum apud Homerum frustra quaeris, nobis praebent Theocr. Id. XVII, 34. Ep. XXII, 3. Quint. Sm. III, 231, 305 VI, 508. VII, 694., coll. Mosch. Id. II, 42. Quint. Sm. II, 378. III, 299. V, 368. VIII, 478 alib. Illud vero, quo lexica olim carebant, suppletum voluit Osann. auct. in Lex. Gr. p. 216., de quo post Schaeferum ad Bucol. p. 210. et prius et melius praecepi ipse in Mantiss. observ. ad Quinti Posth. p. 207. Ad postremum τηλεκλειτὸς est tum Hesiodi Scut. Herc. 327. tum Apollonii Rh. III, 1097., ubi tenoris pravitas Wellaueri aliorumque diligentiam non advertit. Videtur autem ea temere invecta a Brunckio, recte enim τηλεκλειτὴν τ' Ἀριάδνην antiquiores, ut Stephanus et Hoeltzlinus, suppeditant. Ei autem apud Homerum plus fidei et auctoritatis conciliant optimi quique libri, ut Venet., qui, si unum versum 5, 491. segregaveris, η̄ syllabae paenultimae nunquam infert. E Vindobonen-

Digitized by Google

sibus praestantiores quintus et XLIX. in eodem plerumque concinunt, idemque e lectionum variarum horreo ab Heynio collecto singulis propemodum locis perspicitur. Praeterea alia etiam, quae Buttmanno mihique prosunt, laudari possunt: ea vero, ne dissertatio nostra in nimiam excresceret molem, in praesens omittere satius duxerim.

Duo autem potissimum sunt, quibus quis nostram causam impugnare possit. Primum enim κλητὸς II 9, 165. Od. 17, 386. offertur, et Troum socii bis dicuntur πολύκλητοι II. 4, 438. 10, 420. At alterum horum *lectos* indicare, alterum ad oris sermonumque varietatem, vel ad eorum gentem et originem diversam spectare intelligitur. Ita certe praecipiunt veteres, cf. Eust. 815, 38. Phavor. 1538, 3.. schol brev. ad 4, 438., etsi hodie plerique cum Hesychio II, 998. et Apoll. in Lex. p 557. contrarium amplectuntur. Nec maioris momenti est alia grammaticorum explicatio, ab eodem Apollonio adscripta in Lex. p. 646 *Τηλεκλητοί· τηλόθεν ἐπικεκλημένοι εἰς συμμαχίαν*: ei enim adversantur alii, velut Phavor. 1752, 60 τηλεκλειτοί· πάρα ξένοι, add. Hesych. II, 1380. Phot. 585., unde idem restituendum erit Suidae III, 459. Solus Zonaras, quantum scio, utrumque et arripuit et distinxit τηλεκλειτὸς et τηλεκλητός, vid. II, 1727. Quorum ultimum vel Apollonio vel alii cuidam Homeri interpreti subduxit. Minus autem scite τηλέκλειτος et τηλεκλητὸς accentu secernendos putavit. Propius enim verum est, si quid discriminis inter utrumque intercedat, prius ὀξυτόνως, posterius προπαροξυτόνως esse notandum. At ea de re, multis sane difficultatibus implicata, paullo accuratius erit videndum.

## §. 2.

Sed dicat aliquis post ea, quae diligenter et copiose disseruerint Buttmann. in Lex. II. p. 252 sqq. et Göttling. in doctrina de accent. ling. Gr. §. 33., me acta agere. Quod sane, siquidem duumviri illi suo munere plene et cumulate sint functi, concedendum erit. At alter multiplici scholiorum, quibus singula superstrueret, et ambiguitate et obscuritate in devia aberravit, alter nonnisi Eustathii et Phavorini utitur testimoniis, quibus parum proficimus. Ille enim ad Od.

1566, 66 ναυσικλειτὸς praeter morem oxytonum esse cum aliis plurimis iudicat, Phavorinus autem p. 1070, 26. sibimet ipsi repugnans ἀγάκλυτος, περίκλυτος, τηλέκλυτος reliquit; nam primum certe scitius acuit p. 9, 50., cll. 1752, 59. Itaque Etymologici magni regulam magis dilucidam et planiorem totius quaestionis velut fundamentum ponere liceat. Exstat autem illa 215, 21 sqq. hisce: τὸ δὲ κλειτὸς καὶ κλυτός, εἰ μὲν μετὰ ἀπτώτου συντεθῇ ὑπὲρ μίαν συλλαβήν, φυλάσσει τὴν ὀξεῖαν τάσιν· οἷον κλειτὸς ἀγακλειτός· εἰ δὲ μετὰ πτωτικοῦ ἢ ἀπτώτου μονοσυλλάβου, προπαροξύνεται πρόκλειτος (l. πρόκλυτος), ὀνομάκλυτος. τὸ δὲ δουρικλυτὸς ἐν παραθέσει. Huic ad amussim fere respondent e scholiis, quorum auctoritatem suis praemisit Buttmannus, schol. Ven. ad Il. 10, 109. et schol. Ambros. ad Od. 1, 30. Reliqua ab eodem allata vel singula quaedam pertractant, sicut schol. ad Od. 6, 22. et 7, 39. agit de tenore adiectivi ναυσικλειτός, vel aeque ac priora iam fecerunt, regulam generatim perscriptam certis quibusdam conditionibus adstringunt, vid. schol. B. ad Il. 22, 51. Buttmannus eum scholiorum canonem Heynio, ut videtur, obsequutus adscripsit; alias enim schol. A., qui, quae ad Il. 10, 109 exposuerit, iterum memoravit, idem manifestius etiam prodit. Ceterum uterque Aristarchum Il. 22, 51 ὀνομάκλυτον praeferendum duxisse consentiunt. Iam schol. Ven. B. ita refert: Ἀρίσταρχος ὑφ' ἓν ὡς πασιμέλουσα (Od. 12, 70.). ἐν δὲ Ὀδυσσείᾳ· ὄνομα κλυτὸς (l. κλυτὸν) αἴθων· κατὰ παράθεσιν· εἰ δέ φασιν οὐκ ἔστιν ἐξ οὐδετέρου καὶ ἀρσενικοῦ σύνθετον, τί ἐστι τὸ Ἀστυάναξ καὶ ποιηματογράφος; κατὰ σύνθεσιν οὖν ἐστίν, ὡς τὸ τοξόκλυτος παρὰ Πινδάρῳ καὶ περίκλυτος. Horum ultimum ab inepto scholiastarum interpolatore, varia et dissimilia in unum quasi corpus conglutinante, profectum autumat Buttmannus, quo fallitur. Corrupta enim potius sunt verba et pro adiectivo περίκλυτος πρόκλυτος, quod nemo acuendum esse dixit, emendetur necesse est. Id quod nobis persuadet et Etymologicum et Homeri Il. 20, 204 πρόκλυτ' ἀκούοντες ἔπεα θνητῶν ἀνθρώπων, etsi Buttmannus eius plane immemor fuit. Neque φασὶν in φησὶν erit mutandum, neque vera habuerim quae lexilogi scriptor de nomine πασιμέλουσα minus apto, quod non tam σύνθετον (compositum) quam παράθετον (appositum) sit, monet. Ap-

Digitized by Google

paret enim φασὶν alios ab Aristarcho dissidentes, qui negarunt nomina neutrius generis cum aliis componi, respicere, et πασιμέλουσα nulla alia re nisi tenoris similitudine scholiasta confert Homerico ὀνομάκλυτον. At in errorem deduxerunt viros doctissimos ea, quae grammatici de nominum ἐν παραθέσει et ἐν συνθέσει positorum dissimilitudine et diverso utrorumque tenore passim dixerunt. Unde Buttmannus colligit ἀγακλυτός, περικλυτός, τηλεκλυτός, velut δουρικλυτός, quo potissimum utuntur veteres, ideo esse oxytona, quod duo sibi sint apposita, nec vero inter se conflata. Eadem enim significare atque ἄγαν κλυτός, πέρι κλυτός, τῆλε κλυτός. Nemo autem veterum ita censuit: imo ea omnia non minus quam ναυσικλειτός, τοξόκλυτος, ὀνομάκλυτος composita statuerunt. Atque de illis quidem locupletes testes sunt ii, quorum mentio supra est iniecta; ναυσικλειτὸν vero compositum esse cum aliis schol. ad Od. 7, 30 docet. Eo enim ipso, quod Homerus vocali mutata ναυσικλειτός, ναυσικλυτός, Ναυσίθοος et Ναυσικάα scribat, simplex vero ῆ vel ᾱ habeat νησὶν et νέεσσιν, effici putant grammatici adiectivum esse compositum, neque appositum, vid. Phavor. 1293, 19. Etym. M. 605, 28. Eust. ad Od. l. all. Quare veteres ναυσικλειτὸν et ναυσικλυτὸν ab aliis eximenda censent; acutum vero priorum ex eo repetunt, quod ab adverbiis bisyllabis et iis indeclinabilibus originem ducunt. Ad haec accedit aliud: πολύκλειτος apud Pind. Ol. VI, 71. fr. 276.; πρόκλυτα apud Homerum ipsum legimus; in iis autem nullam σύνθεσιν, sed παράθεσιν solam inesse videmus. Itaque, si Buttmannus vere statuit, tenorem pravum esse sequitur. At nemo unquam ita iudicavit, ergo nec Buttmannus nec Göttlingius rem commode et scienter expediverunt. Quare, etsi causam forsitan minus perspiciamus, ea tamen erunt tenenda, quae veterum auctoritas de hisce adiectivis sanxit. Scio quidem lexicographos et grammaticos posteriores ab ista antiquiorum norma hic illic desciscere, veluti eius imperitiae exempla e Phavorini lexico et Etymol. magno produximus, et alia suppeditant alii; at multo verisimilius est illa librariorum socordiae quam praeiudicatae magistrorum ipsorum opinioni accepta referre, praesertim quum ii ipsi non raro sequantur doctiorum placita, add. Arcad. de acc. 88, 16. 90, 6.

His quidem explicatis nihil restat, nisi ut de illis

adiectivorum horum compositis, quae, utpote a nominibus oriunda, proparoxytona habentur, brevissime dicamus. Ea et numero pauca sunt et usu rara: Pindari τοξόχλυτος ex Homeri scholiis lyrici fragmentis inseruerunt Heynius et Boeckhius nr. CLXV et CCLXXIV. Eiusdem notae est ὀνομάχλυτος, *cui celebre est nomen*. Nam id vere compositum et proparoxytonum iure existimavit Aristarchus, vid. Boeckh. ad Pind. fr. all. Eust. 1256. 45. Accinunt autem poetae, velut Simonid. περὶ γυναικῶν v. 87 τεκοῦσα καλὸν κούνομάχλυτον γένος. Simmias Rhodius in Brunck. Anal. II, 525 v. 13 ἄλλων ἀγνώσσουσα βροτῶν ὀνομάχλυτον αὐδήν, cf. Tzetz. Chil. VII, 707 ex edit. Kiesslingii et eius libri censorem in Diar. scholast. a. 1827. sect. II. sched. 43. p. 370. At τηλέχλητος sicut πολύχλητος proparoxytonum esse manifestum crediderim, unde τηλεχλητοὶ et τηλεχλητῶν et ipsa declarant τηλεχλειτοὶ Homero fuisse restituendum. Denique cur in hymno Homerico in Apoll. v. 31 ναυσικλείτη τ' Εὔβοια, at versu 219 ναυσικλειτῆς Εὐβοίης plerique editores proferant, me ignorare fateor cum Boeckh. not. crit. ad Pindar. Nem. v. 4. Quare quemadmodum Apollonii τηλεχλειτήν τ' Ἀριάδνην revocavimus, ita hymni illius auctori ναυσικλειτή τ' Εὔβοια postliminio redeat.

---

## EXCURSUS XII. AD IL. *E*, 656.

De adverbiis ἀμαρτῇ et ὁμαρτῇ et verbis inde ductis ἀμαρτεῖν et ὁμαρτεῖν.

---

### §. 1.

Apud omnes fere populos singulae singulorum aut nominum aut verborum formae reperiuntur et propter originem incertam ambiguae et grammaticorum, qui eas explicare et derivare studerent, curis magis etiam involutae tenebris. Multa eius rei et ea manifesta exempla nobis proponunt Homerica carmina, ad quae enucleanda

Digitized by Google

et illustranda plurima virorum ingeniosorum atque eruditorum opera saepe parum valuit. Huc si retulero adverbia, de quibus iam quaeramus, nemo, opinor, mihi contradicet. Apparet quidem priorem illorum partem cum adverbiis ἁμα et ὁμοῦ cohaerere; posterior autem e qua stirpe sit nata, dictu est difficilius. Eustath. in commentar. ad Il. 592, 17. de iis praecipit ita: ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ ἁμαρτῇ γίνεται ἀπὸ τοῦ ἅμα καὶ τοῦ ἀρτῶ. ἡ μὲν συνήθεια περισπᾷ. Quod quid sit non statim intelligitur, nam ἀρτάω (*suspensum esse*) minus congruit, ἀρτέω vero Ionicum, quod Herodotum frequentare scimus, ab Homero abhorret. Itaque ὁμοῦ sive ἅμα et ἄρω, ἄρηρα, unde ἀρτύω et ἀρτύνω proficiscuntur, ei subesse crediderim. Ex quo conficitur illud ortum trahere ab adiectivo verbali eoque obsoleto ἀρτός, ac proinde significare *coniunctim*, vid. Et. M. 623, 25. At hic nobis occurrunt duo: primum Aristarchi sententia, ab aliis longe diversa, deinde vocalis ultima, cui alii ῑ subscribendum, alii auferendum existimant. De Aristarcho praeter Eustathium l. all. et 751, 60. luculenter et plane tradit schol. Ven. ad Il. 21, 162., cuius verba testimonii loco in medium proferamus: „Ἀρίσταρχος, inquit, ἀποκοπὴν εἶναι βούλεται τοῦ ἁμαρτήδην, ὃ ἐστιν ἅμα· διὸ καὶ χωρὶς τοῦ ῑ γράφεται," add. scholl. ad Il. 5, 656. Etym. M. 78, 20. Gud. 42, 7. Phavor. 136, 17 sqq. Aristarchus igitur ἁμαρτή, velut δή, δηλαδή, ὁτιδή et alia eius generis melius censuit. Causam huius decreti accuratius et plenius perspicimus ex Il. 13, 584. Ibi enim Aristarchei legerunt:

τὼ δ' ἄρ' ὁμαρτήτην, ὃ μὲν ἔγχεϊ ὄξυόεντι
ἵετ' ἀκοντίσσαι, ὃ δ' ἀπὸ νευρῆφιν ὀϊστῷ· —

vid. scholl. et Eust. 947, 53., qui sic commentatur: „Τὸ δὲ ὁμαρτήτην οἱ μὲν ἐπίρρημα νοοῦσιν ἀντὶ τοῦ ὁμοῦ, ἕτεροι δὲ ῥῆμα χρειττόνως φασὶν ἀντὶ τοῦ ἠκολούθησαν κατὰ τὴν βολήν· οἱ δέ φασιν τριπλῆν εἶναι γραφήν, ἁμαρτήδην καὶ ὁμαρτήδην, καὶ διὰ τοῦ ταῦ ὁμαρτήτην, ἐν πᾶσι δὲ δηλοῦσθαι τὸ ὁμοῦ. εἰ δὲ καὶ ἔστι ῥῆμα τὸ ὁμαρτήτην παραληγόμενον τῷ ἦτα, ἐκ τοῦ ὁμαρτησάτην συγκέκοπται." Quorum ultima falsa esse nemo non videt. Sed Aristarchi illi sive lectioni sive emendationi libri plerique obnituntur, in vulgari ὁμαρτήτην seu ὁμαρτείτην, quemadmodum alibi etiam variant, satis concordes, vid. Heyn. Observatt. Vol. VI. p. 472 sq. Neque alii, quantum scio, certius ad-

verbii eius vestigium reliquerunt, cf. Henr. Stephan. Thes. ling. Gr. Vol. IV. p. 6735. a.

Iam apud Homerum aliis ἀμαρτῇ, aliis ἁμαρτῇ potius esse visum Heynius auctor est ad Il, 5, 656. Quod, si de editionibus acceperis, vero esse consentaneum non negaverim: illae enim ὁμαρτῇ, ut multae antiquiorum, vel ἀμαρτῇ, ab ipsa Wolfiana receptum, nobis exhibent; sin autem ad grammaticos retuleris, plerosque, Aristarchi et etymologiae et tenori diffisos, ἁμαρτῇ sive ὁμαρτῇ praeponendum duxisse facile demonstrabimus. Nec vanam esse eam opinionem probat idem schol. Ven. ad Il, 21, 162: ἀμαρτῇ. περισπαστέον καὶ σὺν τῷ ῑ γραπτέον κατὰ τὸν χαρακτῆρα τῶν εἰς τῇ λῆγόντων ἐπιῤῥημάτων· καὶ διελέγχει ἡ παράδοσις τὸν Ἀρίσταρχον, ἔχουσα τὸ ῑ. Aristarchi autem placita, in disceptationem vocata, Herodianum et Ptolemaeum Ascalonitam reiecisse scholl. ad Il. 5, 656, Zonar. I, 164. cum aliis multis, quos supra significavi, testantur. Neque Arcadio de acc. 183, 3 sqq,, qui contra stare videtur, ad aliorum auctoritatem elevandam multum momenti tribuerim. Nam parum constat, utrum de grammatici sententia, an librariorum temeritate vel negligentia factum sit, ut ῑ adverbiis illis surriperetur. Quae quum ita sint, nihil fere dubitabis, quin, missa et Wolfii auctoritate et Heynii inconstantia, ἀμαρτῇ recte et prudenter restituerim poetae. Unum superesse video scrupulum, quem, si fieri potest, aliorum ex animis eximam. Obiiciat enim aliquis: ἀμαρτῇ et ὁμαρτῇ et promiscue adesse in libris scriptis pariter atque editis, et poetas recentiores ὁμαρτῇ solum agnoscere. Sed ἀμαρτῇ ter in Iliade, semel in Odyssea obvium, vid. 22, 81. et Il. 5, 656. 18, 571. 21, 162., etsi libri saepe in diversa abeunt., Ven. certe semper ῑ subscripto munivit, eique tum meliores e Vindobonensibus, tum alii multi apud Heynium adstipulantur, cf. Tollium ad Apoll. Lex. Hom. 741 sq. Ex his coniecturam capio ᾱ, quod verbo etiam inferendum censuit Aristarchus, ex eius arbitrio a diligentioribus librariis, exemplaribus Aristarchels usis, adverbio servatum et lege quasi sancitum fuisse. Quapropter, etsi dissimilitudo quaedam tum verbi et adverbii tum Homeri et aliorum eo relinquitur, mutare tamen quidquam et ὁμαρτῇ scribere religioni nobis ducamus. Neque Herodianus illud solum et unum, quae Passovii opinio est in Lex. voc. ὁμαρτῇ, Home-

ricum habuit, vid. Etym. M. 78, 22. Fuisse tamen qui id Homero magis convenire statuerent, non magis librorum dissensus quam epicorum recentiorum usus manifesto produnt, vid. Callim. in Dian. 243. Apoll. Rh. I, 538. Oppian. Hal. I. 378. Utrum autem in eorum carminibus ὁμαρτῇ, quod sine ῑ addito plerumque fertur, poetarum ipsorum sit, an editorum librariorumve negligentia immigraverit, dirimere non ausim.

## §. 2.

His quidem ad finem qualemcunque perductis, ad eiusdem originis verba ἀμαρτεῖν atque ὁμαρτεῖν accedamus. De quibus quo saepius et copiosius disseruerunt alii, vid. Henr. Steph. Thes. ling. Gr. l. all., eo brevius defungar hac mea provincia. Iam vero in Homericis carminibus nonnisi ὁμαρτεῖν et ἐφομαρτεῖν hodie obvenire nemo ignorat, cf. Il. 12, 400. 24, 438. et 13, 584., de quo paullo antea egimus, porro Od. 13, 87. 21, 188.; compositi exempla tria sunt in Iliade 8, 191. 12, 412. 23, 414. At alterum altero non prorsus exclusum fuisse et alia grammaticorum testimonia indicant et schol. Homeri aperte docent, velut ad Il. 12, 412. subiiciunt: Ἀρίσταρχος ἐφαμαρτεῖτε, ἄλλοι δὲ ἐφομαρτεῖτον, ἄλλοι δὲ ἐφομαρτεῖτε, vid. eadem ad 23, 414. Eiusdem iudicii vestigium impressum est Harlei. libro et aliis, qui in Od. 21, 188 ἁμαρτήσαντες ἄμ' ἄμφω proferunt. Denique idem sine ulla varietate legit Etym. M. 623, 22., Eustathio tamen dissentiente. Huic autem formae, quam Aristarchi fuisse recte iudicat Heynius, non modo codices quidam carminum Homericorum et scholiastae fidem addunt, sed ea etiam angetur lexicographorum assensu. Quorum plurimi et ὁμαρτεῖν et ἁμαρτεῖν receperunt et explanarunt, vid. Etym. M. 623, 20 sqq. Hesych. I, 262, 263. II, 748. Phavor. 136, 15. cll. 1354, 50.; aliis vero satis fuit explicuisse prius, veluti Suidae II, 682. et Zonar. 1450. At ii, qui utrumque consociandum putarunt, multa vel incerta vel falsa attulerunt. Ita, quod dudum emendarunt viri docti, male admodum legitur apud Hesychium l. priore ἀμαρεῖν, neque posteriore his immiscenda erant Philoctetae verba, apud Sophocl. Philoct. 231. lecta, quanquam ea verbi ἁμαρτεῖν et ἁμαρτάνειν

De illa vero bipartito erit agendum, siquidem non modo in verborum quibusdam terminationibus, sed in aliis etiam vel nominum formis vel particulis recisa putatur. Iam igitur de his omnibus, quantum quidem fieri poterit, ita disseramus, ut in summa brevitate nihil omittamus, quod rei accuratius cognoscendae meliusque illustrandae aptum et idoneum possit haberi.

Vocalem αι ab iis verborum personis vel modis, quibus ut e tenore apparet, natura sua brevior solet inesse, apostropho illato separari posse et veteres exemplorum multitudine comprobant, et nostra aetate nemo negat. Quem poetae usum agnoscit Eustath. ad Il. 1, 167. p. 62, 41.: „ἔτι ἰστέον καὶ, ὅτι παρὰ μὲν τοῖς ὕστερον μονόφθογγα καὶ βραχέα φωνήεντα ἐκθλίβεται ἤγουν κουφίζεται, παρὰ δὲ τοῖς παλαιοῖς ἅπαντα· ὅθεν καὶ νῦν ἐν τῷ „βούλομ' ἐγώ" ἡ αι δίφθογγος ἐξεθλίβη, cf. 1239, 27 sq. Quo loco diphthongum ει similiter extritam esse Hegemonis Thasii versus, qui apud Athenaeum etiam XV, 699. a. exstat, ostendere studet. Versus autem is est:

δεινὰ παθοῦσα Φακῆ βδελυρή, χώρ' εἰς τὸν ἀγῶνα.

Pro quo Casaubonus, Wolfio in Anal. litterar. I, 453. assentiente, χώρει ς τὸν ἀγ. emendandum proposuit. Reisigius in synt. crit. p. 25 sq. ex eo, quod vulgo ferebatur apud Athenaeum, βδελυρὰ efficere studet, integram poetae manum fuisse βδελύρ', οὐ χωρεῖς τὸν ἀγ. Equidem vereor, ne vulgatum glossae potius acceptum referatur. Suspicor igitur poetam dedisse: δεινὰ παθοῦσα Φακῆ βδελυρή, δεῦρ' εἰς τὸν ἀγῶνα, cuius in sedem invasit interpretamentum appositum χώρει. Sed redeamus in viam.

Homerum igitur sive aetatis antiquissimae epicos diphthongi αι elisione, quae in verborum formis reperitur, si cum aliis aliorum poetarum carminibus illos contuleris, aliquanto saepius liberiusque usos esse patebit. Iam prima persona medii tum praesentis tum futuri aliquoties decurtata invenitur. Cuius usus primum et notissimum est argumentum, quod Eustath. adduxit, Il. 1, 117 βούλομ' ἐγώ, vid. Od. 12, 350. Nam, ut in aliis, ita hic quoque Odysseam non raro proxime accedere ad Iliadis exemplar uno et eo luculento documento monstrabo. Idomeneus Othryoneum, cui Cassandra, Priami filia, erat desponsata, Il. 13, 374. compel-

lat hisce: *Ὀθρυονεῦ, περὶ δή σε βροτῶν αἰνίζομ' ἁπάντων*, quibuscum ad verbum fere congruunt Od. 8, 487 *Δημόδοκ', ἔξοχα δή σε βροτῶν αἰνίζομ' ἁπάντων*. Reliqua praesentis elisi exempla acervatim dicam: *λίσσομαι* bisyllabum legitur Il. 1, 283. 22, 338. Od. 15, 261. et eius subiunctivus Il. 22, 418., ubi libri et editiones olim in diversa abierunt; *ἔρχομαι* Il. 1, 168. *δύναμαι* Il. 5, 475. *μετατρέπομαι* Il. 12, 238. *ῥύομαι* 15, 257. *ἴλημαι* 15, 110. 18, 194. *εὔχομαι* Il. 21, 411. Odysseae propria sunt *τέρπομαι* 4, 191. *τεκμαίρομαι* 11, 112. 12, 139. Huc denique pertinet *ἄρχομ' ἀείδειν* in hymnis minoribus passim obvium, cf. VIII, 8. X, 1. XII, 1. XV, 1. alib. Primam futuri personam diphthongo minorem exhibet Il. 9, 397 *ποιήσομ' ἄκοιτιν*. 18, 121 *κείσομ'*, *ἐπεί*. 21, 341 *φθέγξομ' ἐγώ*. 22, 390 *μεμνήσομ' ἑταίρου*. Unde hymnorum auctoribus cessit pervulgatum illud: *αὐτὰρ ἐγὼ καὶ σεῖο καὶ ἄλλης μνήσομ' ἀοιδῆς*, vid. hymn. in Ap. 546. in Merc. 580. in Cer. 495. alibi. Odysseae priva et peculiaria sunt: 5, 358 *πείσομαι*. ib. 364 *νήξομαι*. 8, 184 *πειρήσομαι*. 19, 501 *εἴσομαι*. 1, 397 *αὐτὰρ ἐγὼν οἴκοιο ἄναξ ἔσομ' ἡμετέροιο*, quocum concinit h. in Cer. 364 — *ἀεικὴς ἔσσομ' ἀκοίτης*. Adiiciatur postremo aoristi subiunctivus Od. 3, 419 *ὄφρ' ἤτοι πρώτιστα θεῶν ἱλάσσομ' Ἀθήνην*.

Personae secundae unum novi exemplum Il. 15, 245 *ἦ ὀλιγηπελέων*, vid. schol. A. et Eust. 1014, 49. Longe crebrius tertia et praesentis et futuri non minus in singulari quam plurali eam patitur apocopam. Illius documenta edit Il. 3, 457 *φαίνεται*. 8, 481 *τέρπονται*. ib. 140 *ἕπεται*. 12, 68 *βούλεται*. 20, 99 *πέτεται*. Odyssea 2, 126 *ποιεῖται*. 12, 128. 14, 104 *βόσκονται*. 13, 235. et 17, 532 *κεῖται*, 14, 125 *ψεύδονται*. Futurum vero syllaba brevius habet Il. 6, 458 *ἐπικείσετ' ἀνάγκη*. cll. 21, 318. et 22, 71 *κείσοντ' ἐν προθύροις*. 7, 30 *μαχήσονται*. 8, 17 *γνώσεται*. 20, 130 *δείσεται*. 23, 47 *ἵξεται*. cll. Od. 19, 20; ib. vero 2, 135 *ἀρήσεται*. Perfectum bis observavi Il. 2, 137 *εἵατ' ἐνὶ μεγάροις* et 17, 164 *πέφατ' ἀνέρος*. At de altero, etsi Heynius in Observatt. Vol. VII. p. 400. praeteritum agnoscit, licebit dubitare, primum olim ferebatur *εἵατο ἐν μεγάροις*, sicut ipse Venet. praebet, correctus iam a schol. A. et Eust. 192, 3. De hoc quidem Heynius l. all. scite iudicat, at Il. 18, 504., ad quem versum provocat,

Digitized by Google

huc non est referendus. Ceterum huic diphthongi elisioni codices plerumque patrocinantur ita, ut Vindob. Alteri, cuius librarius alias apostrophum facessere iubet, raro admodum vocalem integram adiecerit, veluti Il. 3, 457. 5, 475. 8, 140. 9, 397. 10, 108. 12, 238.

Epici sequiores, etsi veniam ab Homero traductam parcius expetierint sibi, tuta tamen ac certa illius indicia produnt, vid. Hes. Op. 581, 702, 712. Arat. 286, 293, 787. Dionys. Per. 218, 509. Orph. Lith. 476. Opp. Hal. II, 66, 163, 286. IV, 448. et praecipue Apollonium Rhodium, qui in eo Homeri exemplar aliis pressius sequitur. Detrahit igitur diphthongum primae futuri personae III, 514, 989, 1026., praesentis IV, 783., ac futuri tertiae II, 18.

Neque ab illorum numero verbi substantivi futurum ἔσσεται secernendum esse existimaverim, etsi illud censor Wolfii eruditissimus l. all. p. 133., quum bisyllabum ἔσται non minus frequentetur, ex Homeri monumentis paene exstirpandum censeat. Me secus iudicare iam olim in libr. de vers. Graec. her. p. 165. fassus sum, causamque eius dissensionis satis probabilem reperisse mihi videor. Nam si bene et prudenter omnia perpendi, formae trisyllabae diphthongo extrita tum locus est, quum numeri celeriorem sibi flagitant motum, bisyllaba autem ponderis et momenti quiddam addit prioribus. Vere me ita sentire iam ii versus, qui alterum altero sine numerorum damno mutare permittunt, quodammodo probant. Itaque ἔσσεται maxime reperitur in versus clausula, ubi vox ad finem, in quo subsistat, properat, vid. Il. 4, 235, 271., vel in eorum initio, quo ad sequentia citius progredi licet, ut in Od. 24, 201. Contra ἔσται, cui potissimum in extrema versus regione sua et propria est sedes, cf. Il. 1, 136, 212, 563. 2, 257. 8, 286, 401. 9, 310, 413. 10, 41, 223, 304, alibi, tum dicitur versu vel medio vel exeunte, quum prima verbi syllaba gravius sit efferenda, uti in Il. 7, 451, 458. Od. 1, 318. Nec silentio praetereundum est optimos quosque recentiorum Homericae formae praesidium ferre, vid. Callim. h. in Del. 152. Apoll. Rhod. I, 291. II, 334. III, 93, 407, 480, 781, 1044. IV, 832. Opp. Hal. V, 102. Orph. Lith. 97, 338. aliosque plures.

His iam perfuncti de infinitivis, qui diphthongo sublata deminui solent, videamus. Illorum et notissimus et

testimoniis plurimis comprobatus praesentis erit infinitivus; rarius idem factum videmus in futuro, rarius etiam in aoristo. Noli tamen putare id media postisimum voce prorsus fuisse vetitum atque interdictum. Praesentis igitur sunt ἔρχεσθαι bis in Iliade 3, 394. 8, 600., ter in Odyssea lectus 1, 190. 10, 563. 15, 514. Sextum enim illius exemplum codicum auctoritate impulsi ex Il. 15, 177. eiecerunt. Alios singulos, librorum ordini obsequutus, hic adscribam Il. 5, 33 μάρναισθαι, 9, 445 λείπεσθαι, ib. 228 δαίνυσθαι, cui affinis est Od. 23, 245 ζεύγνυσθαι, porro Il. 15, 698 ἄντεσθαι, 24, 91 μίσγεσθαι, tum Odyssea addit 2, 71 τείρεσθαι, 4, 756 ἔχθεσθαι, 9, 13 εἴρεσθαι, hymnus autem in Apoll. 163 sq. μιμεῖσθαι et φθέγγεσθαι. Atque hi quidem omnes in regionis primae finem cadunt, duo vero pedis secundi initio leguntur, duo denique in eadem tertii regione: hi sunt Il. 20, 422, 469 στρωφᾶσθ' et ἱέμενος λίσσεσθ', ὃ δέ —, illi Il. 21, 490 πληκτίζεσθ' ἀλόχοισι Λ. et Od. 17, 196 σκηρίπτεσθ', ἐπ. Verbi substantivi infinitivum triplicem fuisse εἶναι, ἔμμεναι et ἔμμεν, cuius loco, si prior propter numeros corripitur, ἔμεν dicere licet, constat. Qua de causa apostropho carere possumus Il. 18, 364. Od. 14, 332. 16, 419. 19, 289, neque illum Wolfius in edit. Ilindos noviss. admisit; vid. de vers. her. 164.

Futuri infinitivus diphthongo resecta iterum implicatur primae maxime hexametri regioni, ut Il. 2, 175. 11, 500 φεύξεσθαι, 6, 516 στρέψεσθαι, 8, 234 στήσεσθαι, 9, 235 σχήσεσθαι, 24, 86 φθίσεσθαι, Od. 6, 174 παύσεσθαι, 13, 357 ὄψεσθαι, neque ab his abest Il. 15, 613 ἔσσεσθαι. At idem in prima pedis secundi parte cernitur 22, 332 σῶς ἔσσεσθ', ἐμὲ δ' οὐδὲν ὀπίζεο —.

Ex aoristi infinitivis activi forma nunquam reperitur ita amputata: unicum enim eius, quod olim adfuit, specimen Il. 21, 323. hodie expulsum est, vid. Hermann. ad hymn. Hom. in Merc. 133. Medii vero primum aliis infinitivis congruum videmus Od. 18, 287 δέξασθαι, et ib. 270. 19, 159, 531. 20, 335, 342 γήμασθαι. Idem semel in Odyssea regionis secundae initio insertus est 10, 385 πρὶν λύσασθ' ἑτάρους, eodemque modo ter decurtatum leginus aoristi secundi infinitivum in Il. 18, 294 κῦδος ἀρέσθ' ἐπὶ νηυσί —, 19, 186 οὐ δύναμαι λελαθέσθ' Ἄτης, et 22, 417 ἐξελ-



Digitized by Google

ϑόντα πόληος ἰκέσθ' ἐπὶ νῆας Ἀχ. Notavi ista propter Hermanni observationem ad hymn. Hom. II, 133, qua dicit infinitivos istos nonnisi quater in versus arsi ab Homero esse collocatos. Ei iam adversatus est Heinrichsius in epimetr. ad Twestenii comment. crit. de Hesiod. Oper. et Dieb. p. 71 sq. Qui praeter Homeri exempla quaedam Hesiod. Op. 800 ἄγεσθ' εἰς οἶκον, quod plurimi hodie receperunt, commemoravit, idemque apud eundem v. 630 ἄρμενον ἐντύνασθ', ἵνα οἴκαδε κέρδος ἄρηαι scribendum esse coniicit, quod recte, opinor, editores alii spreverunt. Denique laudat ex Hercul. Scut. 218 ϑαῦμα μέγα φράσσασθ', ἐπεὶ οὐδαμῇ ἐστήρικτο, ubi, quod factum nollem, Dindorfius et Göttlingius φράσσαιϑαι, ἐπεὶ restituerunt. At minus considerate Heinrichsius Aristarchum in Il. 7, 353 ἐκτελέσαιτ', ἵνα voluisse perhibet: id enim falsum esse ad ll. vers. all. docui. Ab Hesiodi vero more elisionem istam non alienam fuisse praeterea declarat Op. 384 ἄρχεσθ' ἀμητοῦ· ἀρότοιο δὲ δυσομενάων.

## §. 2.

Nominum formae, e quibus diphthongus $\overline{αι}$ exempta possit videri, rarissime conspiciuntur. Apud Homerum quidem in Il. 11, 272 ὡς ὀξεῖ' ὀδύναι Heynius facilius quam consultius excusavit, alios ad alias descendisse coniecturas vidimus in annot. critica. Itaque verendum est, ne uno et eo corrupto exemplo inducti novam et inauditam poetis Graecis licentiam finxerint, praesertim quum simile quidquam frustra quaeras. Vix enim inepti aetatis infimae versificatores nobis persuadeant eandem veniam probis atque antiquis fuisse concessam. Etenim illos, quae prava horum temporum fuit consuetudo, ad deteriora saepe deflexisse nemo ignorat, unde Gregorius theologus in Anthol. Pal. VIII. Epigr. 8, 1 ὦ μύϑοι, ὦ ξυνὸς φιλίης δόμος, ὦ φιλ' Ἀϑῆναι non est aspernatus. Quanta vero eius harum rerum sive inscitia sive negligentia fuerit, idoneis exemplis demonstravit Iacobs. ad Anth. Pal. Vol. III. p. 416. Finitima istis eruere possis ex inscriptionibus, a quibus et colligendis et diiudicandis in praesens erat abstinendum.

Quaestio vero maioribus obsepta difficultatibus oritur de particula καί, quam alii a poeta vel elisam vel

cum proxima vocali conflatam statuerunt, aliis neutrum admittentibus. Dissensionis huius causam et originem a Graecis Homeri interpretibus repetendam esse intelligitur, si quidem illorum pars et de aliis varie iudicavit, et *κἀκεῖνος, κἀκεῖθι* eorumque similia commiscuit. At de priore posthac erit dicendum, *κἀκεῖνος* vero aeque atque agnata ab Aristarcho et doctioribus repudiata esse ostendimus ad Il. 3, 402. 6, 200. 12, 348. Horum igitur sententiae Wolfius obsequutus ex Homeri carminibus ista eiecit, vid. praefat. edit. nov. p. 55., neque Heynius, etsi vulgaria passim reliquit, ut in Il. 6, 200, magnopere adversatur. Pauca alia eius rei exempla vel olim adfuerunt vel hodie exstant. Illius quidem generis erant quae in Il. 5, 273. et 21, 110. ferebantur: *ἀροίμεθα κἂν κλέος ἐσθλόν*, et *ἀλλ' ἐπί τοι κἀμοὶ θανάτου καὶ Μοῖρα κραταιή*, ab H. Stephano aliisque propagata, Veneti et librorum consensione nunc depulsa. Quibus missis nonnisi unum crasis eiusmodi indicium praebet Ilias 21, 108 *οὐχ ὁράᾳς, οἷος κἀγὼ καλός τε μέγας τε.* In eo etsi libri concinunt, offensi tamen sunt Barnesius et Vossius, quorum alter tanquam scribendi varietatem, vel e codice ductam vel coniectura repertam, apposuit, *οἷος μὲν ἐγὼ κ. τ. λ.*, alter ad hymn. in Cer. 226 *καὶ ἐγὼ* restitui iussit. Neque eam suspicionem falsam vanamque habuerim, vid. Il. 4, 40. 6, 477. 8, 23. 14, 113. 15, 188. 16, 623. 17, 515. Od. 3, 277. 4, 148. 5, 448. 10, 17. 11, 197. 15, 125. 20, 296. Quibus si *καὶ ἐγὼ* aptum consentaneumque fuerit visum, cur idem Iliad. 21, 108 sit denegandum, nemo perspicit. Accedit, quod de raro isto et insolito syllabarum coagmento neque Eustath. neque Venet. interpretes vel verbo monuerunt. Ex quo efficitur nihil novi in exemplaribus antiquis fuisse repertum. At Vossius nimia usus severitate neque ab Hesiodo neque ab epicis posterioribus particulam istam alii verbo admixtam esse censet. Nam primum crasin a nonnullis grammaticis et librariis Homero ipsi permitti supra vidimus; deinde ad horum normam sua conformasse recentiores in libr. de vers. Gr. heroic. p. 178. copiosius exposui. — His igitur de causis non est dubium, quin et in hymn. Homeric. in Merc. v. 173 *κἀγὼ τῆς ὁσίης ἐπιβ.* et in hymn. in Cer. v. 227. *θρέψω· κοὔ μιν ἔολπα* — recte et vere legamus. Neque in Callimachi Epigr. LXII, 6 *κἀγὼ τοὺς πολλοὺς οὐκέτ' ἔχω Πυλά-*



Digitized by Google

δας aphaeresis dura καὶ 'γὼ a Vossio erit petenda, neque Göttlingio paream in Hesiod. Theog. 447 ἐξ ὀλίγων βριάει, καὶ ἐκ πολλῶν μείονα θῆκε reponenti, quod καὶ ἐκ unam syllabam (κἠκ) apud Hesiodum efficere arbitratur. Ut enim ab hoc incepto nos deterrent alia eiusdem poetae testimonia, sicut Theog. 284 χὠ μὲν ἀποπτάμενος. Op. 357 κἂν μέγα δοίης — ib. 559 τῆμος τῶμισυ β. —, ita apud Callimachum non modo καί, sed articulum etiam cum vocali nominis subsequentis colliquescere docent hymn. in Ap. 1, 9, 106., in Cer. 39, 120, 131. Sed haec sufficiant; alia enim aliorum commemorare nihil attinet. Plane vero et scite de re ipsa praecepit Buttmann. in gr. ampl. §. 29. annot. 18. Admonendum est praeterea de iis poetae versibus, quibus καὶ vocali extrita inesse putarunt quum alii tum Wolfius, intelligentissimus sermonis Homerici iudex et arbiter, vid. eius Anal. litter. I. p. 434 sq. Affert ibi tanquam certum elisionis huius argumentum Il. 2, 238

ἦ ῥά τι οἵ χ' ἡμεῖς προσαμύνομεν, ἠὲ καὶ οὐχί — Contradixerunt Vossius l. all. et Thiersch. in gr. Gr. §. 165. 1. Neque, ut videtur, iniuria, siquidem haec minatus Thersites: „solum hic eum relinquamus, ut videat, utrum nos ei aliquid prosimus, nec ne.“ Iam si καὶ ἡμεῖς dixisset, de aliis, qui praeter Achivorum exercitum Agamemnonem a Troum vi et impetu defenderent, esset cogitandum. Nulli vero alii eius sunt socii, ergo importunum est Wolfii καὶ ἡμεῖς. Particulae vero potentialis fides eo augetur, quod illa saepe sic adiicitur, ut ea, quae quis cognoscere et experiri studeat, vel magis incerta reddat, vel ironia faceta quasi condiat sermonem, cf. Od. 4, 80. 8, 336. 15, 431. 18, 357. Contrarium eius paene est καί, quo id, cui adiungitur, licet praeter spem atque opinionem acciderit, certum exploratumque esse solent affirmare. Ita Achilles in Iliade 20, 347, id quod minime exspectaverat, Aeneae etiam deos prospicere fatetur hisce:

ἦ ῥα καὶ Αἰνείας φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσιν Ἵεν—, add. 16, 750. 19, 315. 23, 103. 24, 425. Thierschius etsi a Wolfio dissentit, eam tamen diphthongi elisionem poetae cognitam usitatamque fuisse existimavit. Qua opinione impulsus in gr. Gr. §. 330. 5. b. et 8. et alia quaedam mutat, et in Il. 2, 123. 8, 205 εἶπερ γὰρ κ' ἐθέλοιμεν melius iudicat, add. Od. 2, 246. Il.

Digitized by Google

13, 288. Quod quum optativum particulae ἄν in sententia conditionali connexum angustioribus inclusisset terminis, necessario ei accidit. Hermannus particulam ἄν in his et similibus magis ad conditionem quam ad verbum, quod sequitur, referendum esse sagaciter perspexit, cf. libr. de partic. ἄν III. 11. sive Opusc, IV. p. 171 sq. Deinde Thierschio illud etiam obstat, quod poetae vel γὰρ κεθέλοιμεν, vel, quod eius proprium est, γάρ τ' ἐθέλ., vid. Thierschii ipsius grammaticam §. 302. 3 et Welcker. ad Theognid. v. 486, erat dicendum. Sed γάρ κε, si res ad cogitationem refertur, non minus frequentatur, quemadmodum optativo adiunctum cernitur Il. 9, 304. 10, 57. 12, 344. 24, 565. Od. 4, 443. 10, 383. 14, 402. 16, 153 hymn. in Ap. 153. Denique exempla, quibus καὶ verum esse comprobare studet Thierschius, Il. 15, 117. Od. 9, 35. 7, 321. mirum quantum distant ab illis. Etenim in Iliados versu allato, apodosi praecisa, ne poterat quidem aliter loqui poeta, in Odyssea vero καὶ cum adverbiis proximis arctius est copulandum. In universum enim καὶ conditioni alicui commissum sententiam totam raro comprehendit, saepe adverbio nominive, quae subiiciuntur, convenit solis. Haec si reputaveris, istam sive crasin sive elisionem a poeta alienam esse intelliges. Nec plus fidei erit eidem apud Dionys. Perieg. v. 885 ἢ ταχα' κἄν ἄλλοισιν ἐπισταμένως ἀγορεύοις. Codicibus enim κἄν vel κεν offerentibus, elegantissimum poetam mendo liberaveris restituendo ἢ τάχα καί κ' ἄλλοισιν ἐπ. ἀγορεύοις.

At vero alia magis perspicua et aperta diphthongi elisae exempla restant Homerica. Laudavit certe Wolfius insuper Il. 9, 412. 6, 260. 13, 734; Nitzschius, quanquam incertus haeret, Od. 3, 255. 6, 282, vid. eius animadversiones, huc retulit; Thierschium denique Il. 13, 734 permovit, ut καὶ elisum aliquanto crebrius inveheret in Homeri carmina. Cautius illis existimavit Hermannus, vid. Opusc. IV. p. 21, 25, 28, 29. Ratio autem singulorum quum sit dispar, de singulis seorsum erit agendum. Primum illorum bene iam removit Thiersch. in gr. Gr. §. 165. 1, nec latere illo in versu particulam καὶ ea poterunt indicare, quae in Excursu VIII. §. 5. collegi. Haud maioris fere momenti est Il. 6, 240 ἔπειτα δέ κ' αὐτὸς ὀνήσεαι, nam interpunctione leviter mutata sententiam commode pro-

Digitized by Google

cedere cognovimus, eademque verborum iunctura, optativo subsequente, recurrit Il. 10, 346, cf. 24, 418. h. in Ap. 163. Male igitur grammatici quidam *καὶ* hic amisisse diphthongum tradiderunt, ut schol. Ven. Nobiscum sentit Hermann. l. all. p. 28. De Odyssea 6, 282 *βέλτερον, εἴ κ' αὐτή περ ἐποιχομένη πόσιν εὕρεν* Nitzschius in animadvers. II p. 126. multa molitus, in eo tandem substitit, ut *βέλτερον, ἤ κ' αὐτή π.* ex coniectura scribendum esse diceret. Quo recepto et Phaeacum dicacitas perit et Nausicaa propter suorum fastidium propemodum laudatur, certe excusatur. Hinc nihil erit mutandum; bene enim Vossius pariter atque Hermannus poetae mentem explicuerunt. Pauca vero alia, quae Nitzschius in hunc vocavit censum, ut Od. 5, 361. 6, 259, cf. animadv. eius II. p. 56., et Hermannus melius diiudicavit l. all. p. 190. et ipse vindicavi in Excurs. VIII. §. 5.

His igitur compositis, duo sola restant Od. 3, 255

*ἦτοι μὲν τάδε κ' αὐτὸς ὀΐεαι, ὥςπερ ἐτύχθη,*

ubi vel *τὰδε γ' αὐτὸς* cum Hermanno est reponendum, vel *κε* pertinet ad *ὀΐεαι*, quod mihi quidem magis probabile videtur. Quare ne hic quidem locus *καὶ* ab Homero truncatum vindicare potest. Postremum denique exemplum Il. 13, 734. integrum adscribam necesse est:

*ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τιθεῖ νόον εὐρυόπα Ζεὺς*
*ἐσθλόν, τοῦ δέ τε πολλοὶ ἐπαυρίσκοντ' ἄνθρωποι·*
*καί τε πολέας ἐσάωσε, μάλιστα δὲ κ' αὐτὸς ἀνέγνω.*

Quo quidem modo Wolfius, Heynio non improbante, schol. Veneto affirmante, dedit. Nam interpres ita tradit: „*ἡ διπλῆ δὲ, ὅτι κατὰ συναλοιφὴν ἐκληπτέον, ἵνα διαιρῆται, μάλιστα δὲ καὶ αὐτός,*“ etsi scholl. BL. *κεν* agnoscunt, particulam abundare dicentes. Hermannus in Opusc. IV. 21. mori poetae convenientius habet *δέ τε*. Nec negari potest particulam in re facta perraro adiungi praeteritorum indicativis. Nihilo minus ab assensu quum codicum auctoritate, tum eo prohibeor, quod *δέ τε* nunquam reperi pronomine *αὐτὸς* insequente. Contra *κεν αὐτὸς* vel *κ' αὐτὸς* et optativo et coniunctivo adiici constat, vid. Il. 17, 163, 506. 22, 110. 24, 418. Od. 2, 53, 133. Hesiod. Op. 721. Itaque ne indicativum quidem prorsus repudiandum putaverim, praesertim si posueris non de eo esse sermonem, quod revera fit, sed de eo, quod tanquam eventurum cogitare

Digitized by Google

sit consequens. Poeta igitur dicit viri prudentis consilio adiuvari et servari multas alios, ipsum vero illud optime cognoscere et sentire. Quo facit Eustathii explicatio 957, 60., qui ad Hectorem et Polydamantem ea spectare coniicit.

Homerum igitur particulae *καὶ* elisionem prorsus ignorasse eamque nullo exemplo satis firmo stabilire iam mihi videor demonstrasse. Quod reliquum est, si quis contrarium melius iudicaverit, particulam potius cum vocali, quae instat, coniungendam, quam diphthongum apostrophi ope rescindendam esse eo minus erit dubium, quo crebrius et Atticos et alios poetas ea libertate usos esse scimus.

## §. 3.

Diphthongum *οι*, ad cuius elisionem notandam progredimur, in pronominum personalium dativo breviore *μοι* et *τοι* eiici aut cum vocali insequente colliquescere plurimi consentiunt, vid. Lobeck. ad Soph. Aiac. 191. Buttm. in gr. ampl. §. 30. annot. 6. Heyn. ad Il. vol. VII. p. 401., pauci quidam, ut Matth. in gr. Gr. §. 45. p. 111., eius usus Homerum ignarum fuisse censent. Quod quum exemplorum copia redarguere videtur, in disceptationem modo venit, utrum *οι* sit exterendum, an crasis ope cum vocali instante commiscendum. Priusquam vero de eo nostram aperiamus sententiam, singulos, qui huc sint revocandi, Homeri versus adscribam. Primae igitur personae sunt: Il. 6, 165 *ὅς μ' ἔθελεν φιλότητι μιγήμεναι*, — 9, 673. 10, 544 *εἶπ' ἄγε μ', ὦ πολύαιν' Ὀδυσεῦ*, — 13, 481 *δεῦτε, φίλοι, καί μ' οἴῳ ἀμύνετε*· — Od. 4, 367 *ἦ μ' οἴῳ ἐρέοντι συνήντετο νόσφιν ἑταίρων*. — Il 17, 100 *τῷ μ' οὔτις Δαναῶν νεμεσήσεται*, — 16, 207 *ταῦτά μ' ἀγειρόμενοι θάμ' ἐβάζετε*· — Od. 23, 21 *εἰ γάρ τίς μ' ἄλλη γε γυναικῶν*, —. Secundae personae dativus vel adest revera vel adesse putatur in Il. 1, 170 *οὐδέ σ' ὀΐω Ἐνθάδ', ἄτιμος ἐών, ἄφενος καὶ πλοῦτον ἀφύξειν*. — 23, 310 *τῷ τ' οἴῳ λοίγι' ἔσεσθαι*. — Od. 1, 60 *οὔ νύ τ' Ὀδυσσεύς* — ib. 347 *οὔ νύ τ' ἀοιδοὶ Αἴτιοι* —. Ex horum autem numero eximenda sunt male huc relata Od. 23, 21.; accusativus enim est, cum verbo *καὶ ἐξ ὕπνου ἀνέγειρεν* sociandus. Nec magis eo pertinet Il. 16, 207, quem emendandum putavit Wunderus in

Advers. ad Sophocl. Philoct. p. 96., prioribus verbis leviter mutatis, *ταῦτά μοι ἀγρόμενοι*. Quo invento ideo carere possumus, quod *βάζειν* quartum casum sibi postulat, vid. Il. 9, 58 *ἀτὰρ πεπνυμένα βάζεις Ἀργείων βασιλῆας* et Passov. Lexic. h. v. Denique in Il. 1, 157., ubi vel forma obstat elisioni, aut accusativus est, aut cum Bentleio et Nitzschio *οὐδὲ σοὶ οἵῳ* scribatur oportet, qua de re alibi disseram copiosius. Reliquis omnibus dativum solum convenire nemo eat infitias. Nec de prima persona, si quidem longa succedit syllaba, viros doctos fluctuare intelligitur; fuere tamen, qui crasin elisione potiorem ducerent, vid. imprimis Vossium ad h. in Cer. 253. Thiersch. in gr. Gr. §. 164. 2. ann. 2. A qua sententia ipse olim non abhorrui, sed, re diligentius perpensa, librorum et grammaticorum usum refragari didici. Praeterea loco ex Il. 6, 165. allato, cuius causa haec erant investiganda, nihil auxilii parare potest crasis. Quae si animo reputaveris, veniam ab antiquissimis inde temporibus concessam, vid. Eust. ad Il. 942, 61. 1096, 58., Homero relinquendam esse sequitur. Imo suspicari lubet eam latius etiam, quam plerique autumant, patuisse et personae secundae dativum comprehendisse. Eustathii quidem iudicium nihil dirimit; etenim ille ad Il. 23, 310. haec ait: *τῷ τ' οἵω, ἤγουν διὸ οἴομαι, λοίγια ἔσεσθαι, λοίγια λέγων τὸ τῆς νίκης ἐκπεσεῖν, οἷα τοῖς φιλοτίμοις ὀλέθρια.* At diphthongum subtractam existimat schol. Ven. B.: *τὸ τέλειον τῷ τοι οἵω· σπανία δὲ παρ' Ὁμήρῳ ἡ συναλοιφή*, etsi communi nomine vocavit synaloepham, quam proprie appellant *ἐκθλιψιν*. Congrua vero illis sunt: Od. 4, 108. 6, 165. 9, 230. 23, 287. Duo autem Odysseae testimonia 1, 60, 347. illis adiiciunda esse viderunt Wolfius et Vossius ad Arat. 804. Cuius praeceptum quum Nitzschium advertisset, studiosius pertractavit totum hunc locum in annotat. ad Odyss. I. p. 20. et 57. Vossii autem decretum comprobare non ausus, priori versu e Vindob. libro uno *οὕνεκ' Ὀδυσσεύς* infert, posteriore de Hermanni sententia, vid. ad hymn. Hom. in Cer. 488, *τε* truncatum dicit. Equidem de his longe aliter iudico, et, ut dissensionis meae rationes alii etiam perspiciant, verba poetae integra hic praetermittere consentaneum esse statuerim. Uno igitur loco Minerva Iovem compellat hisce:

— — — — — — — — *οὐδέ νυ σοί περ*

Digitized by Google

ἐντρέπεται φίλον ἦτορ, Ὀλύμπιε· οὔ νύ τ' Ὀδυσσεὺς
Ἀργείων παρὰ νηυσὶ χαρίζετο ἱερὰ ῥέζων,
Τροίῃ ἐν εὐρείῃ; τί νύ οἱ τόσον ὠδύσαο, Ζεῦ;

Altero Telemachus matri, ut Phemius cauendi finem faciat, postulanti ita respondet:

μῆτερ ἐμή, τί τ' ἄρα φθονέεις ἐρίηρον ἀοιδὸν
τέρπειν, ὅππῃ οἱ νόος ὄρνυται; οὔ νύ τ' ἀοιδοὶ
αἴτιοι, ἀλλά ποθι Ζεὺς αἴτιος, ὅστε δίδωσιν
ἀνδράσιν ἀλφηστῆσιν, ὅπως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ.

Iam si cum Nitzschio in superioribus οὕνεκ' Ὀδυσσεὺς e Vindob. uno restitueris, quid sit illud, quod de Ulixe dicat Minerva, vix poteris dispicere. Nam quam interpres poetae mentem fuisse narrat: „nec tibi movetur, Olympie, animus eo, quod Ulixes ad Argivorum naves sacrificia tibi obtulit," eam obscuram satis et ambiguam esse ipse non poterit negare. Quare insuper addit Ulixem eo consilio Iovi sacra adolevisse, ut sospes salvusque aliquando reverteretur in patriam. Ea vero, ut aperte dicam, quid sentiam, et longius petita et commenticia esse videntur. Primum enim reditum faustum pietate in Iovem sibi patefacere studuisse Ulixem poeta nunquam narravit, tum, ut *οὕνεκα* quo referatur habeat, extrinsecus arcessendum est pronomen demonstrativum. Quod si vel maxime concedere velimus, Ulixes tamen hostiis crematis nihil sibi conciliare aut voluit aut potuit nisi Iovis benevolentiam, quam patrem quasi exuisse filia conqueritur, cf. Il. 24, 425 sqq. Multo igitur aptius cum Vossio et aliis plurimis sic accipiamus Homerica, ut eo Minervae augeatur indignatio, quod Iupiter sacrorum ab Ulixe sibi factorum oblitus dicatur. Ei autem rationi structura verbi *χαρίζεσθαι* optime quadrat, si quidem isti dativus eius, in cuius gratiam aliquid fit, plerumque solet addi, vid. Il. 5, 71. 11, 23. 13, 633. 15, 449. 17, 291. Od. 8, 538. 10, 43. 13, 265. Sine casu, si ab iis discesseris exemplis, in quibus de famula, epularum administra, genitivo adiuncto *χαριζομένη παρεόντων* legimus, nonnisi semel conspicitur Od. 24, 283 *δῶρα δ' ἐτώσια ταῦτα χαρίζευ* —. Ibi vero, quod significatur, facile cognoscimus ex antecedentibus. Neque alienum est a nostra causa illud, de quo breviter exposui ad Il, 10, 443., Vossio praeeunte. Solet enim Homerus in narrationibus et colloquiis de uno eodemque bis repetere pronomen, primo tenore instructum, deinde encliticum. Iis autem, quae Vossii cu-

Digitized by Google

mulavit diligentia, nostrum simillimum esse apparet. Aliud denique argumentum, versui utrique accomodatum, ubi de v. 347 sqq. accuratius viderimus, paullo infra subiiciamus.

Ea igitur, quae Od libr. 1, 347 sq. obvia habemus, si perscrutatus fueris, Nitzschii iudicium, quo singula cum Eustathio et aliis de fatis Iovis arbitrio hominibus constitutis accipit, profecto laudandum est. Alii enim, qui ad vates Iovis numine afflatos omnia referunt, minus cogitarunt Telemachum hisce excusare matri Phemium, quippe qui calamitatis Graecos redeuntes obruentis, quam recitaverit, minime sit habendus auctor, illam potius Iovi tribuendam esse. Hac autem via et ratione Phemium magis etiam defendit, quam si eum Iovis instinctu haec tradidisse affirmaverit. Cui quidem opinioni illud etiam obest, quod poetae non Iovis, sed Apollinis Musarumque alumni habentur, vid. Od. 8, 488. Neque nullum omnino pondus inesse crediderim in ea similitudine, quae inter nostra et Il. 3, 164 intercedat. Eadem enim paene sunt, quibus Priamus Helenam illic consolatur:

*οὔτι μοι αἰτίη ἐσσί, θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσιν,*
*οἵ μοι ἐφώρμησαν πόλεμον πολύδακρυν Ἀχαιῶν* —.

Ut enim Priamus Helenam malorum auctorem esse negat, sed in deos belli culpam transfert, ita Telemachus matrem iniuste vituperare Phemium confitetur. Pluralis vero, de quo Nitzschius dubitat, aeque bene dici poterat ac singularis. Nam alios etiam poetas eandem calamitatem sibi exornandam sumpsisse Demodoci mentio docet, vid. Od. 8, 499 sqq. Neque id ab hominum vatumque more et ingenio abhorret, prout Telemachus declarat v. 351 sq. Quae quum ita sint, loco communi satis congruet pluralis, pronominis autem dativo plus fidei inde additur, quod *αἴτιος* eum sibi casum poscit, vid. exempla a Nitzschio collecta, et adde illis Il. 1, 153. 21, 370. Haec si verisimiliter a nobis sunt disputata, dativum, cuius causam egimus, magis etiam confirmabit poetae sermo et usus, qui *οὔ νύ μοι, οὔ νύ τοι, οὔ νύ οἱ* propria et legitima esse nos edocet, *οὔ νύ τε*, nisi animus fallit, prorsus respuit, vid. Il. 15, 553. Hes. Scut. 336. A qua dicendi forma Homerum non recedere clarius et manifestius produnt ea, quibus aliquid affirmatur, cf. Il. 8, 104. 14, 340. 15, 440. 16, 859. 17, 469, 647. 19, 421. 22, 11. 24, 521. Od. 1,

Digitized by Google

244. 4, 539. 6, 277. 14, 359. 15, 239. 16, 28. 18, 391. 20, 193. 24, 474, 514. Hes. Th. 961. Op. 424. Illo autem dativo, quem *ἠθικὸν* vulgo appellant, saepissime utuntur poetae didactici, velut Dionys. Perieg. 170. 372. 401. 606. 620. 707. 798. 810 alibi. Unde augurari lubet versus eiusdem 1053 sq. leviter esse corruptos. Regulae enim, quas supra attigimus, nobis persuadent haec ita esse emendanda:

*εἰ δὲ σὲ καὶ Πέρσας ἰδέειν γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ,*
*εὐφραδέως ἄν τοι καὶ τῶν γένος αὐδήσαιμι,*

nunc autem male fertur *εἰ δέ σε καὶ Π.* — peius etiam *εὐφρ. ἄν σοι κ. τ. λ.*

Aliis vel nominum formis vel particulis diphthongum *οι*, vocali accedente, subtractam esse negaverim. Etenim epici certe nullum eius licentiae vestigium obtulerunt. Neque res aliunde constat, nisi quod *τοι* et *μέντοι* per crasin verbi instantis priori Atticos poetas adiunxisse nemo nescit. Unum Homeri testimonium, quod olim proferre solebant, Il. 4, 341 *σφῶϊν μέν τ' ἐπέοικε*, aliter esse accipiendum vidimus, cf. Excurs. VIII. §. 3. De nominibus grammaticus in Göttling. Theodos. 35. 13 ita praecipit: „*καὶ ἔκθλιψιν ὑπομένουσιν ὡς τὸ βραχὺ ᾱ καὶ ō μικρὸν καὶ τὸ βραχὺ ῑ καὶ τὸ ῡ ψιλόν, οἷον βούλομαι ἐγώ, βούλομ' ἐγώ· οἱ ἅγιοι ἔλεγον, οἱ ἅγι' ἔλεγον.*“ Göttlingius in animadvers. p. 216 ad haec adscripsit; „mira elisio, quae christiani poetae alicuius esse videtur.“ At grammaticus vel ipse pro lubitu specimen elisionis huius finxit, vel ex alio quocunque scriptore transtulit, nihil enim poetici hic subesse manifesto apparet.

Hic iam finem imponere possem iis, quae de diphthongorum elisione Homero cognita necessario erant disserenda. At brevi admoneam de aliis quibusdam, quae ab harum rerum imperitis huc fortasse possint trahi. Ita in Il. 6, 490 *τὰ σ' αὐτῆς ἔργα κόμιζε*, vid. Od. 1, 356. 21, 350. 14, 185 nec diphthongum *ου* obtritum esse neque *σαυτῆς*, *σαυτοῦ* recipiendum prudenter intellexit Buttmannus in gr. ampl. §. 74. 3. ann. 3. Neque longam vocalem *η* et *ω* unquam recisam putaverim in Iliad. 18, 458 *υἱεῖ ἐμ' ὠκυμόρῳ*, prouti ipse olim suaseram, grammaticis non abnuentibus, Wolfius recte dedit nuperrime *υἱεῖ ἐμῷ ὠκυμόρῳ*, cf. Heyn. Observatt. vol. VII. p. 512. Sed *δή*, quod in Il. 1, 131. 5, 218. et iis affinibus reducendum putavit Bekkerus, ab aditu prohibent libri, vid. annot. crit. ad 5, 218.

Iis igitur, quae volebam, ut poteram, explicatis, addere liceat me non quasi Pythium Apollinem, certa ut essent et fixa quae dixerim, sed ut homunculum unum e multis, probabilia coniectura sequentem, haec praecepisse. Certa dicent ii, qui et percipi omnia posse dicunt, et se omnibus aliis multo sapientiores profitentur.

## EXCURSUS XIV. AD IL. *H*, 64.

**Aristarchi iudicium verum et rei consentaneum esse demonstratur.**

### §. 1.

Lectionis mutatae quum ratio sit reddenda, quaestionem in duas partes describendam ita pertractabo, ut primum scribendi varietatem, quam in annotatione critica breviter attigi, dilucidius et plenius explanem, deinde sermonis Graeci usui normaeque congruere Aristarchi sententiam ostendam. Versus igitur 63 sqq. libri tum scripti tum editi plerumque sic proferunt:

*Οἵη δὲ Ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἔπι φρὶξ*
*ὀρνυμένοιο νέον, μελάνει δέ τε πόντος ὑπ' αὐτῆς·*
*τοῖαι ἄρα στίχες εἶαν' Ἀχαιῶν τε Τρώων τε.*

Ab aliis autem v. 64 aliter constitutum fuisse scholl. Ven. memoriae prodiderunt. E quibus schol. A. sic commentatur: *Ἀρίσταρχος πόντον διὰ τοῦ ν καὶ ὑπ' αὐτῇ τῇ φρικί, ἄλλοι δὲ πόντον ὑπ' αὐτοῦ.* Postea addit: *ἡ διπλῆ, ὅτι, ἐὰν μὲν γράφηται πόντος ὑπ' αὐτοῦ, ἔσται μελαίνει δὲ πόντον ὁ Ζέφυρος ὑπὸ τῇ φρικί.* Neque multum ab eo distat schol. B., dum tradit: *πόντον ὑπ' αὐτῇ· διὰ τοῦ ν̄ τὸ πόντον, μελάνει δέ τε πόντον ὑπ' αὐτῇ, καὶ ἔστι μέλανα ποιεῖ τὸν πόντον ὑπὸ τῇ φρικὶ ὁ Ζέφυρος. ἔστι δὲ Ὁμηρικὸν τὸ σχῆμα· εἰ δὲ γράφεται μελάνει δέ τε πόντος ὑπ' αὐτῇ, τὸ μελάνει ἀντὶ τοῦ μελαίνεται ὑπὸ τῇ φρικὶ τοῦ Ζεφύρου· ἄμεινον δὲ τὸ πρῶτον. τὸ δὲ μελάνει ἀπὸ βαρυτόνου*

Digitized by Google

ἐνεστῶτος ἀποβολῇ τοῦ ι, ὡς τὸ κοιλάνει ἀντὶ τοῦ κοιλαίνει. Eustath. 664, 57. quum vulgari assentiatur, nihil accepisse videtur de Aristarchi lectione, et eius memoriam quodammodo obliteratam fuisse Phavor. etiam indicare potest p. 1226, 50 sqq. hisce: μελάνει παρ' Ὁμήρῳ παθητικὴν ἐρμηνείαν ἔχει· δηλοῖ γὰρ τὸ μελαίνεται, πέπονθε δὲ ἀπέλευσιν τοῦ ἰῶτα, ὡς τὸ οἰδάνει ἀντὶ τοῦ οἰδαίνει. Ex iis autem, quae supra enotavi, incertam et valde lubricam versus illius scripturam fuisse perspicitur. Nam μελάνει δέ τε πόντος ὑπ' αὐτοῦ praeter schol. Ven. A. servavit Aristoteles in Problem. XXIII, 23., πόντος ὑπ' αὐτῆς Veneti est et Vindobb.; πόντος ὑπ' αὐτῇ ex Harl. et Townlei. Heynius commemorat; denique πόντον ὑπ' αὐτῇ Aristarcho iubente, Ven. B. et Lips. in ordinem recepisse videntur. Editiones autem principes utraque confusa πόντον ὑπ' αὐτῆς adsciverunt, velut Flor. Aldd. et Basileensis. Cuius in locum Turnebus demum, Heynio teste, e Romana et Eustathio πόντος ὑπ' αὐτῆς substituit. His e priorum commentariis et libris collectis, nostra aetate ad controversiam eam dirimendam alios aliam iniisse viam non erit silentio transmittendum. In editione quidem Iliadis H. Stephanus, ut ab eo initium capiamus, vulgare suo assensu comprobasse videtur, idem vero in Thes. ling. Gr. vol. IV, 6037. b. sequitur Aristarchi signa. Schneiderus in Lex. Gr. v. μελανέω duobus, uno Callimachi altero Apollonii, locis allatis apposuit: „pari modo in Homer. Il. 7, 64 μελανεῖ, nec vero μελάνει erit emendandum, ut sit neutrum.“ A Schneidero, ut videtur, Buttmannus, Iliade non inspecta, in eum inductus est errorem, ut ad Arati v. 836. apud Homerum μελανεῖ, cuius nulla prorsus mentio fit, recte legi diceret. Quare negat μελάνω fieri posse a μέλας ανος, sed μελανέω tantum et μελαίνω, quod non ita sit in κυδάνω, in quo ανω aeque adscititium atque αινω in κυδαίνω. Gravius etiam Passovius in Lex. v. μελανέω lapsus est. Etenim narrat nobis μελανέω intransitivum esse verbi μελαίνω, idemque significare quod μελαίνομαι (*nigresco*). Unde in Il. 7, 64 πόντος μελάνει mare nigrescebat (*das Meer färbte sich*) oriri putat. Adiicit autem praeterea μελάνει forsitan praesens esse habendum, uti poeta dicat κυδαίνω ac κυδάνω, nullo tamen pacto μελανεῖ scribendum. Ari-

starchum vero μελάνει transitivum existimasse, ut idem denotet atque μελαίνω, legisseque μελάνει δέ τε πόντον, i. e. τροίξ. Quorum nec priora sunt congrua, quod imperfectum a comparationibus alienum esse constat, vid. ad 4, 423., et posteriora, quae ad Aristarchum spectant, ab eius mente prorsus aberrare ea, quae supra disserui, manifesto declarant.

## §. 2.

His igitur enumeratis, utrum μελάνει δέ τε ἰπόντον ὑπ' αὐτῇ, an μελανεῖ δέ τε πόντος ὑπ' αὐτῇ eligendum sit, quaeramus. Usitatum enim et ab Eustathio inde susceptum μελάνει δέ τε πόντος ὑπ' αὐτῆς sive αὐτῇ planis grammaticorum regulis non magis quam Graecorum sermoni convenire facile perspicitur. Verbis enim in αινω exeuntibus, sive a nominibus adiectivisque repetantur, sive aliis ortum debeant verborum formis, transitiva subest potestas. Itaque μελαίνω *nigrefacio*, passivum μελαίνομαι *nigresco* est. Cui quidem discrimini accinit tum Homeri tum aliorum poetarum oratio: ita poeta ipse in Il. 5, 354 μελαίνετο δὲ χρόα καλόν, 18, 548 ἡ δὲ μελαίνετ' ὄπισθεν, ἀρηρομένη δὲ ἐῴκει. Crebrius etiam Alexandrinos atque epicos posteriores μελαίνεσθαι adhibuisse videmus, veluti Apoll. Rh. III, 750 — σιγὴ δὲ μελαινομένην ἔχεν ὄρφνην. IV, 569 — μελαινομένην δέ μιν ἄνδρες Ναυτίλοι ἐκ πόντοιο — Quint. Sm. V, 63 τῶν δὲ πέδον μετόπισθε μελαίνετο. add. VI, 166. XIII, 144. XIV, 264. Dionys. Perieg. 966. Arat. 804. 854. 903. 941. Activi quidem nullum novi exemplum praeter nostrum, potestati vero eius fidem facit oppositum λευκαίνω, quod poeta habet in Od. 12, 172 — λεύκαινον ὕδωρ ξεστῆς ἐλάτησιν. Quint. Sm. Posthom. XIV, 579 ἄφρος ἄδην λεύκαινε κάρη λάσιόν τε γένειον, add. Tryphiod. 669. Quanquam et huius medium sive passivum λευκαίνεσθαι, i. e. *albescere*, activo usitatius est, vid. Apoll. Rh. I, 545. Quint. Sm. V, 87. XIV, 418, et compositum ὑπολευκαίνεσθαι apud Homer. Il. 5, 502. Arat. 827. At vero obiici potest nigrescere non modo μελαίνεσθαι, verum etiam μελανεῖν indicare. Quo quidem animadverso Schneiderus et Buttmannus id, quod aliorum poetarum usu sancitum viderunt, ad Homerum transferre conati sunt. Hos si solos respexeris,

μελανεῖ δέ τε πόντος bene et Graece dici concedamus necesse est, cf. Arat. 836, 877 sq. et Apoll. Arg. IV, 1574 κείνη μέν πόντοιο διήλυσις, ἔνθα μάλιστα Βένθος ἀκίνητον μελανεῖ, et alia quaedam, quorum mentionem fecit Schneiderus. Sed illi emendationi obiicias Homeri ipsius consuetudinem, quae verbum postero demum tempore subnatum plane ignorat, obiicias porro librorum et grammaticorum auctoritatem, qui μελανει, etsi de reliquis dissideant, ad unum omnes suo comprobant suffragio. Quibus causis permotus Aristarcheum eligendum Homeroque reddendum duxi. Neque Buttmanni placito, e quo μέλας αινα ᾶν nonnisi μελαίνω vel μελανέω formare censet, tantum tribuerim momentum, ut eo Aristarchum, cui Ptolemaeus Ascalonita assensum praebet, refutatum iudicem. Nam primum schol. Ven. ita tradit: μελάνει, ὡς οἰδάνει, ὁ Ἀσκαλωνίτης· ἐκ γὰρ τοῦ μελαίνει, φησίν, ἐνδείᾳ τοῦ ῑ ἐγένετο: deinde μελανέω ipsum contrarium eius, quod Buttmannus verum habuit, videtur approbare. Ut enim e stirpe μελ fit μελᾰνέω, ita μελαινω et μελάνω ab ista parum discedere coniici potest. Poetae quidem, qui numerorum vel necessitati vel suavitati prospexerunt, μελαίνω, λευκαίνω, κυδαίνω, οἰδαίνω et similia eius generis lubentius et crebrius exceperunt: iis vero non impediti sunt, quo minus, metro invitante, ῑ extererent et verba rhythmo epico accommodarent. Indicio esse possunt Il. 9, 554 — — ὅστε καὶ ἄλλον Οἰδάνει ἐν στήθεσσι νόον, cll 646 — ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, quo nemo offenditur, etsi μελάνεται, numeris repugnantibus, nunquam legatur, add Apoll. Rh. I, 478. Eodem pertinet 14, 73 — ὅτι τοὺς μὲν ὁμῶς μαχάρεσσι θεοῖσιν Κυδάνει. Quae quum ita sint, Aristarchi lectionem isti Iliados versui aptam et commodam esse habendam, nisi animus fallit, satis superque ostendisse mihi videor. Certe vulgatum, cui nomen idem v. 63 obvium forsitan ansam et originem dedit, respuendum esse nemo iam negabit.

Digitized by Google

# EXCURSUS XV. AD IL. *H*, 333.

**De vocali, quae verbi *χαίειν* aoristo aliisque temporibus de Homeri more conveniat, disceptatur.**

---

## §. 1.

Veteres vocalem, qua verbum *χαίειν* sit efferendum, ambiguam et incertam plerumque habuisse in annot. crit. ad Il. 7, 333. dixi. Cuius quidem dissimilitudinis latius propagatae, ne idem crebrius mihi esset repetendum, et fontes et causas hac quaestione comprehendere in animum induxi, ut quid ipse verum habuerim, alii vel probare vel certe excusare possint. Nam in magna et multiplici eius rei varietate omnium quidem assensus vix expetendus, nedum sperandus esse videtur. Antiquiores quidem sequuti H. Stephanus in Thes. Gr. ling. Vol. III. 4934. b sqq. et Dammius in Hom. Lexic., a quo editores posteriores non defecerunt, ad vocalis ambiguitatem explicandam triplicem verbi illius stirpem commenti sunt. In usu enim poetae fuisse narrant *χαίω*, *χάω* et *χέω*, quorum medium certe forma magis ac dialecto quam re et veritate a primo differre hodie ad unum omnes consentiunt. Iam hoc posito, ut curiosius singula et colligamus et diiudicemus superest. Quo munere ita fungar, ut primum librorum discrepantiam accurate indicem, eaque cognita et grammaticorum veterum aeque ac recentiorum decreta exponam. His demum perspectis nostrum iudicium subiiciamus dilucide expositum, quod alii, prouti placuerit, aut sequentur, aut stabunt suo.

Inconstantiam vero illam, quam memorabam, aliquanto crebrius in aoristi vel activi vel medii imperativo, infinitivo et participio quam in praesenti aut imperfecto esse conspicuam nemo ignorat. Imperfectum vero, quod olim legebatur in Od. 9, 553, *μυρί' ἔχῃον* sive *ἔχῃον*, Harleiani auctoritate iure proscripsisse Wolfium plerique existimarunt, vid. Od. 22, 336. In universum enim tum praesens tum imperfectum *χαίω*, *ἔχαιον*, *χᾶον* et eadem passivi tempora *χαίομαι*, *χαίετο*, *χαιόμενος* Homero sola cognita esse et usitata innumerabilis fere

exemplorum copia ostendit, vid. Il. 1, 462. 21, 338, 343, 376. Od. 3, 459. 19, 397. Il. 9, 77. 21, 376. 23, 222, 224. 8, 521., quocum optime concinunt *ἀναχαίω* et *καταχαίω*, cf. Od. 7, 13. 9, 251, 308. 10, 358. 20, 123. 21, 181. hymn. in Merc. 115. in Cer. 288. Il. 2, 425. 15, 373. Ceterum nequaquam tanta illud est molestia, quantam movet difficultatem Il. 7, 408 *καταχειέμεν*, ex Ven. Eustath. et aliis ab Heynio reductum, cuius loco alii dum dederint *καταχηέμεν*, Wolfio approbatum, Scyllam elapsi in Charybdin inciderunt. Aoristum statione deiecerat imperfectum Od. 3, 9 *εὖθ' οἱ σπλάγχν' ἐπάσαντο, θεῷ δ' ἐπὶ μηρί' ἔκηαν*, olim enim *μηρία κατον* aderat. Quo relicto, aoristum magis tutum, Harleiani aliorumque praesidio firmatum, revocavit Wolfius, vid. Il. 1, 464. Od. 3, 461. 12, 364. Eidem in Il. 8, 240., ubi Ven. cum Vindd. tribus ad corruptum *ἔχηον* aberraverant, libri vulgares, Vind. Alteri et Eustath. 710, 44. plus fidei addunt. Imperfectum nonnullos ratum habuisse apertius etiam Ambros. prodit, cui obsidet *μηρί' ἔκαον*. Denique aoristus imperfecto commode posthabitus est in Il. 11, 773: Aristarcho enim hoc visum esse potius schol. Ven. testatur, etsi Ven. liber iuxta ac Vindd. tuentur *ἔκηε*, toti narrationi minus idoneum.

Aoristi vocalem indicativo et optativo insertam nunquam fere variare in libris scimus, cf. Il. 1, 40. Od. 19, 366. Il. 22, 170. 24, 34. 6, 418, quae indicativi sunt; optativum habent Il. 21, 336. 24, 38 *ἐν πυρὶ κήαιεν, καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερίσαιεν*, etsi schol. Ven. A. versu priore infinitivum inesse perverse statuit. Wolfius igitur Veneto assentitur, a quo Vindd. eo tantummodo distant, quod ῑ subscriptum, fulcrum profecto inutile, appingunt, vid. de eo Piers. ad Moer. p. 231. In aliis modis plus esse levitatis atque inconstantiae Ilias pariter atque Odyssea nobis persuadent. Atque in illa quidem diphthongus comparet, Venet. sponsore, 7, 333 *καταχείομεν* et eius simplex ibid. 377, 396., medium Il. 9, 88 *ἔνθα δὲ πῦρ κείαντο*, ad postremum eius participium ib. 234 *κειάμενοι πυρὰ πολλὰ κατὰ στρατόν*. — His quidem finibus diphthongi illius regionem Ilias circumscribit. Venetus quum accinat, Heynius eius et Eustathii auctoritati paruit, add. 7, 408. In Odyssea utriusque vocalis vestigia Wolfius etiam reliquit. Unde octies cum Eustathio aliisque ei convenit, vid. 9, 231

ἔνθα δὲ πῦρ κειάντες ἐθύσαμεν, — 10, 583. 11, 46 δείραντες καταχεῖαι, ib. 74 ἀλλά μ' κακκεῖαι σὺν τεύχεσιν, — 13, 26 μῆρα δὲ κειάντες, — 16, 2 — κειαμένῳ πῦρ, — 21, 176 ἄγρει δή, πῦρ κεῖον ἐνὶ μεγάρ. — 23, 51 πῦρ μέγα κειάμενοι. — Nonum his accenseri potest Od. 15, 97 τὸν πῦρ κῆαι ἄνωγε, ubi Harlei. erat κεῖαι. Sed nullum paene reperitur testimonium, quo vocalis longa prorsus excluditur. Nam et in Odyssea 15, 97 et in plerisque Iliados versibus η̄ Vindd. atque editiones proferunt vulgares, vid. Heyn. ad Il. vol. V. p. 363, quanquam pars etiam Vindd. diphthongum exhibet. Quod de Iliade diximus, id non minus in Odysseam cadere, si lectionis varietatem consulueris, animadvertes. Nam 9, 231 κήαντες Harl., ῑ a manu recentiore apposito, participio eidem 13, 26 schol. Harl. κήαντες, de Aristarchi sententia, vulgares κήαντες substituunt, 10, 533. 11, 46 olim ferebatur καταχῆαι, neque Harlei. ei repugnare videtur, idem olim erat 11, 74 κακκῆαι sive κακκῆαι. Aoristi medii participium 16, 2. 23, 51 κειάμ., ultimo certe loco Harlei. transformavit in κηάμ. Quare ex omnibus omnino Odysseae exemplis unum superest 21, 176 κεῖον, cuius contrarium nullum propemodum invenerit patronum. Haec si reputaveris, eos, quibus εῑ dubium suspectumque fuerit visum, certe non temere existimasse poterit confici.

## §. 2.

Congesta librorum varietate restat, ut pauca de grammaticis subiiciamus. Venetus interpres, praeterquam quod ad Il. 11, 773 imperfectum Aristarcheum fuisse perhibet, nihil fere de vocalis ambiguitate dirimit. Eustath. diphthongum et sermonis legibus congruam et exemplarium meliorum fide comprobatam esse subinde admonet, cf. ad Il. 684, 1 sqq.: ἐν δὲ τῷ καταχείομεν φαίνεται καὶ διὰ τοῦ ε̄ ψιλοῦ εἶναι τὸ καίω τὸ ἐπὶ τοῦ πυρὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὡς καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ εἴρηται, ἐξ οὗ καὶ ἐνταῦθα τὸ καταχείομεν αὐτοὺς καὶ μετ' ὀλίγα νεκροὺς κείομεν. ἐκ τούτου δὲ καὶ τὸ θυοσκόος ἐν Ὀδυσσείᾳ, καὶ ἔοικεν οὕτω πως ἔχειν ἡ διάθεσις, κέω κῶ τὸ πρωτότυπον, ἐξ οὗ παράγωγον τὸ ἕτερον καίω τὸ ἀσυναίρετον τὸ διὰ τῆς αῑ διφθόγγου, ὡς κλῶ κλαίω, λῶ λαίω, ἐξ οὗ τὸ λι-

Digitized by Google

λαίω, καὶ τὰ τοιαῦτα· εἰ δέ τις τὸ κείομεν ἐθέλει γράφειν διὰ τοῦ η̄ καὶ μεγάλου ω̄, ὡς ἀπὸ τοῦ κῆαι τὸ καῦσαι τῷ λόγῳ τῶν αὐθυποτάκτων, οὐ σφάλλεται μὲν ὀρθότητος, ἀποχράπίζει δὲ τὰ πλείω τῶν παλαιῶν ἀντιγράφων, ἐν οἷς διὰ διφθόγγου καὶ ὁ μικροῦ ἐμφέρεται ἡ γραφὴ τοῦ κείομεν, vid. eundem ad Il. 536, 12. 737, 14 sq et ad Od. 1626, 45. 1905, 25. Nec vero omnia exemplaria diphthongum praetulisse, quemadmodum Thiersch. in gr. Gr. §. 212. 38. p. 348. narrat, Eustath. unquam testificatus est. Unde vereor, ne typothetarum inscitia Thierschii manum depravarit et absurdi quiddam vero supposuerit. Ab Eustathii norma et lege alii vel nihil absunt: ita Apoll. in Lex. Hom. p. 379: „Κακκεῖαι· ἐπὶ μὲν τοῦ κατακαῦσαι.“ Quae spectant ad Od. 11, 74., etsi perperam editur ἀλλά μοι κακκεῖαι. Apollonii ista verba Herm. Tollium eo perpulerunt, ut κεῖα et κειάμενος antiquiora atque Homerica, κῆαι et κηάμενος poetae aetate inferiora censeret. Quo commento nihil omnino expedivit. Alii etiam ex Homeri carminibus κεῖαι et κειάμενος in sua retulerunt horrea, uti Etym. M. 485, 12. Or. 136, 10. Hesych. II, 216. Phavor. 1025, 25, 53. 1026, 40, 42., etsi apud hunc plura confusa sunt ac perturbata, quae componere longum est. De grammaticis Homericis nihil fere innotuit, nisi quod Harlei. schol. ad Od. 13, 26 haec habet: μῆρα δὲ κήαντες· οὕτως Ἀρίσταρχος, cui, si sana omnia sunt, adversantur schol. Ambros. ad Od. 11, 74 apud Buttmannum, dum ita agunt de eodem: „ἡ κοινὴ κακκῆαι. Ἀρίσταρχος κακκεῖαι. περισπωμένως δέ. ἀπαρέμφατον γάρ ἐστιν.“

In hac veterum et librorum et praeceptorum inconstantia, quid omnium optimum et veri simillimum sit, non ita facile diiudicaveris, praesertim si nostro etiam aevo alios aliud anteferendum iudicasse cognoverimus. Bekkerus quidem in carminum Homericorum, a Wolfio in lucem editorum, censura l. l. p. 150 η̄ et sermonis legibus et numerorum suavitati ubique satis facere existimavit, idque Aristarchei nominis gravitate voluit commendatum. Idem sensit Thiersch. in gr. Gr. l. all., etsi de schol. Ambrosian. voluntate ad Aristarchum κεῖον et similia defert. Equidem schol. Harlei. plus tribuendum esse putaverim, Aristarchus enim in aliis etiam vocalem longam η̄ diphthongo εῑ meliorem habuit. Ita-



Digitized by Google

que illins iussu τεθνηώς, ἀνήῃ, φανήῃ Homero vindicavi ad Il. 6, 71. et in Excurs. I. ad Il. 2, 34. Quodsi id eo potissimum consilio fecisse videtur, ut verba ac nomina similia ac sibi invicem consona nota aperta dignoscerentur, eum κειων, κείαντες, κειάμενοι reiecturum fuisse admodum credibile est. Nam κέω, a quo ista repetit Eustathius, ad alias stirpes pertinere et Thierschius perspexit, neque Passov. in Lexic. vv. κέω et καίω dissidet. Contra Matth. in gr. Gr. §. 240. v. καίω communem grammaticorum morem haud aspernatus est. Buttmannus denique in gr. ampl. vol. II, 1. p. 161. nova quasi et aliis minus trita procedit via. Certa enim et fixa habet κῆα, ἔκηα, κήαιμι, κήαι, nec tamen ideo κεῖον, κεῖαι, κείαντες et κειάμενος falsa et suspecta iudicat, libris renitentibus et grammaticis dissuadentibus. Causam vero huius vicissitudinis inde petit, quod η vocali sequente in ε̄ extenuatum ῑ sibi assumpserit. Vere et apte haec disputari dicendum esset, si formae breves κέον, κέαι, κέαντες earumque similia Homeri usu essent sancita. Iis vero nunquam lectis, num quem fructum ex ista subtilitate capiamus, dubitaverim. Iam si codices, ut vidimus, κῆαι, κῆον, κήαντες et eius generis alia admiserunt, neque Eustath. ista a vero rectoque abhorrere negavit, Aristarchus denique in eadem fuit sententia, Bekkero, Wolfio et Thierschio assensum praebere consequens esse putaverim. Iis ergo motus causis in Il. 7, 333 κατακήομεν αὐτούς recepi, idemque semper tenendum esse censui. Video enim Wolfium etiam in Iliade Bekkeri monitis obtemperasse, idemque, si Odysseam repetere licuisset, eum amplexurum fuisse poterit coniici. Nec minus in Il. 7, 408., nec κατακείεμεν nec κατακήεμεν, nec Thierschii κατακήαμεν, cui nescio quid insoliti inhaeret, probandum videtur: reposui igitur cum Buttmanno praesens κατακαίεμεν, istis et aptissimum et aliis exemplis tutum. Si quis autem nobis Alexandrinorum quorundam, adde et Atticorum, consuetudinem obiicere velit, cf. Apollon. Arg I, 588. Aesch. Agam. 823. Soph. El. 759 Eur. Rhes. 97., ei erit respondendum mobilitatem vocalis eandem, quae apud Homerum obtinet, in illorum libris reperiri, ac si quae sunt, quibus κέαντες necessario sit relinquendum, iis a codicum Homericorum usu et auctoritate, de qua Eustath. toties asseveravit, veniam esse petendam.

## EXCURSUS XVI. AD IL. Θ, 85.

Quo ab etymo ἀνέπαλτο, ἀνεπάλμενος ac similia propullulaverint, quaeritur.

---

### §. 1.

Nomina quaedam et verba, ut apud alios, ita in Graeco sermone pertenui separari discrimine nemo mirabitur. Ea autem re haud raro accidit, ut quid fundamenti huic illive vocabulo ponendum esset, non modo nostra aetate, sed prisci etiam grammatici ignorarent, atque de eo anxie et sollicite quaererent. In magna vero antiquioris sermonis ambiguitate eventus non semper respondit spei. Haec praefari ac praemonere ideo liceat, quod multa perscrutatus de iis ipsis, quae iam accuratius pervestigare et e tenebris in lucem protrahere in animo est, nihil pro certo atque explorato affirmare ausim, verisimillima quae mihi sint visa, hic expromere satis habeo. Verbi autem ἄλλομαι, ut ab eo capiam initium, per syncopam et spiritu immutato aoristum facere ἆλτο et eius participium ἄλμενος nemo fere nec priorum nec recentiorum negavit, cf. scholl. ad Il. 1, 532. Eust. ad Il. 145, 39. Etym. M. 71, 17. Heyn. ad Hom. Il. Vol. VI. p. 157. Buttm. in gr. ampl. II, 1. p. 73. Thiersch. in gr. §. 232. 13. Matth. gr. §. 193. ann. 8. Rost. gr. p. 432. h. aliosque plures. Si quid enim diversitatis reperitur, id in eo solo est, quod veteres plerique ἆλτο ex aoristo pr. ἥλατο conflatum putarunt, recentiores aoristum alterum vel imperfectum subesse melius statuunt. Ab hoc proximo quasi gradu absunt composita nonnulla, velut ἐξᾶλτο, ἐπᾶλτο, ἐσᾶλτο, ὑπερᾶλτο. Atque horum quidem memoria apud poetam exstat, ut secundum adest Il. 13, 643 ἔνθα οἱ υἱὸς ἐπᾶλτο Πυλαιμένεος βασιλῆος, cll. 21, 140., tertium ib. 12, 466 νόσφι θεῶν, ὅτ' ἐσᾶλτο πύλας, cll. 13, 679. Quint. Sm. II, 248 ἐπιᾶλτο, ultimum Il. 20, 327 — πολλὰς δὲ καὶ ἵππων Αἰνείας ὑπερᾶλτο, — primum vero non sine doctorum hominum plausu Brunckius restituit in Apollon. Arg. IV, 464 αὐτὰρ ὁ Αἰσονίδης πνοιῆσι ἐξᾶλτο λόχοιο. Quo saepius autem

participia inde subnata, sicuti ἐξάλμενος, μετάλμενος, ὑπεράλμενος leguntur, eo minus dubitationis de illorum origine erit relictum. Itaque neminem, qui in contrarium abeat, futurum esse crediderim.

At alia, quae plus litis et controversiae moverunt, illorum perspicuitati officere videntur. Horum autem ex genere id est, ad quod examinandum in hanc descendimus arenam. Etenim ἀνέπαλτο ter in Iliade obvium, alii, quod tenorem improbare liquet, ad stirpem ἀνεφάλλομαι retulerunt, alii ab ἀναπάλλω profectum existimarunt. De quo ut via et ratione agamus, primum poetam ipsum inspiciamus necesse est. Ille igitur in Il. 8, 85 de Nestoris equo, Alexandri sagitta graviter percusso, ita loquitur:

ἀλγήσας δ' ἀνέπαλτο, βέλος δ' εἰς ἐγκέφαλον δῦ· —

tum de Achille, Hectore propius conspecto, exsiliente ib 20, 424

ὡς εἶδ', ὡς ἀνέπαλτο καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα: —

postremo de Euryalo, Epei plagis titubante et procumbente, 23, 694

ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ φρικὸς Βορέω ἀναπάλλεται ἰχθὺς
ϑίν' ἐν φυκιόεντι, μέλαν δέ ἑ κῦμα κάλυψεν·
ὡς πληγεὶς ἀνέπαλτ'· . . . . . .

Ad haec proxime accedit simplex in Il. 15, 645

στρεφϑεὶς γὰρ μετόπισϑεν ἐν ἀσπίδος ἄντυγι πάλτο.

Veteres iam contraria sensisse et scholiorum interpretationes et lexicographi ostendunt. Si quid enim video, etymum ἄλλομαι respiciunt ea, quae schol. Ven. et Eust. ad Il. ϑ. adscripserunt. E quibus ille ἀνέπαλτο reddit ἀνεπήδησε, susceptum a Suid. I, 197.; hic praecipit 701, 7. hisce: τὸ δὲ ἀνέπαλτο λέξις καὶ αὐτὸ καιρία, δηλοῦσα ὀρϑὸν ὑπ' ἄλγους τὸν ἵππον στῆσαι ἤτοι ἀναπηδῆσαι. Avertunt autem inde Etym. M. 104, 27. Phavor. 189, 52. Zonar. I, 212., qui, verbis dissimiles, in re sunt concordes, tradunt enim sic fere: Ἀνέπαλτο· πάλλω τὸ πηδῶ, πάλλομαι, ἐπαλλόμην, ἐπάλλου, ἐπάλλετο, καὶ κατὰ συγκοπὴν ἔπαλτο καὶ ἀνέπαλτο, ἀνεχαιτίσϑη. Alii medium quoddam et utrique accomodatum sequuntur, ut Hesych. I, 365 Ἀνέπαλλετο· ἀνεκινεῖτο. Ἀνέπαλτο· ἀνῆλατο. Lexic. apud Bekker. in Anecd. Gr. I, 397. 26 Ἀνέπαλτο· ἀνέπαλτο, nisi fortasse pro altero emendandum est

*ἀνεπάλλετο*. Ille autem veterum, ut videtur, dissensus recentiores etiam huc illuc impulit. Stephanus quidem in Thes. Gr. ling. I, 1838. a., Brunck. ad Apoll. Rh. IV, 873. et Heyn. ad Il. vol. V. p. 430 *ἀνέπαλτο* ex *ἀνά*, *ἐπὶ* et *ἄλλομαι* coaluisse putarunt. Accentum autem repugnantem Heynius pro suo arbitrio mutavit, et *ἀνεπᾶλτο*, quod *ἐπᾶλτο* aliisque congrueret, ter intulit Iliadi. Schneiderus vero et Passovius in Lex. Gr. v. *ἀναπάλλω* *ἀνέπαλτο* ab *ἄλλομαι* et duplici praepositione originem repetere negarunt. Ne quid autem deesset, Dammius et eius successores in Lex. Hom. v. *ἀναπάλλω* utramque admittendam censuerunt stirpem. Addita enim leguntur haecce: „Possint quidem loca quaedam ad *ἀνεφάλλομαι* referri, e. c. *ἀνέπαλτο* pro *ἀνεφάλλετο*, exsiluit: quod verbum est compositum ex *ἄνω*, sursum, et *ἐπὶ* et *ἄλλομαι*: et constat, si in hoc verbo sequitur *τ* post *λ*, abiici spiritum asperum praecedentem. Posterior locus (Il. 20, 424) sine dubio pertinet ad *ἄλλομαι*." Hae virorum doctorum opiniones incertae et contrariae, quam lubrica sit causa, satis ostendunt. Ingenue igitur fateri licebit ab initio parum abfuisse, quin Stephani aliorumque leges sanciendas putaverim. Etenim *ἄλλομαι* et *πάλλομαι*, cuius mentionem faciunt grammatici, a librariis facillime permisceri confundique potuisse apparet. Quo concesso, omnes propemodum veteres cum Stephano, Brunckio et Heynio congruere suspicabor. At ab ista coniectura quum Hermanni consilium, qui, quid de ista re statueret, rogatus per literas mecum benevole communicavit, tum alia quaedam me abstraxerunt. Primum e verbo *ἀνεφάλλεσθαι* sententiam aptam et commodam perraro elicias, sive enim illud sit *sursum insilire*, sive *retro insilire*: neutrum profecto Homeri verbis bene concinet. Rectius autem et naturae magis convenienter participium ab isto composito traduxisse videtur Apollon. Arg. II, 825

*ὗψι μάλ' ἐκ δονάκων ἀνεπάλμενος ἤλασε μηρὸν*
*ἀίγδην*, . . . . . .

Nam sermo est de apro, cannis et arundinibus latente, ex iisque in Idmonem, quem letali affligit vulnere, saltu irruente. Deinde alia argumenta, quibus *ἀνέπαλτο* a verbo *ἀναπάλλειν* deducendum esse efficitur, nobis adsunt. Simplex quidem *πάλτο* et ipsum sub disceptationem vocare possis, siquidem schol. A. alios *ἄλτο* ha-

buisse refert, a quo non ita multum distat Hesych. I, 1215., etsi ἐν ἀσπίδος ἄντυγ' ἐπᾶλτο reperisse videtur. Idem praeterea II, 848 πᾶλτο interpretatur ἧλτο, ἀπέβη, cf. Phavor. 1419, 4. Eustath. autem Homericum πάλτο illustrat ita: ὑπ' ἀσπ. ἄντυγι πάλτο· ἀντὶ τοῦ προσέκρουσε, προσέπταισε, διὰ τὸ ποδηνεκές. E quibus Heynius vol. VII. p. 107. Eustathium illud ab etymo πλάω, πελάω et ἐπέπλητο litera et mutata et transposita ductum voluisse conficit, eumque melius scripturum fuisse πλῆτο auguratur. At si bene iudico, Eustath. ipse πάλλομαι ita explicandum censuit. In quo Heynius etiam acquiescit, dum ita disserit: „restat, ut a πάλλεσθαι ducatur, non quidem, ut sit pro ἐπάλλετο, quod fieri nequit, sed ab ἐπέπαλτο, πέπαλμαι, ἐπέπαλτο ἐν ἄντυγι ἀσπίδος vel ἐνεπέπαλτο ἄντυγι. Nam πάλλεσθαι est *succuti*, ideoque *labare*, impedito pede." Planissime, credo, illud exponemus: ei *iniectus*, in eo *offensus* est, quod et interpretes Latini et Vossius noster suo comprobarunt assensu. Sed a πάλλεσθαι originem esse repetendam ex eo poteris cognoscere, quod ἔκπαλτο de medulla hastae iniectae vi e tergi vertebris excussa dicitur Il. 20, 483 — μελὸς αὖτε Συφονδυλίων ἔκπαλθ'· ὃ δ' ἐπὶ χθονὶ κεῖτο τανυσθείς, ubi nemo profecto ad verbum ἐξάλλεσθαι delabetur, omnisque dubitandi ansa eo praecisa erit.

Porro autem nostram rationem alia aliorum poetarum exempla adiuvant. Ut vero aperta et luculentiora in praesens omittamus, illud ipsum, de quo plene et perfecte sit dicendum, efficit. Nam praeter Homerum ἀνέπαλτο tum Quinti est tum aliorum. Ille igitur de Penthesilea, e somno excitata, in Posthom. I, 140 habet haec:

ἐξ εὐνῆς ἀνέπαλτο, καὶ ἀμφ' ὤμοισιν ἔδυνεν
τεύχεα δαιδαλόεντα, τά οἱ θεὸς (l. θοὸς) ὤπασεν Ἄρης.

Quae quum nihil aliud significare possint, nisi *ex stratis exsiluit*, ἀνεφάλλομαι ineptum esse intelligitur. Manifestius etiam idem prodit creber Nonni usus, ut, quod cum Quinti verbis paene concinit, Dionys. VII, 156 . . .

ὑποφρίσσουσα δὲ κούρη
ἐκ λεχέων ἀνέπαλτο, καὶ ἑπτοίησε τοκῆα, —

add. I, 314. IV, 12. XLVIII, 373. Ne quis autem ἄλλεσθαι in iis quaerendum putet, Nonnus ipse intercedit, quippe qui et ἀνεπάλλετο et ἀνεπήλατο, aoristum

Digitized by Google

primum, carminibus ita inseruerit. Quorum prius videbis VII, 205 *καὶ Σεμέλην ὀρόων ἀνεπάλλετο*, et X, 14., posterius. V, 195 *πρώτη δ' Αὐτονόη γονίμων ἀνεπήλατο κόλπων*, ubi de altero ne cogitari quidem potest. Hoc rerum statu Pindaro etiam non detraxerim Ol. XIII, 69 *ἀνὰ δ' ἔπαλτ' ὀρθῷ ποδί*, etsi Dissenius nuper induxit *ἐπᾶλτ' ὀρθ.*, a Boeckhio iam in indice receptum. Quare in Moschi Id. II, 109. et cum Ald. *ἀνεπάλλετο ταῦρος*, et cum Brunckio *ἀνεπήλατο*, quanquam non a praesenti *ἀνεφάλλομαι* derivandum est, scribere licebit. Imperfectum autem, in quo Valckenaerius et Brunckius haerebant, mihi satis facit. Utriusque certe idoneus sane sponsor erit Nonnus. Ea vero nobis paene persuadeant eiusdem verbi participium olim in Apollon. Arg. IV, 783. lectum et a Brunckio, libris plerisque invitis, exactum esse revocandum. Vulgo enim illic ferebatur:

*αὐτὰρ ὁ ἐξ εὐνῆς ἀναπάλμενος εἰσενόησεν*
*παῖδα φίλον σπαίροντα διὰ φλογός· — —*

Vix autem intelligi potest *ἀνεπάλμενος* de Peleo, quum filiolum a matre flammis iniectum conspexisset, e lecto prosiliente, neque cetera, quae ab Apollonio subiiciuntur, huic etymologiae admodum prosunt. Quae si vere divinavi, Apollonii Argonauticis manifesta utriusque verbi vestigia impressa esse colligi poterit. Neque id absurdum videbitur reputanti simillimo modo pro diversa utriusque origine *κατεπάλμενος* et *καταπάλμενος*, de quibus paullo inferius dicamus, nobis offerri. Maiorem autem fidem nostrae causae faciet praesens *ἀναπάλλεσθαι*, quo passim utuntur epici, dum *ἀνεφάλλεσθαι* prorsus ignorant. Antiquissimum eius indicium, ex Homeri Iliade 23, 692 depromptum, supra apposui. Crebrius idem apud alios epicos invenimus, vid. Apoll. III, 1377 *οἷος δ' οὐρανόθεν πυροέις ἀναπάλλεται ἀστήρ*, Quint. Sm. XI, 75 — *ἅτε βλοσυροῖο δράκοντος Οὐρὴ ἀποτμηθεῖσ' ἀναπάλλεται*, Opp. Hal. II, 589 — — *πολλάκι δ' ἅλμης Ἀφρὸν ὑπερθρώσκων ἀναπάλλεται*, ut alia silentio transeamus. Neque tragicos is fugit usus, unde Euripid. in Or. 322 sqq. de Furiis: *αἵ τε τὸν ταναὸν αἰθέρ' ἀμπάλλεσθ', αἵματος Τινύμεναι δίκαν*, vid. Porson. Recte autem et vere *ἀνεπήλατο* ad eandem stirpem a nobis esse relatum activum ab eodem poeta ita formatum docet, vid. Bacch. 1189:

Digitized by Google

in aliquem irruens, commodeque positum esse de Agamemnone in Troianum ducem e curru proruente liquido apparet. Itaque idem ab Homero mutuati sunt alii, velut Apollon. in Argon. II, 583. ad fluctum decumanum, aquarum mole Argonautas paene obruentem, transtulit:

— — — — — — — — — εἴσατο γάρ ῥα
νηὸς ὕπερ πάσης κατεπάλμενον ἀμφικαλύψειν.

Nec minus venuste adhibuit illud Oppianus in Cyneget. III, 118., ubi gallinae pullorum cura agitatae habitum, milvio ex alto irruente, ad ipsius naturae veritatem expressit:

πῶς δ' ὄρνις κατὰ δῶμα συνέστιος ἀνθρώποισιν
ἀρτιτόκος νεαροῖσι περισκαίρουσα νεοσσοῖς,
κίρκον ὑπὲρ τέγεος κατεπάλμενον ἀθρήσασα,
ὀξὺ μὲν ἔκλαγεν αἶψα, καὶ ἄνθορεν ὀξὺ λακοῦσα
κ. τ. λ.

His igitur omnibus accomodatum censeri possit decompositum κατεπάλμενος. Sed plus dubitationis profecto movet Tryphiodori versus in Troi. excidio 477., cui κατεπᾶλτο temere illatum videtur. Agit autem poeta de Anticlo, Helenae respondere parante, sed Ulixis manibus et vi oppresso:

ἀλλ' Ὀδυσεὺς κανεπᾶλτο καὶ ἀμφοτέραις παλάμῃσιν
ἀμφιπεσὼν ἐπίεζεν ἐπειγόμενον στόμα λῦσαι·
μάστακι δ' ἀῤῥήκτοισιν ἀλυκτοπέδῃσι μεμαρπὼς
εἶχεν ἐπικρατέως· ὁ δ' ἐπάλλετο χερσὶ πιεσθείς,
φεύγων ἀνδροφόνοιο πελώρια δεσμὰ σιωπῆς.

Etenim κατεπᾶλτο, communi multorum opera excogitatum, nec librorum auctoritas tuetur, nec rei veritati respondet. Ulixem certe, una cum aliis Achivorum principibus equo ligneo inclusum, in Anticlum saltu proruisse parum credibile est. Itaque κατέπαυσε (plures quidem male mutarant in κατέπαυτο) totius rei scenae, quae hic nobis repraesentatur, multo aptius erit habendum. Ulixes dicendi finem fecit faucibus utraque manu compressis, vid. Od. 4, 284, 287. Ceterum κατέπαλτο pro huius aetatis consuetudine scribendum fuisse Wernickius, qui in universum mecum sentit, ad Tryphiodori l. all. censuit. Quae quum ita sint, tantum abest, ut Tryphiodori testimonio κατεπᾶλτο confirmetur, ut ille eo verbo prorsus abstinuisse videatur. Quin suspicari possis veteres grammaticos verbis πάλλεσθαι et ἄλλεσθαι ad illa explicanda promiscue usos, ne tanta

Digitized by Google

quidem cura, quanta putamus, utrumque distinxisse. Quidquid autem de illorum praeceptis iudicaveris, certe extra dubitandi aleam erit positum alia quaedam Oppiani et Quinti exempla ad eam stirpem, quam magis veram diximus, necessario esse transferenda. Huc pertinet Opp. Hal. 661.

πόντῳ δ' ἐγχατέπαλτο λίνων ὕπερ· — — — —

Cuius origo, si Heynium et alios cum eo consentientes audiveris, e triplici praepositione et ἄλλεσθαι esset conflata. Neque ab eo multum differt Quint. Posthom. X, 467., ubi de Oenone, Paridis rogo sese immittente, scribit:

ἀλλὰ καλυψαμένη πέρι φάρεϊ καλὰ πρόσωπα
αἶψα πυρῇ ἐνέπαλτο — — — — — — — —.

His igitur terminis verbi utriusque vim et usum circumscribendum esse tum veterum monumenta tum sermonis reique ratio persuadeant, neque grammaticorum regulas et praecepta multum ab illis, si omnia perpenderimus, abesse videbuntur.

## EXCURSUS XVII. AD IL. Θ, 233.

Ἀντὶ et ἄντα quid differant apud Homerum et epicos, exponitur.

### §. 1.

In Il. 8, 233 Τρώων ἄνθ' ἑκατόν τε διηκοσίων τε ἕκαστος
στήσεσθ' ἐν πολέμῳ; νῦν δ' οὐδ' ἑνὸς ἄξιοί εἰμεν —

cum Wolfio recte, ut opinor, praeferendum duxi. De quo vetus excitatum fuisse certamen et scholiastae et alii tradunt auctores. Heynius vero ἀνθ' ἑκατὸν et ἄνθ' ἑκ. unum idemque esse perperam iudicavit, vid. Hermann. de emend. rat. gr. Gr. p. 105 sq. Alterum enim esse ἀντί, cuius tenorem inclinari vetant, alterum pro adverbio sive praepositione ἄντα poni facile intelli-

gitur. Illius causam Porphyrium et Aristarchum egisse in annotat. crit. dixi, eos vero ipsos a se invicem dissensisse videbimus. Nam Porphyrius, cuius quaestionem schol. B. inseruit, ita disserit: *οὐκ ἔστι τὸ „Τρώων ἀνθ' ἑκατόν τε διηκοσίων τε ἕκ. Στήσ. ἐν π.“ πρὸς ἑκατὸν καὶ διακοσίων μαχέσεσθε ἐν πολέμῳ, ὥς τινες ἀποδεδώκασιν, ἀλλ' ὡς εἰ ἔλεγεν „ἀντίσταθμοι καὶ ἀντιβαρεῖς ἑκατὸν καὶ διηκοσίων ἕκαστος ἠπείλει γενέσθαι ἐν τῷ πολέμῳ“. τῇ γὰρ διανοίᾳ ταύτῃ ἀκόλουθον τὸ „νῦν δ' οὐδ' ἑνὸς ἄξιοί εἰμεν Ἕκτορος·“ ἀπὸ μὲν γὰρ τῶν ἐν ζυγοῖς ἱσταμένων τε καὶ πιπρασκομένων εἴρηται, ἐπὶ μὲν τούτων ἔφασκεν ἕκαστον αὐτὸν λέγειν ἀντίσταθμον εἶναι ἑκατὸν καὶ διακοσίων, ἐπὶ δὲ τοῦ Ἕκτορος „οὐδ' εἴ κεν σ' αὐτὸν χρυσῷ ἐρύσασθαι ἀνώγοι Δαρδανίδης Πριάμος“* (Il. 22, 351, 5.), *οἷον ἴσον χρυσῷ καὶ ἰσόσταθμον χρυσοῦ. τὸ δ' ἐρύσασθαι ἀντὶ τοῦ στῆσαι.* Quae si consideraveris, Porphyrium et *ἀντὶ* et *στήσεσθε* non proprio, sed translato sensu accepisse apparet. Gloriati igitur essent Achivi iactabundi, unumquemque eorum eodem futurum esse pondere sive robore, quo sint centum ducentive Troiani. Est autem ea interpretatio artificiosior, quam quae probari possit; unde miror Mathiaeum in gr. Gr. p. 1128. Porphyrio assensum praebuisse. Vere enim Herm. Tollius ad Apoll. Lex. p. 120. iudicavit Aristarchi auctoritatem opponi ab Apollonio Porphyrii commento. Is enim, qui et ipse *Τρώων ἀνθ' ἑκ.* retinuit, praepositioni suam et propriam vim esse statuit. Quod Lehrsius in libro, utilitatis pleno, de Aristarchi studiis Homericis p. 120 sq., neglexisse videtur, iis in errorem compulsus exemplis, quibus *ἀντὶ . . εἶναι pari loco esse* significat, vid. Il. 21, 75. 9, 116. Od. 8, 546, et compositis eadem potestate instructis, quorum e numero affert *ἀντιανείρας*, comparato Et. M. 111, 35. His autem missis: „Recte etiam, inquit, huius significatus memor (Aristarchus) 8, 233. non *ἄντα* intellexit cum aliis (v. Apoll. p. 121.), sed *ἀντί*.“ At ea ipsa, quibus Aristarchi sententiam stabiliendam putavit, et rei et Aristarcho, siquidem id voluit, quod Lehrsio verum est visum, adversari crediderim. Aliud enim est *εἶναι ἀντί τινος*, aliud *στήσεσθαι ἀντί τινος*. Illo declaramus esse aliquem eodem, quo quis alius, sive loco sive dignitate, hoc necessario significabit vel alius locum occupare, vel adversus aliquem stare. Neque ullum esse

Digitized by Google

potest dubium, quin ἀντὶ sic intellexerit Aristarchus. Quod quidem tum Etymol. M. 111, 27. tum Apollon. in Lex. 120. luculenter ostendunt. Lehrsius quum Apollonii verba sola ante oculos haberet, in eam venit suspicionem, ut eorum ordinem luxatum aliterque instituendum diceret. Quam coniecturam vanam falsamque esse ex singulorum comparatione sine ullo negotio discimus. Quapropter prima utriusque grammatici verba hic expromere non gravabor:

| Etym. M. 111, 27. | Apoll. Soph. Lex. Hom. p. 120. |
|---|---|
| Ἡ ἀντὶ πρόθεσις σημαίνει τρία· κυρίως τὴν πρόθεσιν, ὡς καὶ ἡμεῖς τίθεμεν, καὶ ὡς Ἀρίσταρχος ἀναγινώσκων ἀκούει τόνδε τὸν στίχον· Τρώων ἀνθ' ἑκ. κ. τ. λ. | Ἀντὶ δηλοῖ μὲν κυρίως τὴν πρόθεσιν· ὡς καὶ ἡμεῖς τίθεμεν, καὶ Ἀρίσταρχος ἀναγινώσκει τοῦτον δὲ τὸν στίχον· Τρώων ἀνθ' ἑκ. κ. τ. λ. |

Iis perpensis nihil inesse senties depravati, nisi quod δὲ ex Etymologici τόνδε τὸν στίχον, ut Lehrsius probe perspexit, illatum est in Apollonium. Praeterea ἀναγινώσκων ἀκούει, etsi fortasse ferendum sit, apud Etymologum lectum medelam invenict ex Apollonii lexico. Errasse autem Lehrsium Phavorinus etiam 205, 46. nos docet, dum de praepositione ἀντὶ eadem fere, quae illorum sunt, notavit. At redeamus ad Homerum.

Herodianum igitur et Demetrium, quibuscum schol. A. facit, Τρώων ἄνθ' ἑκ. melius habuisse Veneti interpretes memoriae prodiderunt. E quibus schol. B.: „τὸ πλῆρες μᾶλλον ἄντα, ὡς καὶ τῷ Ἡρωδιανῷ ἀρέσκει, οὐχὶ δὲ ἀντί, καθὼς Ἀριστάρχῳ ἔδοξεν.“ Clarius idem scivit schol. A.: ἐπὶ τὴν ἀνθ συλλαβὴν ἡ ὀξεῖα, ἵνα τὸ πλῆρες ᾖ ἄντα. οὕτως δὲ ἀξιοῖ Δημήτριος ὁ γονύπεσος, καὶ ἐμοὶ δὲ οὕτως ἀρέσκει τὸ τῆς διανοίας· ἄντικρυς γὰρ Τρώων ἑκατὸν καὶ διηκοσίων εἷς ἕκαστος στήσεσθαί φησιν. οὐ γὰρ κωλύεται ἡ τοῦ ἄντα σύνταξις, εἴ γε ἐπὶ γενικὴν φέρεται. Accedit eorum decretis Eust. 710, 25. et schol. aliud apud interpretem Venetum, quod Heynius se non perspicere, reliquis minus accurate examinatis, frustra conquestus est. Iam ex his duplex emergitur lectio, altera Aristarchia Τρώων ἀνθ' ἑκ., neque a Porphyrio neque a Lehrsio

commode explicata, altera Herodiani, Demetrii aliorumque *Τρώων ἄνθ' ἑκ.* Hae vero non tam re et facto, quam forma et specie discrepare liquido apparet. Utra vero potior sit habenda, age, iam videamus.

## §. 2.

Iam quum earum veritatem nulla alia re nisi sermonis Graeci et Homerici usu aestimare liceat, Aristarchum praepositionem adverbio minus caute anteferendam iudicasse in annot. crit. breviter admonui. Hic quidem occurrunt nobis lexicographi et grammatici, ut praeter antiquos illos, quos supra commemoravi, Dammius et Passovius, aliis consentientibus, quippe qui doceant *ἀντὶ* primum significare *exadversum*, idque definire, quod alii cuidam e regione sit oppositum, tum vero *contra*, *adversus*, i. e. hostilem eius animum, qui in alium invadat. Cuius famae consensu, si rem accuratius pervestigaveris, nihil movebere. Passovio enim Dammius, eodem usus exemplo, imposuit, vid. Il. 21, 481

*πῶς δὲ σὺ νῦν μέμονας, κύον ἀδδεές, ἀντὶ ἐμεῖο*
*στήσεσθαι;* — — — — — — — — — — —

Bona igitur fide uterque sumpsit adverbium *ἀντία*, quia apostrophum negligebant, pro praepositione. Nec maioris momenti sunt alia Passovii testimonia, velut Od. 4, 115, 151, ubi *ἄντ' ὀφθαλμοῖιν ἀνασχών*, in pluribus editionibus repertum, verum et legitimum est. Altera vero significatio aeque fefellit Passovium, qui ad eam comprobandam Il. 15, 415. affert:

*Ἕκτωρ δ' ἀντ' Αἴαντος ἐείσατο κυδαλίμοιο,*

Wolfiumque notat scribentem *ἄντ' Αἴαντος*, id enim profecto rarum esse subiicit. At si id, quod innumerabilis fere exemplorum multitudo confirmat, rarum dicere licebit, Passovio fidem habebimus, sin minus, tritum ac pervulgatum illud fuisse confiteamur necesse est. Tantum autem abest, ut Homerus solus ita loquatur, ut omnibus omnino epicis *ἄντα* genitivo nunc praemisso nunc subnexo primum *e regione*, deinde *contra*, *adversus* significet. Atque illius quidem carmina laudabili diligentia eam ob causam perscrutatus est Carol. Schmidtius, cuius mentionem feci in annot. critica. Idem vero, aliis aliorum dialectis in auxilium vocatis, *ἀντὶ* et *ἄντα* nullo vel tenui admodum discrimine distineri

studuit conficere. Quod etsi lubenter damus, nullus tamen Homeri versus, ubi ἀντὶ idem prorsus sit atque ἄντα, vel mihi innotuit, vel ab allo quoquam est enotatus. Ipse enim Schmidtius et in Il. 15, 415 ἄντ' Αἴαντος et in Hes. Op. 727 μηδ' ἄντ' ἠελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὀμιχεῖν scribendum esse prudenter animadvertit. Illud, si Vindd. exemeris, plurimorum librorum suffragiis tutum videbitur: certe iubent ita Eustath, Aldd. Rom Steph.; hoc tum rei naturae optime congruit, tum Hesiodus cum aliis vindicat, cf. Theog. 700. Apoll. Arg. III, 44. Dionys. Perieg. 429, 504. Praeterea de Il. 8, 233. Aristarcho obloquuntur 20, 67 sqq. 21, 331, 477. 23, 686. Homeri exemplis consuetudinisque usu stat Quintus, qui ἄντα τινὸς μάχεσθαι, στῆναι eorumque similia sexcenties iteravit; ἀντί τινος μάχεσθαι ignorat. cf. Posthom. I, 1, 130 καί μιν ἐποτρύνεσκε ποδάρκεος ἄντ' Ἀχιλῆος θαρσαλέως μάρνασθαι ἐναντίον· — ib. 165 — καίπερ πάρος οὐκ ἐθέλοντες Στῆμεναι ἄντ' Ἀχιλῆος, — add. 179, 576, 722. VI, 416. VII, 176. VIII, 134, 216. IX, 98, 239, 253. Sed corruptela laborat idem VII, 633., ubi de Phoenice, Neoptolemi adspectu dolore pariter ac gaudio contacto, haec leguntur:

ἀμφὶ δέ οἱ μέγα χάρμα καὶ ἄσπετον ἄλγος ἴκανεν·
ἄλγος μὲν μνησθέντι ποδώκεος ἄντ' Ἀχιλῆος,
χάρμα δ' ἄρ', οὕνεκά οἱ κρατερὸν παῖδ' εἰσενόησεν.

Haesit in his iam Pauwius, qui quanquam ἄντα *aperte*, *palam* vertit, voculam tamen ei loco minus appositam videri concessit. Neque interpres Latinus satisfacit transferendo „dolor, quia citissimi Achillis memoria velut oculis obversaret", quae aptata essent habenda, ἄντα ἰδεῖν vel simile quidquam adesse deberet. Equidem lenissima sane mutatione scripserim: ἄλγος μὲν μνησθέντι ποδώκεος ἀμφ' Ἀχιλῆος, i. e. dolorem quidem ex Achillis celeris recordatione suscepit. Saepe enim Quintus praepositionem ἀμφὶ casu secundo adiuncto cum verbis et nominibus, quae animi denotant affectum, ut moerorem, iram, gaudium, solet connectere, vid. VII, 59

ὦ πάτερ, ἄσχετον ἄλγος ἐμὸν περιδάμναται ἦτορ
ἀμφὶ κασιγνήτοιο περίφρονος, — — — — —

add. I, 715. VII, 175. IX, 142. X, 347. XIV, 164.

Verum ut ad adverbium ἄντα revertamur, eidem congruere ἄντην, ἀντίον, ἀντία, ἔναντα, ἔσαντα, adde

etiam ἄναντα, κάταντα, πάραντα, bene et sapienter observavit Schmidtius; neque opus est diutius his immorari. Quare id solum monuisse sufficiat, commode et poetae orationi convenienter in Il. 21, 481 ἀντί' ἐμεῖο edi, praesertim quum ἀντίον et ἀντία cum adverbio ἄντα prorsus conspirent. Significant ergo primum *exadversum*, vid. Il. 3, 425 ἀντί' Ἀλεξάνδροιο θεὰ κατέθηκε φέρουσα. Od. 15, 377. Apoll. Rh. I, 790. IV, 1712. Quint. Sm. III, 234., tum *contra*, *adversus*, unde nostra proxime attingunt Il. 22, 253 στήμεναι ἀντία σεῖο, cf. 20, 80, 88, 113, 118, 333. Od. 1, 78. Quint. Sm. I, 645. VII, 578. IX, 497. XI, 172, 188. XIV, 378. Haec fere sunt argumenta et rationes, quibus impulsus ἀντὶ et ἄντα, quanquam eiusdem sunt originis, usu tamen et vi aliquanto discrepare existimaverim. Quae si scite et considerate sunt disputata, Il. 8, 233 Τρώων ἄνθ' ἑκ., Aristarcho invito, tuendum esse nemo negabit, quidquid alii contra dixerint. Nam et Bothium poetae verba minus feliciter expedivisse video, et Bernhardyo in Synt. Gr. p. 233. ab hoc loco plane erat abstinendum.

---

# EXCURSUS XVIII. AD IL. *I*, 7.

**De praepositionum compositorum vi et usu Homerico, praecipue de vocula παρὲκ sive παρέξ.**

## §. 1.

Particulas e duabus praepositionibus conflatas multa cura et opera tum veteres tum recentiores Homeri interpretes illustrare et explicare studuisse inter omnes constat. Sed nullam fere earum tantam disceptandi materiam praebuisse, quantam verbulum παρὲκ sive παρὲξ attulerit, ea demonstrabunt, quae nobis iam sunt commemoranda. Ut enim veteres in re obscura et ambigua satis disertos nunc silentio praeteream, hac nostra aetate exstitit qui perverse et stolide de ea iudicari uberius ostendere conatus est. Grasshoffium dico, qui locis longe plurimis et tenore inclinato et consona muta-

Digitized by Google

ta πάρεξ, nec vero παρὲξ Homero cognitum et usitatum fuisse nobis persuasurus est in diar. schol. ann. 1831. p. 515 sqq. De quo quid sit statuendum, res ipsa docebit. Unde dixisse sufficiet illum, et libris invitis et grammaticis repugnantibus, nova animo informasse, nulla alia re nisi analogia quadam vana et fallaci innixa. Equidem ut et ab eius libidine et ab aliorum controversiis abstineam, in quaestione pertractanda primum de vocis illius tenore, compositione et scriptura dicam, deinde decretis veterum interpositis, quam varia et multipex sit eius structura pariter ac significatio accuratius explanabo, tum pauca, quae Grasshoffius vel temere coniecit vel imprudenter collegit, addam, denique alias aliorum compositiones simillimas brevi comprehendam. Qua in re ut ordine et via procedamus, totius dissertationis quasi fundamentum ponere liceat Eustath. praeceptum ad Il. 732, 40.: Ἰστέον δέ, inquit, ὡς ἡμεῖς μὲν οἱ ὕστερον πάρεξ ἀεί φαμεν βαρυτόνως κατὰ κοινὴν διάλεκτον καὶ ἀντὶ τοῦ χωρὶς τὴν λέξιν νοοῦμέν καὶ διὰ τοῦ ξ γράφομεν αὐτὴν καὶ μονῇ γενικῇ συντάσσομεν, Ὅμηρος δὲ παρὲξ λέγει ὀξυτόνως, ἀκολουθῶν τῷ κανόνι τῶν προθέσεων, καὶ ἀντὶ τοῦ ἔξω μὲν ἐγγὺς τὴν λέξιν λαμβάνει, καὶ φωνήεντος μὲν ἐπιφερομένου φυλάσσει τὸ διπλοῦν, ὡς καὶ ἐνταῦθα, συμφώνου δὲ ἐπαγομένου τρέπει συνήθως τὸ ξ εἰς ἄφωνον τὸ κ, οἷον „παρὲκ νόον ἤγαγεν". ἔστι δὲ ὅτε καὶ οὕτω φυλάσσει τὸ ξ ὡς ἐν τῷ „παρὲξ τὴν νῆσον ἐλαύνομεν", καὶ τὴν σύνταξιν δὲ διαφορεῖ (l. διαφορεῖται). Ἀπίων δὲ καὶ Ἡρόδωρός φασιν, ὅτι ἐπὶ τοῦ παρὲξ ἔστι μὲν ὅτε τὸ νοητὸν ἐπικρατεῖ τῆς ἐξ, ἔσθ' ὅτε δὲ τῆς παρα, ἤγουν ἐπεὶ τὸ παρὲξ ἐκ δύο σύγκειται προθέσεων, τῆς παρα καὶ τῆς ἐξ, ποτὲ μὲν ἡ τῆς ἐξ προθέσεως νόησις ἐπικρατεῖ καὶ προκαλεῖται γενικὴν σύνταξιν, ὡς τὸ „παρὲξ ὁδοῦ" ἤγουν ἔξω τῆς ὁδοῦ, ποτὲ δὲ ἡ παρα πρόθεσις νικῶσα προάγεται εἰς αἰτιατικήν, ὡς τὸ „παρὲξ τὴν νῆσον" ἤτοι παρὰ τὴν νῆσον. λαμβάνει δὲ τὴν λέξιν Ὅμηρος, ὡς φαίνεται καὶ ἐν τοῖς εἰς τὴν Ὀδύσσειαν μάλιστα, ἐπὶ τῶν μήτε πάνυ πολὺ ἀπεχόντων μήτε ἔγγιστα ὄντων, ἀλλὰ ἔξω μέν, ὅπερ ἡ ἐξ πρόθεσις δηλοῖ, ὅμως δὲ ἐγγύς, ὅπερ διὰ παρα δηλοῦται προθέσεως, σημαινούσης ἐγγύτητα, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ πάρεδρος καὶ παρα-



Digitized by Google

καθίζω καὶ τῶν ὁμοίων, quae inde transscripsit Phavor. 1446, 52 sq. Iam ut vim et potestatem huius verbi nondum attingamus, Eustathium παρέξ, utpote e praepositionibus παρα et ἐξ consociatum et iungendum et ὀξυτόνως scribendum esse affirmat, πάρεξ enim posterioribus et communi attribuit dialecto, παρὲξ vero poeticum et Homericum habet. Eam fere communem veterum fuisse sententiam et ipse saepius docet, et alii possunt indicare, vid. Eust. ad Il. 842, 45. 1200, 26. 1328, 54. Etym. M. 652, 39. Gud. 453, 43. In quo etsi πάρεξ fertur, tamen nihil dissensionis esse verba ipsa produnt. Ad illos vero auctores accedunt Phavor. 1446, 45. schol. ad Hes. Scut. 351. Herodian. περὶ λ. μον. 25, 25. Var. Ecl. 342, 14. Haec autem testium consensio efficit, ut extrema schol. Hesiodi verba leviter corrupta existimem, qui quum in reliquis aliorum legibus adstipuletur hisce: ὅτι τὸ πάρεξ καὶ τὸ παρὲξ διαφέρουσι. τὸ μὲν γὰρ πάρεξ σημαίνει τὸ ἐκτὸς καὶ βαρύνεται καὶ συντάσσεται μετὰ γενικῆς, ἔστι δὲ κοινόν. τὸ δὲ παρὲξ οὐ τὸ ἐκτὸς μόνον σημαίνει, ἀλλὰ καὶ τὸ πλησίον, ὡς τὸ „παρὲξ ἅλα" ἤγουν ἐκτός, πλησίον τῆς θαλάσσης, καὶ ὀξύνεται καὶ συντάσσεται μετ' αἰτιατικῆς. ἔστι δὲ καὶ ποιητικόν, certe adiicere non potuit, ἐνταῦθα δὲ πάρεξ ἐστί: eius enim nec significatio quadrat nec poetae convenit. Itaque dubitare nolim, quin παρὲξ sit emendandum. Nihilominus scholiastae mendum in transversum egisse videtur Gaisfordium, qui solus fere editorum bis apud Hesiodum πάρεξ de suo finxit. Recte enim tradit schol. πάρεξ barytonum, quod ἐκτὸς sive χωρὶς indicet, pedestris esse orationis, idque multis comprobat exemplis Herodotus, vid. Struvium de dial. Herod. spec. I, p, 45. et Passov. in Lex. v. παρέκ. Apud poetas vero is usus rarissime conspicitur, velut in Apoll. Arg. II, 344

μὴ τλῆτ' οἰωνοῖο πάρεξ ἔτι νηῒ περῆσαι,

ad quem versum scholiasta bene et vere sic disputat: „τὸ δὲ πάρεξ βαρύτονον ἀντὶ τοῦ χωρὶς". Nusquam vero alibi apud ullum poetam tale quid reperitur. Imo consentiunt plerique παρὲκ et παρὲξ tum coalescere tum ultimam eorum syllabam tenore erigi, vid. praeter eos, quos paullo ante memoravi, Eust. ad Il. 814, 6. 850, 52. 857, 57. 1305, 1. 1353, 60. ad Od. 1499, 6. 1541, 59. 1619, 36. 1641, 3. 1756, 33. 1779, 15. Etym.

Digitized by Google

M. 653, 9. 781, 50. schol. Ven. ad Il. 9, 7. 20, 133. 23, 762. 24, 434. schol. ad Od. 5, 439. 12, 276, 443. schol. ad Apoll. Arg. II, 973. IV, 102. Neque grammatici vel lexicographi paullo inferiores, quanquam utrumque confundunt, quidquam discrepant, velut Hesych. II, 875., cll. 877. Suid. III, 46. Quae si vere et commode sunt dicta, nullum propemodum apud illos nec de particulis commiscendis separandisve nec de tenore syllabae ultimae imponendo dissensum reperiri patebit. Si quid enim diversi adesse videtur, id paucorum quorundam fuit, uti Tyrannionis, qui quod Herodotus et communes πάρεξ i. e. χωρὶς frequentarunt, idem in Homerum et poetas transfundendum esse putavit, vid. schol. Ven. ad Il. 9, 7. Herodiani vero nomen falso Tyrannionis subiici et ad illum Iliados versum notavi et iis conficitur, quae ex eius libro περὶ λέξ. μον. produximus. Maiorem autem tum grammaticorum sententiae, tum argumentationi nostrae fidem addit constans fere ac minus mobilis librorum consuetudo. Illi enim alias praepositiones duplices, uti διέκ, ὑπέκ, ἀπέκ, nunc discriminant, nunc, quod longe rarius cernitur, iungunt; παρ' ἐξ vero sive παρ' ἑκ vix ter quatterve investigare licuit. Hoc quidem e libris Apollonii vulgaribus solis licet afferre Argon. II, 94., illud bis adest in Ven. Il. 24, 349. 11, 486., quorum ultimum ne tuttum quidem iudicaverim. Vindd. ut nunquam singula secernunt, ita πάρεξ barytonum Alteri certe libellus in Il. 10, 349. et 24, 349. transmisit. Utrumque horum et communes Iliados editiones et Heynianam occupavit, repugnante Eustath. 810, 49. 1353, 61. Ex iis autem, quae adhuc disseruimus, merito coniicias nec παρ' ἐξ nec πάρεξ Homericum existimasse veteres criticos ac grammaticos. Fallitur ergo Grasshoffius, qui hisce de rebus antiquiores inter se litigasse perhibet. Nam de tenore non minus quam de singulorum coniunctione testes plurimi ac gravissimi idem plane sentiunt. Reliquum est, ut de litera finali incerta et ambigua strictim et breviter agamus.

Eam vocali sequente duplicem, consona instante simplicem plerumque esse scribit Eustath. l. all., nec tamen negat interdum ξ̄ ante consonam retineri a poeta, cf. eundem ad Il. 857, 57. Iam quum Herodotus, sive vocalis sive consona subsequatur πάρεξ solum agnoscat, fuerunt qui πάρεξ sive παρὲξ Homero etiam saepius reddendum esse suspicarentur, veluti Grass-

Digitized by Google

hoff. l. all. Sed primum et codices et interpretes adversantur; deinde παρέξ, quod sexies septiesve litera consona subiuncta apud epicos deprehendi, minus e literae additae natura quam ex ipsius verbi significatione profectum arbitror, etsi aliqua sed ea exigua literae proximae esse videtur vis. Homerus quidem παρὲξ ante consonam his inseruit exemplis: Il. 11, 486 στῆ δὲ παρέξ· Τρῶες δὲ διέτρεσαν —. Od. 12, 276 ἀλλὰ παρὲξ τὴν νῆσον ἐλαύνετε —. Ib. 443 μέσσῳ δ' ἐνδούπησα παρὲξ περιμήκεα δοῦρα. 14, 168 πῖνε, καὶ ἄλλα παρὲξ μεμνώμεθα. Aliorum sunt Nicandr. Ther. 29 καί τε παρὲξ λιστρωτὸν ἄλω δρύμον —. Apoll. Rh. II, 1010 — σώοντο παρὲξ Τιβαρηνίδα γαῖαν. Antimach. fr. apud Schellenbergium p. 53 παρὲξ φράσσαιτό κεν αὐτοῦ. Veteres quidem qua lege duplicem literam admittendam censuerint, luculenter tradit Etym. M. 324, 14 sqq. Ἐκ Ῥώμης, ἡ ἐκ πρόθεσις, ὅταν αὐτῇ σύμφωνον ἐπιφέρηται, τρέπει τὸ ξ εἰς κ. δεῖ δὲ προσθεῖναι, χωρὶς εἰ μὴ εὑρεθῇ μετὰ παρέλκοντος· οἷον ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ, διὲξ σωλῆνος· καὶ πάλιν διὲξ τὸ μύρτον· σημαίνει δὲ τὴν μυρσίνην. ἔτι δεῖ προσθεῖναι, καὶ χωρὶς εἰ μὴ εὑρεθῇ ἐν τέλει στίχῳ· οἷον ὡς παρὰ Θεοκρίτῳ (Id. XXII, 30 sq.)

ἔνθα μιᾶς πολλοὶ κατὰ κλίμακος ἀμφοτέρων ἐξ
τοίχων ἄνδρες ἔβαινον Ἰησονίης ἀπὸ νηός· —

καὶ χωρὶς τοῦ πάρεξ· ταῦτα πάντα ἐσημειωσάμεθα, ἐπειδὴ ἐπὶ τούτων τῶν χρήσεων ἐφύλαξε τὸ ξ τῆς προθέσεως συμφώνου ἐπιφερομένου, add. Phavor. 606, 26. eadem prorsus praecipientem. Fragmentum vero adscriptum Archilochi esse nec veteres latuit neque illorum editores, cf. Liebel. Archil. fragn. CXLIV. et Gaisfordium fr. XCVIII. Verbis duobus auctum id exprompsit schol. Ven. ad Il. 9, 7.: μετὰ γοῦν τῆς διὰ οὖσα ἡ ἐξ οὐ τρέπει τὸ ξ: „διὲξ σωλῆνος εἰς ἄγγος". Inde schol. BL. nunquam (οὐδέποτε) διὲκ ante consonam efferri cupidius quam verius pronuntiarunt. Itaque nec Wolfium vituperaverim, quod in Il. 15, 124 ὦρτο διὲκ προθύρου coniunxit, nec Brunckius insoliti quidquam sectatus est in Apoll. Arg. II, 558.: εἰρεσίην, ἵν' ἔπειτα διὲκ πέτρας ἐλάσειαν: in neutro enim abundat ἐν, a quo literae duplicis causam apud Archilochum repetendam esse Etymologici scriptor memoriae prodidit. Modestius igitur Grasshoffio de ista con-

Digitized by Google

sonae ambignitate Lobeckius existimavit ad Phrynich. p. 414., nihil horum firmo omnium assensu diiudicatum ratus. Veteres ex praepositionis abundantia literam extremam aestimarunt, διὲξ idem atque διὰ esse arbitrati, διὲκ vero sive δι' ἐκ, ut vulgo scribunt, utrique praepositioni addere vim. Quae etsi subtilius quam verius disputata esse videntur, nam διὲξ σωλῆνος rem certe definit pressius quam διὰ σωλῆνος, translata tamen putaverim ad epicorum παρὲξ. Etenim plerisque Homeri exemplis sufficere videtur παρὰ solum, quanquam ἔξ prorsus inutile esse nemo facile dicat. Eam vero grammaticorum fuisse mentem prudenter intellexit Liebelius l. all., idque schol. Ven. ad Il. 11, 486. communit hisce: στῆ δὲ παρέξ· παρέστη δέ. καὶ περισσὴ ἡ ἔξ, ὁμοίως τῷ „ὥσα παρέξ" (Od. 9, 488). Quidquid autem aliis placuerit, id certe obtinebo παρὲξ ante consonam maxime vel in fine sententiae vel litera muta subsequente usurpari. Iis vero necessario adiiciendum est plerumque adverbium, rarius praepositionem ξ suum tueri. Itaque ferendum quidem statuerim Apollonii II, 1010 παρὲξ Τιβαρηνίδα γαῖαν, quod et numeris aptius est, et sententiam planius describit, sed in Nicandr. Ther. 29. Bentleius et Schneiderus παρὲκ λιστρωτὸν ἅ. δ., quanquam Meinek. ad Euphor. p. 130. repugnat, recte praetulisse videntur: siquidem παρὲκ ante nomen a litera λ exorsum legitimum est, vid. Hom. Od. 9, 116. 16, 165, 343. Il. 23, 762 et alibi.

## §. 2.

Cognitis iis, quae de verbi nostri et compositione et tenore et litera finali veteres praescripserunt et rata habuerunt, ad eius significationem et structuram planius et apertius explicandam progredimur. Dicit igitur Eustathius, quocum alii plerique congruunt, triplicem ei esse structuram: nunc genitivum, nunc accusativum apponi, nunc denique idem adverbii fungi munere ac provincia. Praeterea admonet praepositioni utrique suam et propriam inhaerere vim et potestatem, eo tamen discrimine, ut in aliis παρα, in aliis ἔξ quasi praevaleat atque emineat. Quae si tenuerimus, genitivo adiuncto παρὲξ ἐκτὸς sive ἔξω indicare consequens est, adiectum autem παρὰ hanc vim habet, ut aliud in alius vicinitate

seiunctum cogitetur. Id autem ipsum, sicut in praepositione quacunque, ita in nostra duplici dici potest modo, vel proprio vel translato. Prioris quidem generis sunt Il. 10, 349 — *παρὲξ ὁδοῦ ἐν νεκύεσσιν Κλινθήτην*, add. hymn. in Merc. 188. Apoll. Rh. IV, 552. Quem voculae significatum alia adiuncta quaedam magis etiam illustrant: velut in Od. 9, 116

*νῆσος ἔπειτα λάχεια παρὲκ λιμένος τετάνυσται*
*γαίης Κυκλώπων, οὔτε σχεδόν, οὔτ' ἀποτηλοῦ*,

ubi scite descripsit rem Eustath. 1619, 36.: *τὸ δὲ παρὲκ λιμένος γαίης Κυκλώπων ἐγγὺς ἐόντων, καὲ ὧν ὁ χῶρος ἐγγὺς κατὰ τὸν ποιητήν, ἑρμηνεύει εὐθὺς ἐν τῷ οὔτε σχεδόν, οὔτ' ἀποτηλοῦ. Τὸ μὲν γὰρ οὐ σχεδὸν εἴρηται διὰ τὴν ἐκ πρόθεσιν. τὸ δὲ οὔτ' ἀποτηλοῦ διὰ τὴν παρὰ κ. τ. λ.* Simillima sunt Apollonii Arg. II, 1113., dum poeta *ὀλίγον* addito magis accurate definit *παρά*. Nec multum distant eiusdem II, 973, de Thermodonte dicta:

*τῷ δ' οὔτις ποταμῶν ἐναλίγκιος, οὐδὲ ῥέεθρα*
*τόσσ' ἐπὶ γαῖαν ἴησιν παρὲξ ἔθεν ἄνδιχα βάλλων.*

Nam *ἄνδιχα* subiunctum ἐξ praevalere ostendit, etsi *παρὰ* non supervacaneum dixerim cum scholiasta. His fere terminis propria verbi significatio apud epicos circumscripta tenetur. A loco vero illud ad personam traduxit Apoll. Rh. III, 743

*τοῖα παρὲξ οὐ πατρὸς ἐπ' ἀνέρι μητιάασθαι.*

Ergo indicabit patre inscio et invito consilia inire, nec vero idem prorsus est atque *χωρὶς πατρός*. Hoc enim fortuito et sine ulla Medeae culpa potest cogitari; illud autem declarat in ipsis paternis aedibus dolos impios et fraudes machinari. Quibuscum paene convenit Antimachi fragmentum:

— — — — — — — — — — *ὡς ἄρα μή τις*
*μηδὲ θεῶν ἄλλος γε παρὲξ φράσσαιτό κεν αὐτοῦ*,

„adeo nemo quisquam, ne ullus quidem deorum Iove inscio et invito quidquam in animum sibi induxerit." Nam *παρὲξ αὐτοῦ φράζεσθαι* idem propemodum erit, quod Homericum *ἀμφὶς φράζεσθαι* Il. 2, 14, 30. Quae autem Meineklus ad Euphor. p. 129. inde extundit, ea ut verbo *παρὲξ* inesse possint, vereor.

Accusativus ubi sequitur, *παρὰ* alteri praestare probabile erit. Quare *παρὲξ* vicinitatem ita propinquam describit, ut modicum admodum interesse spatium indicet. Saepe illud in Odyssea obvenire Eustathius bene ani-

Digitized by Google

madvertit. Huius vero usus nescio an aptius invenire possis specimen eo, quod Homerus suppeditat Il. 9, 7 — — — — πολλὸν δὲ παρὲξ ἄλα φῦκος ἔχευαν, cf. Il. 23, 762. Od. 12, 443. 16, 165, 343. Nic. Ther. 26. 29. Opp. Hal. 1, 618. Arat. Phaen. 987 sq., apud quem παρὲξ cum genitivo ὄρεος μεγάλοιο perperam connectere Vossium similia possunt docere. Huc etiam referenda esse crediderim παρὲξ τι ἐλάαν, ἔχειν, ἄγειν, in quibus ambiguum possit videri, utrum παρὲξ sive παρὲκ pro adverbio seorsum ponatur, an cum verbo sit copulandum. Equidem pro Graecorum sermone molli et flexibili utrumque permissum fuisse existimaverim. Itaque Telemachus, e Sparta redux, Pisistratum, ne Pylum petat, a navi et mari remotam, in Od. 15, 199 orat hisce:

μή με παρὲξ ἄγε νῆα, διοτρεφές, ἀλλὰ λίπ' αὐτοῦ.

Quae quum dicat, eos mari navique proximos fuisse apparet. Iam παρὰ νῆα ἄγειν et παράγειν νῆα *praetervehi navem* apte et commode iungitur, addita autem ἐξ praepositio longius a navi abducere declarat, unde sua et propria vis utrique manet particulae, cf. Od. 12, 276. h. in Ap. 419. Apoll. Rh. II, 1010. Alias vero παρὲξ ἐλαύνειν a nomine seiunctum est: accusativus autem a verbo solo pendet, ut Od. 12, 55 αὐτὰρ ἐπὴν δὴ τάχιστα παρὲξ ἐλάσωσιν ἑταῖροι, add. Il. 24, 349. Neque in his tenorem cum librorum parte inclinandum esse eo cognoscimus, quod alii cum verbo conflarunt adverbium. Indicio sunt Apollonii verba IV, 764 — — — — εἰσόκεν Ἀργὼ Τάχιστα παρεξελάσῃσιν, add. similia eiusdem, uti παρεξενέοντο II, 651, 941, 1243. παρεξήμειβον ἐρίπνας I, 581. Ex quo recte mihi videor conficere apud eundem II, 94., quae Homerum, vid. Il. 11, 547., imitatus scripsit: — παρὲκ γόνυ γουνὸς ἀμείβων, παρεξαμείβων γόνυ γουνὸς esse socianda. In his omnibus παρὲξ et παρὲκ adverbiis nostris respondent (*darüber hinaus*, *daran hin*), unde sequitur neutram praepositionem prorsus inutilem atque supervacaneam esse. Quod monendum erat propter Grasshoffii dissensum, l. all. p. 516., vid. Eust. ad Od. 12, 443. p. 1730, 2.

Pro similitudine, qua utrumque continetur, transfertur verbum ad eos, qui vel ex potestate exiisse, vel aliorum fraude et machinis mente sana excidisse dicuntur. Inde notissimae locutiones παρὲκ νόον ἄγειν, χα-

Digitized

λεπαίνειν, ὁρμαίνειν Homero aliisque haud ignotae oriuntur. In his autem particulas, ut par est, in unum coalescere prudenter observavit Hgen. in praef. ad hymn. Hom. p. XXIX. Ergo huc revocanda sunt Dolonis ista Il. 10, 391 πολλῇσίν μ' ἄτῃσι παρὲκ νόον ἤγαγεν Ἕκτωρ, cf. 20, 133. h. in Merc. 547. in Ven. 36. Apoll. Rh. 1, 130, 323, 1315. IV, 102.

Quibus si contuleris Il. 24, 434

ὅς με κέλσαι σέο δῶρα παρὲξ Ἀχιλῆα δέχεσθαι,

an bene sit dictum, in incerto esse possit. Magis enim accommodatus videtur genitivus, quem numeris infestum Venet. suppletus cum aliis quibusdam tuetur; idem sensit is, qui παρὲξ Ἀχιλῆος ἔχεσθαι ex emendatione dedit, id quod Vindobon. Alteri et editiones priores invasit. Attamen ei, quod Wolfius praetulit, Vindob. quintus et libri praestantiores, cf. Heyn. Observ. vol. VIII, 685., adsunt. Quare παρὲξ Ἀχιλῆα δέχ. *seorsum ab Achille* eoque inscio dona accipere significabit, παρ' Ἀχιλῆα Homeri de more ne dici quidem potest; etenim indicaret iuxta Achillem dona suscipere.

Superest, ut postremo de vocula adverbii loco posita, neque ullo cum nomine coniuncta disseramus. Quod si fit, nunc proprie ea intelligitur, nunc ad alia, quae aliquanto distant, accommodatur. Neque sic quidem idem prorsus denotat ac παρά, etsi interdum forma magis quam re utrumque differre videtur, velut in Il. 11, 486:

Αἴας δ' ἔγγυθεν ἦλθε φέρων σάκος, ἠΰτε πύργον,
στῆ δὲ παρέξ· Τρῶες δὲ διέτρεσαν ἄλλυδις ἄλλος.

Ubi sane παρέστη sufficiat, at ἐξ adiectum Aiacis interventu Troas, qui Ulixem vulnere gravatum persequebantur, ab eo secretos esse declarat. Veram eam istius adverbii esse vim luculentius patet ex aliis, cf. Od. 5, 439. 9, 488. Apoll. Arg. III, 237. Idem bis iunxit στῆλε παρέξ, semel II, 272 de Harpyiis procul a Phinei dapibus, quas polluerunt, avolantibus, iterum III, 1234 de Hercule in itinere ab Argonautis, quorum socius et comes fuerat, longe seiuncto. Eodem ex genere Hesiodi sunt versus in Herculis scuto 352 sq.

ἀλλὰ παρὲξ ἔχε δίφρον ἐΰξοον ἠδὲ κελεύθου
εἶχε παρὲξ ἰέναι — — — — — — — — —

Quorum alterum si cognitum habuisset Grashoffius, eum in h. Hom. in Cer. 478 σεμνά, τά τ' οὔπως ἔστι ἴμεν propositurum fuisse suspicor.

Digitized by Google

Idem vero adverbium ad alia, quae quis praeterire non potest, traducitur. Homerica ergo sunt *παρὲξ ἀγορεύειν, εἰπεῖν, ἐρεῖν*. Ne in his quidem suam potestatem exuerunt praepositiones: *παρὰ* enim significat *praeter*, *ἐξ*, *seorsum*. Est igitur *παρὲξ ἀγορεύειν* sermonem declinare, deducere ad alia magis remota. Quod quam recte sit dictum, compositum *παρηγορεῖν* monstrat, longe alienum a priore. Propterea Polydamantis verba in Il. 12, 213

— — — — *ἐπεὶ οὐδὲ μὲν οὐδὲ ἔοικεν*
*δῆμον ἐόντα παρὲξ ἀγορευέμεν, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ,*
*οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ, σὸν δὲ κράτος αἰὲν ἀέξειν·*

schol. reddit: *παρὲξ ἤτοι παρὰ τὸ δέον καὶ κελευόμενον πράσσειν*, add. Eust. 901, 13. Huius simillimum est *παρὲξ εἴποιμι παραklιδόν*, emblemate novo in maius etiam auctum Od. 4, 348. 17, 139. et 23, 16 *ταῦτα παρὲξ ἐρέουσα*. Ex his et cognatis apparet, quomodo intelligenda sint ab Eumaeo dicta Od. 14, 168 *πῖνε, καὶ ἄλλα παρὲξ μεμνώμεθα*, aliorum potius illis quidem finitimorum, sed alienorum tamen recordemur. Postquam enim subulcus se de Ulixis reditu desperare fassus erat, Telemachi iter hospiti enarrat. Quapropter Grasshoffius, cui vel *παρὰ* vel *ἔξω* solum satisfacit, minus perspexit utrumque per se indigens alterum alterius auxilio egere. Neque illum poetae usum, ex quo adverbium ad alia scienter et apte convertit, epici sequiores ignorant: testes sunt Apollon. Rh. III, 195, 1051. Quint. Sm. XII, 115.

Nec duplex ille voculae significatus, quo nostram sententiam stabilire licet, a verbis compositis ex eaque deductis abest: ita poeta *παρεξελθεῖν* proprie usurpavit in Il. 10, 344., ubi genitivum verbum sibi expetit, Od. 10, 573.; sensu autem translato legitur Od. 5, 104, 138 *οὔτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεόν, οὔθ' ἁλιῶσαι*. Poetae posteriores alia etiam ab Homero separata vel conflarunt vel noviter procuderunt. Illud comprobat Apoll. Arg. III, 979 *ἤ τι παρεξερέεσθαι, ὅ τοι φίλον, ἠέ τι φάσθαι*: huius exempla praeter alia nobis affert Quintus III, 337. V, 818 *παρεκτετάνυστο*, cll. Od. 9, 116. Si quid autem est, quod scriptores alii vel mutarunt vel inflexerunt, id a nostra quaestione semotum duxerim. Satis enim fuit nobis Homeri et epicorum sermonem perscrutatis ea colligere, quae maxime probabilia verique simillima esse viderentur. Quae si alio-

Digitized by Google

rum tulerint assensum, operae et studii huic rei impensi nos minime poenitebit; sin minus, a doctioribus meliora et magis perpolita licebit exspectare.

§. 3.

Grammaticorum igitur auctoritate non minus quam Homeri consuetudine moti παρὲξ e praepositione duplici, quarum neutra redundat, coaluisse iudicabimus. Legibus autem a Grasshoffio latis quum magistri tum libri plerumque adversantur; nec maioris fere ponderis sunt alia, quibus ille antiquorum de fide detrahere studuit. Primum enim πάρεξ et πέριξ non ob originis similitudinem, sed tenoris causa componuntur, cf. Schol. Ven. B. ad Il. 1, 145., qui Herodiani regulam, ab Etym. M. 781, 47. et Gudian. 544, 23. traductam, affert. Inspectis autem scholiis corruptelae Gudiani, in quo enucleando et perpurgando sudavit Grasshoffius, sua sponte evanescunt. Porro idem πάρεξ et παρὲξ eo differre, quod hoc notionem separandi et distinguendi habeat, illud vero, utpote adverbium e praepositione pronatum, nil nisi παρά, i. e. *iuxta*, significet, minus bene et vere dixit. Etenim πάρεξ, quod χωρὶς sive ἐκτὸς vulgo reddunt, a praepositione simplici aliquanto distare Herodotus aliique, quorum usu tritum et frequens est, manifesto testificantur. Quare ut in re plana et perspicua ne exemplis quidem magnopere egemus, quippe quae lexica nota larga quasi manu suppeditent. Apud Homerum vero παρὲξ vim suam ac propriam retinere supra demonstratum ivimus; nec si omnia perpenderimus, Od. 12, 443. Il. 23, 344. 11, 486., quemadmodum Grasshoffio visum est, nobis contradicere apparet. Sed de singulis particulae epicae significationibus, per gradus a nobis descriptis, uberius disserere nihil attinet. Reliqua adversarii illius argumenta etymologia partim lubrica partim falsa innixa esse videntur. Ut enim μέτασσος et ἔπισσος, forsitan etiam περισσός, quanquam tenore diverso signatur, praepositionibus debeant ortum: δισσὸς nemo profecto ab adverbia δίεξ, istis Archilochi fragmentis paene alienissimum, censebit repetendum. Apollonii denique παρᾶσσον. quod libri et editiones priores παρ' ἄσσον scribunt, ad loci adverbia παραυτά, παραυτίκα iisque affinia, cf. Lobeck. ad Phryn. 47 sq., multo propius accedere videtur, quam

Digitized by Google

stirpi inusitatae et insolitae πάρακ convenire, cuius ne vestigium quidem unquam cernitur.

## §. 4.

Quae adhuc tractavimus, ea et rei naturam et auctorum locupletum gravitatem ac doctrinam maxima ex parte comprobare vidimus. Sed si de aliis praepositionibus sociandis disiungendisve iudicandum est, maioribus impedimur difficultatibus. Nec quisquam, quantum scio, num ὑπ' ἐκ, δι' ἐκ, ἀπ' ἐκ, an ὑπέκ, διέκ, ἀπὲκ melius scitiusque dicatur, plene et perfecte enucleavit. Satis habuerunt olim discreta, Brunckio duce, hic illic conflare, certi et fixi quiddam nemo attulit. Quae vera esse Wolfii prodit exemplum, ut qui in Iliade octies ὑπ' ἐκ. semel libr. 8, 504 ὑπέξ, quatter 17, 461, 581, 589. 22, 146. ὑπὲκ dederit; in Odyssea vero, uno excepto versu, Od. 12, 107., ab eo nunquam desciverit, cf. 3, 175. 9, 489. 10, 129. 11, 57. Brunckius etsi ὑπὲξ et ὑπὲκ meliora existimaverit, utramque tamen apostropho ter secrevit, in Apoll. Argonaut. III, 608, 1319. IV, 951. Hanc editorum levitatem codices non modo non tollunt, sed augent etiam, ut varietas lectionis a Wellauero ad Apollon. Rhodium collecta luculenter ostendit, neque Homero, quanquam exemplaria antiqua minus diligenter excussa sunt, inconstantiae istius vestigia non impressa sunt. Omnis quidem dubitationis ansam praecidit Bothius ad Il. 13, 89 hisce: „vulgo ὑπ' ἐκ κακοῦ. Piget putidam hanc me scripturam reliquisse in superioribus δ, 455. ε, 854., quum notum sit atque elegans ὑπὲκ vel per se dictum vel cum verbis compositum. Ipse Venetus codex ubique habet ὑπὲκ teste H. ad o, 700." At Bothius et praecepti et pudoris oblitus scripturam istam putidam iterum adoptavit 16, 353., et insuper, quod Heynius de uno loco recte dixit, temere in alios omnes transfudit. Venetus enim nonnisi quatter voculas conflavit: Il. 15, 628, 700. 16, 353. et 22, 146., alias semper plurimorum signa sequutus discrevit; et Vindd., si Altero fides est habenda, consentiunt. Iam si libri nihil fere dirimunt, e grammaticis his in rebus loquacioribus nos et plura et certiora discere aliquis suspicari possit. Ea vero exspectatio prorsus fallit: interpretes enim non ita saepe, vid. schol. ad Il. 4, 465. 13, 89. 15, 628. 16,

353. 22, 146. et Eustath. ad Il. 1263, 20. de utriusque significatione, nihil unquam de eorum coagmentatione tradunt. Qui quanquam ultimo loco ὑπὲκ legisse videntur, multo tamen crebrius transversum unguem a recepto non discedunt. Imo est ubi aperte falsa praescribunt, velut ad Il. 13, 89 *φεύξεσθαι ὑπ' ἐκ κακοῦ. τὸ φεύγειν γενικῇ συντάσσει· πεφυγμένος ἦεν ἀέθλου* (Od. 1, 18). *ἔστι δὲ ὑποφεύξεσθαι ἐκ κακοῦ*, cfr. Nitzschium ad Od. l. all. Nec vero negamus eos interdum singulorum vim ac potestatem prudenter et vere explicuisse, ut scholl. ad Il. 4, 465. 22, 146., ubi Ven. B. sic commentatur: *βραχὺ διαστελτέον μετὰ τὸ ὑπέκ· τὸ γὰρ ἐξῆς ὑπὲκ τείχεος κατὰ τὸν ἀμαξιτόν, οἷον ὑπὸ τὸ τεῖχος· ἡ δὲ ἐξ πρόθεσις προκειμένη* (l. προσκειμένη) *ἐμφαίνει, ὡς καὶ μικρὸν ἐκ τοῦ τείχους ἐδίωκον.* Sed de eo, quod hic quaerimus, altum apud illos est silentium.

Quodsi nec librorum praesidium nos magnopere adiuvat, nec grammaticorum praecepta quidquam expediunt, aliam circumspiciamus viam necesse est. Nam ut omnia ad intelligendum non habeamus, quae habere vellemus, iis certe, quae nobis sunt, utamur, aliorum comparatione et ratione. His autem adhibitis, *ὑπέκ, διέκ, ἀπὲκ* alteri longe lateque diffuso praeferamus oportet. Primum enim illis congruunt *παρὲξ* et *παρέκ*, quae argumenta gravissima, si recte auguror, certa et firma spondent: tum ea particularum istarum natura est et vis, ut cum sequentibus vel antecedentibus sua sponte coeant, divulsas quomodo explices saepe vix Oedipus aliquis reddat. Documento sunto pauci Homeri versus, ex Wolfio editione Il. 6, 854

*ὥσεν ὑπ' ἐκ δίφροιο ἑτώσιον ἀϊχθῆναι* —

ib. 13, 89., cll. 15, 705

*οὐ γὰρ ἔφαν φεύξεσθαι ὑπ' ἐκ κακοῦ* —

ib. 15, 628

——— *τυτθὸν γὰρ ὑπ' ἐκ θανάτοιο φέρονται.*

add. 16, 353. 17, 461, 581, 589. 18, 232. 20, 300. De primo eorum, quos singulos adscripsi, dixi in annot. crit., alterum inscite et moleste iungit scholl. *ὑποφεύξεσθαι ἐκ θανάτοιο*: ultimum idem peius etiam construit *τυτθὸν θανάτοιο ὑπεκφέρεσθαι*. Quod melius eo cepit Apollon. Arg. I, 1166 *τυτθὸν ὑπὲκ Φρυγίης παρεμέτρεον*. — neque aliena istis supra notavimus

Digitized by Google

§. 2. Medium autem vel propterea falsum est, quod ὑπεκφυγεῖν quartum casum postulat, vid. Od. 3, 175. 9, 489. 10, 129. Quae quum ita sint, sive cum nominis genitivo sive cum verbo praepositio duplex sit constringenda, eam commode et vere coalescere efficitur, idque omnibus propemodum Homeri locis eximie concinit, add. Od. 11, 37. 12, 107. Quod de Homero fecimus iudicium, id ab aliorum epicorum usu non refutatur, cf. Apoll. Rh. I, 596, 913, 1204. II, 668. III, 575, 608, 1183, 1319. IV, 933, 951, 1224, 1613, 1659. Theocr. Id. XXII, 144. XXIII, 52. Nicandr. Al. 66. Si quid autem diversi obsidet alios, ut bis apud Mosch. Id. II, 114. IV, 78 legimus:

*Νηρεΐδες δ' ἀνέδυσαν ὑπ' ἐξ ἁλός — — —*
*στέργειν ἢ εἶπερ μοι ὑπ' ἐκ νηδύιοφιν ἦλθες,*

male distracta cogenda esse suspicari lubet. Ac primo quidem Moschi versui medetur Homerus Il. 13, 352 *λάθρη ὑπεξαναδὺς πολιῆς ἁλός*, altero vero loco *ὑπῆλθες ἐκ νηδύιοφιν* absurdum est. Eodem modo apud Quintum XI, 124 *ὑπὲκ ῥιζῶν* emendabis ad eorum normam et regulam, quae IV, 402. XIII, 489 obvia habes. Magis etiam id firmant composita, veluti *ὑπεξαΐσσω*, *ὑπεκσώζω*, *ὑπεκφεύγω*, *ὑπεκφέρω*, nulli poetarum ignota, et adverbia triplici e praepositione coniuncta, ut Apollonii *ὑπεκπρό*, vid. IV, 225. Ceterum *ὑπὲκ* nonnisi genitivo legitur adiectum: accusativum enim a verbo subiecto regi paullo antea notavimus. Raro nullus omnino casus sequitur, velut apud Nicandr. Al. 297

*μαρναμένη δύσπεπτον ὑπὲκ γόνον ἔκχεε γαίῃ,*

ubi praepositionum est abundantia, poetis familiaris, vid. Matth. gr. Gr. §. 591, 1., quanquam *ἔγχεε γαίῃ* alicui in mentem possit venire. Hisce igitur de causis apud Homerum et epicos *ὑπὲξ* et *ὑπὲκ* recipiendum erit, nisi quando *ὑπὸ* manifesto refertur ad verbum vel nomen praegressum, *ἐκ* sequentia complectitur. Hoc nomine defendi potest Il. 4, 465

*ἕλκε δ' ὑπ' ἐκ βελέων λελιημένος*

quocum concinet 14, 477 *ὃ δ' ὕφελκε ποδοῖιν*, etsi alteri patrocinantur 17, 581, 589. 18, 232. Necessario vero utrumque disiungitur apud Theocr. Id. XXV, 250

*τοῦ μὲν ὑπ' ἐκ χειρῶν ἔφυγεν τανύφλοιος ἐρινεός,*

quod *ὑπὸ* ad nomen pertinet, *ἔκφυγε χειρὸς* ab Homero inde sollemne est, vid. ad Il. 2, 266.

Digitized by Google

Cognatione proxima cum priore ἀπὲκ continetur, rarum quidem ac minus crebrum, nec vero epicis prorsus ignotum. Quod, quia et ipsum nonnisi genitivo subiungitur et alia eiusdem generis sunt verba, concinnandum erit. Exempla vero sunt hymn. Hom. in Ap. 110

*αὐτίκ' ἄρ' Εἰλείθυιαν ἀπὲκ μεγάροιο θύραζε*
*ἐκπροκαλεσσαμένη* — — — — — — —

et Quint. Sm. IV, 540

*ὅσσα περιδρύφθησαν, ἀπὲκ δίφροιο πεσόντες.*

Magis varie et crebrius poetae διὲκ et διὲξ exceperunt. Quas olim separatas recentiores editores in unum passim commiserunt, neque, ut puto, sine iusta ratione. Omnia enim, quae in superioribus de vocula ὑπὲκ diximus, ad illam particulam licet transferre. Praepositiones quidem seiunctae plerumque habent explicatus perdifficiles, conflatarum interpretatio sine ullo negotio procedit. Porro eadem verba, a quibus sunt distractae, cum utraque concinnata reperiuntur, denique aliorum norma et lex eandem rationem sequi iubet. Hae fere sunt causae, quibus permotus Wolfium in Iliade, Brunckium et Wellauerum in Apollonii Argonauticis, aliosque in aliis poetarum libris vulgo separatas scitius aptiusque coniunxisse existimo. Ut autem voci παρὲξ triplex erat structura, prima cum genitivo, altera cum accusativo, tertia ea, in qua adverbii instar illa usurpatur, ita διὲκ iisdem contineri terminis haud temere mihi videor statuere, nec tamen ignoro fuisse qui casum quartum vanum falsumque haberent. Nam genitivum antiquissimis solum fere in usu fuisse Ilias atque Odyssea ostendunt. Semel enim in illa 15, 124 *ὦρτο διὲκ προθύρου*, saepius in Odyssea illud ipsum, veluti 21, 299. 18, 101., aut *διὲκ μεγάροιο*, cf. 10, 388. 17, 460. 18, 185. 19, 47, 503. 20, 144. 22, 433. reperire licet. Ad eorum auctoritatem se applicuerunt tum hymnographi, vid. hymn. in Mercur. 158. in Cerer. 282, 380 *διὲκ μεγάρων*, tum alii, ut Quint. Sm. 1, 157. Fines istos ulterius protulerunt Alexandrini poetae, ut Apoll. in Argonauticis I, 1157, 1328. II. 351, 642, 744, 750, 804. III, 888, 916. Nic. Ther. 301, 819. De accusativo dubitari significavi, at quomodo melius et facilius Apollonii quosdam versus explices, nescio. Ille enim IV, 860

*νῆα διὲκ πέτρας, αἵτε Πλαγκταὶ καλέονται*
*ῥυσόμεναι* — — — — — —

et ib. 963 — — — — *ὀχλίζουσαι Νῆα διὲκ πέτρας*

Digitized by Google

πολυηχέας. — Iam in priore διεκρύεσθαι et novum insolitumque esse et genitivum flagitare intelligitur, posterius vero eadem de causa vituperari nequit. Quodsi de accusativo nobis concesseris, elegantem Gerhardii coniecturam ad eiusdem poetae III, 158. haud spreverim cum Wellauero. Ceterum particulam sive cum accusativo sociaveris, sive ad verbum reieceris, eo certe genitivus et accusativus discernendi erunt, quod genitivus aliquem locum superasse declarat, accusativus vero transitum ipsum describit, vid. Apoll. III, 888, 916., cll. II, 558. Ad postremum praepositio duplex longe saepius addenda est verbo. Cuius rei antiquissimum exemplum proponit hymn. Hom. ad Apoll. 432., add. Apoll. I, 1014. II, 558, 616, 620. III, 75. IV, 304, 409, 457, 659. Nic. Al. 603. Quint. Sm. XIII, 380 — — ὁππότε κῖνο διὲκ μέλαν αἷμα καὶ ἰρὰ Ἀθανάτων ἐλάθοντο παραιβασίῃσι νόοιο. Quo e loco verbum, quod lexica ignorant, διεκλανθάνω, ad similitudinem Homerici ἀπεκλανθάνω, cfr. Od. 24, 394. effectum, erit petendum.

Reliqua iam acervatim et strictim dicam. Nam si illa vera et apta iudicantur, διαπρό, ἀποπρό, περιπρὸ coniunctim esse proferenda consentaneum videbitur, cfr. ad Il. 4, 138. h. in Ven. 114. Quint. Sm. I, 235. XI, 82., tum ad Il. 7, 334., cll. 16, 669, 670., porro ad Il. 11, 180., denique Dionys. Perieg. 276.

---

## EXCURSUS XIX. AD IL. *I*, 463.

**De verbis puris e barytonis bisyllabis subortis.**

### §. 1.

Formationem verborum illorum thesauris doctrinae accuratae et perfectae reclusis Lobeckium in parerg. ad Phryn. 480 sqq. plene et intelligenter explicuisse in annot. crit. admonui. Neque esset profecto quod adiicerem, nisi Thierschius in gr. Gr. §. 168. 10. eruditissimum Phrynichi editorem erroris inscitiaeque studuisset insimulare. Cuius dictis ne quis in fraudem deducatur erit cavendum. Attulit autem Thierschius



Digitized by Google

primum Eustathii testimonium et exemplum ad Il. 8, 719, 56., post ad Homerica quaedam, ut ad Il. 16, 95. et ad hunc locum, provocavit. Quibus causam inferiorem nullo modo superiorem evadere dilucide exponam. Iam nemo ignorat magistros antiquos verbis primae coniugationis brevem, alterius longam habuisse vocalem, vid. Eust. 229, 30. 1047, 32. et ad Od. 1639, 40. Et. Gud 489, 4., cuius legem adscribam: *τὰ ἀπὸ βαρυτόνων ποιητικῷ ἔθει μεταγόμενα εἰς περισπώμενα διὰ τοῦ ῶ γράφεται, οἷον νέμω, νωμῶ νωμῆσαι. στρέφω, στρωφῶ· οὕτω καὶ πέλω πωλῶ πλὴν τοῦ πέτω ποτῶ.* Quibuscum aliis plerisque convenit. Eustath. autem 719, 56. haec habet: *δῆλον δέ, ὡς ἐκ τοῦ πάλιν τρέπειν ὁ παλίντροπος σύγκειται καὶ τὸ παλιντροπάασθαι, ὁ καινότερον διὰ τοῦ ō μικροῦ γράφεται, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ δηλοῦται, ἀνάπαλιν τοῦ τρωπᾶσθαι, ἴσως διὰ τὴν σύνθεσιν, καθὰ καὶ τὸ γαστρὶ δὲ πάντας ἐπιτροπόωσι κάλωας.* His autem Thierschii decretis vel parum vel nihil omnino fidei accedit. Nam *παλιντροπάασθαι* nove et insolenter ō tenuisse Eustathius fatetur, alterum autem tantum abest, ut vocalem brevem dubitatione eximat, ut verbum corruptum sit habendum: rem igitur incertam et ambiguam minus firmam tutamque reddit. Est enim versus Oppian. Halieut. II, 223., ubi hodie fertur emendatius *ἐπιτρωπῶσι.* Eustath. contra *στροφάασθαι*, in cuius gratiam ista a Thierschio excitantur, ab Homeri sermone alienum putat ad Il. 764. 26: *ἐνταῦθα δὲ*, inquit, *σημείωσαι, ὡς, εἴπερ κατά τινα τῶν ἀντιγράφων γράφεται κατὰ μέγαρα στροφάασθαι διὰ μικροῦ ō, ἔχοι ἂν μεγάλην ἀπορίαν καὶ δύσλυτον ἡ τοιαύτη γραφή.* Quare minus considerate ac vere dixit Thierschius *στροφάασθαι* e lectionis varietate in Homeri Iliadem esse reducendum. Solus enim Eustath. eius varietatis, cuius nullus alius exstat auctor, meminit. Haec si tecum reputaveris, *στροφάασθαι* ab omni fere praesidio destitutum, formae Homeri aliorumque usu tritae et notae *στρωφᾶσθαι* longe esse postponendum videbis, add. Etym. M. 731, 13 *Στρωφᾶσθαι Ἰλ. ι΄. ἀναστρέφεσθαι, διάγειν. ἀπὸ τοῦ στρέφω στρωφῶ*, cll. Phavor. 1691, 9. Sed eo exemplo, ut credere par est, si nihil proficias, certe Il. 16, 95 *ἀλλὰ παλιντροπάασθαι*, ab Eust. aliquoties in medium prolatum neque ab aliis incognitum, Lobeckium perperam existimasse indicare

potest. Eustathium autem, ut qui *παλιντροπάασθαι* novum et insolitum habuerit, cautius quam severius de eo statuere maluisse inde perspicitur, quod ad Il. 1047, 32. haec habet: *Τὸ δὲ πάλιν τρωπᾶσθαι, ἡ ἀρχή ἐστι τοῦ παλίντροπος, ἀφ' οὗ τὸ ὦ μικρὸν παραληγόμενον γίνεται τὸ παλιντροπάασθαι, γραφὴν ὁμοίαν ἔχων καὶ αὐτὸ καὶ οὐ μεγεθυνόμενον κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ τρωπᾶσθαι, ὅπερ διὰ τοῦ ω μεγάλου γράφεται ἀναλόγως τῷ στρωφῶ νωμῶ τρωχῶ καὶ τοῖς ὁμοίοις.* Vides igitur duplici modo exaratum fuisse in libris, quibus tertium accedit *πάλιν τροπάασθαι*. Priorum modo mentionem faciunt scholl. Ven. et Vict., e quibus ille: *Νικίας ὑφ' ἓν ἀνέγνω παλιντροπάασθαι, Ἀπολλόδωρος δὲ κατὰ διάλυσιν. ἔφαμεν δὲ περὶ τῆς τοῦ πάλιν συνθέσεως, ὁπότε καὶ περὶ τοῦ παλιμπλαγχθέντας διελάβομεν, ὡς ὅτι τὸ πάλαι* (leg. *πάλιν*) *ἀεὶ θέλει τοῖς ῥήμασι κατὰ διάλυσιν προσγίνεσθαι.* Eadem de causa alter schol. *πάλιν τρωπᾶσθαι*, ut Wolfius imprimendum curavit, solitum et poeticum nominavit. Itaque, si quid sapio, e duobus nobis soluta est optio eligendi: licebit enim vel cum Nicia *παλιντροπάασθαι* vel cum Apollodoro *πάλιν τρωπᾶσθαι*, quod grammaticorum normae appositum est, adoptare. Horum autem neutrum nihil omnino Thierschio prodest. Tertium quidem *πάλιν τροπάασθαι* Ven. et plures invasit, vid. Tollium ad Apoll. Lex. Hom. 530.; at nihilominus valde suspectum est: nulla enim excogitari potest ratio, quae nos impellat, ut, singulis discretis, a communi technicorum regula desciscamus. Rem igitur scholl. et Vindd., in quibus *πάλιν τρωπᾶσθαι* legitur, melius administrarunt Veneto, cuius errorem, ut videtur, scholiasta erat emendaturus. Neque haec a veri specie abesse docere potest Il. 15, 666 *μηδὲ τρωπᾶσθε φύβονδε.* Ubi quanquam libri pari inconstantia *τρωπᾶσθαι, τροπάασθαι, τροπᾶσθε* et *τρωπᾶσθε* praebent, ultimum tamen et analogiae et numeris maxime conveniens Venet. et Harlei. ab oblivione vindicarunt, cfr. Heynii Observatt. Vol. VII. p. 112. Grammaticorum autem Wolfiique sententiam egregie adiuvat Etym. M. 770, 57 *τρωπᾶσθαι· Ἰλ. π΄* (95) *ἀντὶ τοῦ εἰς τοὐπίσω ἀναστρέφεσθαι ἀπὸ τοῦ τρέπεσθαι καὶ παρατρωπῶσιν, ἀντὶ τοῦ παρατρέπουσιν, Ἰλ. ι΄* (500) *ἀπὸ τοῦ τρέπω τρωπῶ, ὡς στρέφω στρωφῶ καὶ τρωπέουσιν* (l. *τροπέουσιν*) *ἐπιτροπέουσιν ἐπιτρέπουσιν.* His igitur con-

sideratis *τρέπω τρωπῶ πάλιν τρωπῶ* legibus a grammaticis latis congruere, *παλιντροπάω* sicuti *περιτροπέω*, vid. Il. 2, 295. Od. 9, 465., et *παρατροπέω* Od. 4, 465. ferenda esse, *στροφάασθαι* denique a nullo unquam probatum sustentatumque fuisse perspicimus.

§. 2.

Poetas epicos usui et normae haud repugnare diligens eorum docet comparatio. Homero quidem *νωμᾶν*, *στρωφᾶν*, *τρωπᾶν* una cum maxima compositorum parte, quae praepositione aliqua augentur, sollemnia fuisse scimus. Quo ex genere sunt Il. 8, 348 *ἀμφιπεριστρωφᾶν*, Od. 21, 394 *ἀναστρωφᾶν*, 17, 486 *ἐπιστρωφᾶν*, Il. 18, 585. 20, 119. Od. 16, 405. 21, 112 *ἀποτρωπᾶν*. Pauca quaedam novasse posteriores Lobeckius animadvertit. Illa vero tria apud sequiores etiam regulam definitam ac praescriptam perraro excedere paucis videamus. Hesiodus in Scut. 121 *ἀναστρωφᾶν*, in Oper. 526 *στρωφᾶται* ad Homeri similitudinem recepit. Crebrius etiam simplicia aeque ac praepositionibus firmata recentiores admiserunt, ut Apoll. Arg. III, 424 *στρώφα*, 893 *στρωφῶσιν*, I, 827 *στρωφᾶσθε*, add. Quint. Sm. I, 32, 311, 465. III, 553. VI, 351, 532. VIII, 287. IX, 418. XI, 9. Compositorum exempla sunt haec: Apoll. II, 665 *παραστρωφῶνται*, Quint. I, 308 *ἐνεστρωφᾶτο*, III, 267 *ἐπεστρωφᾶτο*, cll. Opp. Hal. III, 607 *ἐπιστρωφῶσι*, Quint. XIII, 11 *ἀμφιπεριστρωφᾶσθαι*, XII, 404 — *περιστρωφῶντο δ' ὀπωπαί*. Ea et numero multa et consensione gravia in suspicionem adducunt eiusdem poetae VI, 501

— — — — *καὶ δὴ τάχα πάντες ὄλοντο*
*δυσμενέων παλάμῃσιν περιστροφέοντες ὁμίλῳ*,

cui, si reliqua intueamur, *περιστρωφῶντες* restituamus necesse videtur. Neque ullus fere dissensus est verbi *τρωπάω*, cuius composita simplici saepius deprehenduntur, velut *ἀπετρώπων*, *ἀποτρωπῶσι*, *ἀποτρωπᾶσθαι* apud Callimach. h. in Del. 69. Quint. Sm. VIII, 390. et Apollon. Arg. III, 16. Eiusdem est I, 351 *ἐπιτρωπᾶτε*, et III, 297 *μετετρωπᾶτο*, cuius plurali usus est Nonnus Dionys. X, 26 *ἄφρονες ἐγκεφάλοιο μετετρωπῶντο μενοιναί*, *ἐπιτρωπῶσι* Oppian. Hal. II, 223. V, 172, 188. Participium autem ad Homeri exemplar primae horum verborum syzygiae adstrinxit Apoll. Rh. III, 940

Digitized by Google

*λίσσεό μιν πυκινῇσι παρατροπέων ἐπέεσσιν.*
Iam *στροφάασθαι* et *τροπάασθαι* non modo non Homerica, sed ne epica quidem habenda esse intelligitur.

In aliis vel maior est licentia vel epicorum sermo a technicorum lege discessit. Verbum quidem *πωτᾶσθαι* illi ipsi eximunt et ei cum compositis pro numerorum varietate ᾰ et ᾱ concedunt. Sic rem discernit Eustath. ad Il. 1188, 32.: *ὅρα δέ, ὅτι τοῦ ἐκπωτῶνται, μεγεθύνοντος τὴν πω̄ συλλαβὴν διὰ τὸ εἶναι τῆς δευτέρας συζυγίας τῶν περισπωμένων, τὸ ἐκποτέονται συστέλλει αὐτήν, πρώτης αὐτὸ συζυγίας ὄν. τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ τρωπῶν καὶ τροπέων καὶ εἴ που ἄλλα τινὰ ὅμοια*, cfr. ad Il. 3, 5. Neque ea vocalis vicissitudine alii carent epici, ut Apollon. Argon. I, 1085 *πωτᾶτ' ἀλκυονίς* — cll. II, 227 *διηέριαι ποτέονται*. E duplici autem forma prima iterum bipartita est, quandoquidem pro numerorum commoditate *πωτᾶται* et *ποτᾶται* promiscue licet dicere Homero testante Il. 2, 315 *μητὴρ δ' ἀμφεποτᾶτο*: duabus vero ubi opus brevibus haud scio, an prima syzygia sola sit congrua: alteram autem excludamus oporteat. Illud certe suadent Homerica, ut Il. 19, 357 *ἐκποτέονται*, et Od. 24, 7 *ποτέονται* cum iis, quae supra dedi ex Apollonii Argonauticis. Neque aliam Quinti rationem esse coniecerim. Prioris autem generis sunt V, 437 *πωτᾶτ' ἔνθα καὶ ἔνθα*, a qua nonnisi vocali differunt VII, 334 *ποτᾶται*, III, 44. V, 12 *ἀμφεποτῶντο* et ib. 71 *Κύπρις ἐϋστέφανος, τὴν δ' Ἵμερος ἀμφεποτᾶτο*. Posterius idem ille sequitur VIII, 42 *ἐκποτέονται*, III, 222 *ποτέονται*, VIII, 347. IX, 133 *ποτέοντο*. Quae nobis argumento sunt a poetae usu absonum literisque ᾰ et ᾱ expulsis aliis aptandum esse I, 692 *οἵ οἱ πρόσθε ποδῶν θαμέες ποτόωντο δι' αἴθρης*.

Ei par dicit Eustath. *τροχάω* et *τρωχάω* ad Il. 12. 905, 36 hisce: *εἰ δὲ δοκεῖ ἀντιπίπτειν τὸ „ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται“, νοητέον διφορεῖσθαι κατὰ γραφὴν τὸ ποτῶ, καθάπερ καὶ τὸ τροχῶ. καὶ αὐτὸ γὰρ οὐ μόνον μεγεθύνει τὴν ἀρχήν, ἀλλὰ καὶ σμικρύνει, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ τροχάζω, ἐξ αὐτοῦ παραχθέν*. Ab eo autem ipso *τροχάει, τροχόωσα* similiaque, quibus recentiores fere abundant, sagaciter repetit Lobeck ad Phryn. 582. Simplici vero respondent composita, ut *ἐπιτροχάει ἐπιτροχάουσα, ἐπιτροχόωσα, ἐπιτροχάων*, vid. Apoll. IV, 1266, 1606. Arat. 889. Dionys. Perieg. 148. 203. 665. Quam ob rem apud Maneth.

Digitized by Google

Apot. III, 340 τροχάσῃ trito atque usitato τροχάῃ cedat necesse est, quod a Lobeckio observatum serius in notitiam venit editorum novissimorum. Sed τρωχάω, quo superiorum illorum fides augetur, Homericum est, vid. Il. 22, 163. Od. 6, 318, neque alii, etsi longe rarius conspicitur vulgari, ab eo prorsus abstinuerunt, ut testatur Quint. Sm. VII, 459 — — οἱ δ' ἀλεγενοὶ Νηὶ περιτρωχῶσι — —. Alterum pro suo more servat Nonnus Dionys. V, 448

— — — — ἃ πόσα δειλοὶ
κυκλάδας ἔνθα καὶ ἔνθα περιτροχόωσι κολώνας.

---

## EXCURSUS XX. AD IL. K, 351 sqq.

Comparatione poetae explicata ἐπὶ οὖρα dispescenda esse comprobatur.

### §. 1.

Homerus in Il. 10, v. 351 sqq. intervallum, quo Dolon ab Achivorum speculatoribus separabatur, descripsit hisce:

ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἀπέην, ὅσσον τ' ἐπὶ οὖρα πέλονται
ἡμιόνων — αἳ γάρ τε βοῶν προφερέστεραί εἰσιν
ἑλκέμεναι νειοῖο βαθείης πῆχτὸν ἄροτρον —
τῷ μὲν ἐπεδραμέτην· — — — —

Quibus simillima sunt Odysseae 8, 123., ubi, quantum mulorum sit οὖρον, tantum Clytoneum Phaeacum iuvenes cursu decertantes reliquisse traditur:

τῶν δὲ θέειν ὄχ' ἄριστος ἔην Κλυτόνηος ἀμύμων·
ὅσσον τ' ἐν νειῷ οὖρον πέλει ἡμιόνοιϊν,
τόσσον ὑπεκπροθέων λαοὺς ἴκεθ', οἳ δ' ἐλίποντο.

Ea vero, quum brevius obscuriusque dicta esse videantur, interpretum veterum non minus quam recentiorum ingenium et curam exercuerunt. Priores duplici potissimum via progressi sunt, altera Aristarchi, altera communi fere ac trita, quanquam plures in Aristarchi, utpote grammaticorum Homericorum principis, sententiam magis in-

Digitized by Google

clinant. Hi igitur duo aratra, unum idemque rus vertentia, quorum uni mulae, alteri boves fuerint iunctae, animo sibi informarunt, ac Dolonem tantum, quantum mularum alacritas boum tarditatem superet, Ulixem ac Diomedem praecurrisse statuerunt. Aristarchi autem inventum illud fuisse Porphyrius et scholiastae testantur hisce: *Ἀρίσταρχος οὕτως ἐξηγήσατο. ὅσον, φησίν, ἐξ ἑνὸς καὶ ὁμοῦ ὑπό τινος ἀφεθέντος καὶ ἀπολυθέντος ζεύγους ἡμιόνων καὶ ζεύγους ἄλλου βοῶν, φθάσωσι καὶ προλάβωσι τὰς βοῦς αἱ ἡμίονοι (ταχύτεραι γάρ εἰσι τῶν βοῶν), τοσοῦτον, φησίν, ἐάσαντες διάστημα παρελθεῖν τὸν Δόλωνα μεταστραφέντες ἐδίωξαν.* Neque ab Aristarcho dissidet vel Eustath. ad Il. 810, 60 sqq. et ad Od. 1588, 50. vel interpres Graecus ad Od. 8, 124. Putant ergo, ut aiebam, Dolonem et Clytoneum tanto intervallo, quanto mulae arantes ab eodem exordio profectae boves comites a tergo relinquant, ab iis, qui insequebantur, fuisse diremptos. Insuper Eustath. ad Il. veteres primum agros proscidisse bubus iunctis, ut quae tardiores et generosiores ex imo everterent glebas, in novali autem iam subacto mulis alacrioribus ac fortioribus usos esse animadvertit, cf. Vossium ad Virg. Georg. I, 45. et Columell. de re rust. VI, 37.

At plurimi nostra aetate hanc explicandi rationem impugnarunt, uti Heynius et Bothius ad Il. l. all. et Nitzsch. ad Od. 8, 124. Nec quidquam profecto de aratris duobus uno agro perarando occupatis legitur apud Homerum. Poeta potius, quo longius intervallum significaret, solum subiecit mulas arandi peritiores habiliores-que esse bubus tardioribus. Duo vero aratra, unum mulis, alterum bubus coniugatis productum, neque in Odyssea neque in Iliade vel verbo commemoravit. Quare quae in Iliade sunt addita, ea non ad ipsam comparationem pertinere, sed rem amplificare et exornare veri simillimum est. Persaepe enim Homerus comparationes additamentis, quae minus sunt necessaria, dilatat et quasi illuminat. Hic autem mulas et boves earumque incessum alacriorem tardioremve non contendi vel ex eo patet, quod ab Odyssea boum mentio abest. Qui tale quiddam hisce indicari putarunt, eo maxime in hunc descenderunt errorem, quod in Iliade mulas ad Dolonem, boves ad Diomedem et Ulixem referendas putabant, in Odyssea autem Clytonei velocitatem mularum, sociorum eius tarditatem

Digitized by Google

boum gressus aequiparabant. Haec respicit Eustath. 811, 14: ἔστι δὲ ὁ μὲν πρὸς ἡμιόνους εἰκασμὸς τοῦ Δόλωνος, ὁ δὲ πρὸς βόας τῶν διωκόντων ἡρώων, εὐγενέστερος ὢν οὗτος πάντως ἐκείνου. Sed a veri specie abhorrent, siquidem poeta ipse mulas bubus meliores appellat. Ergo Dolon pedum pernicitate Ulixe et Diomede superior fingeretur; illi vero sua sponte paullulum remorati eum mox assequuntur. Hinc manifestum esse crediderim poetam nihil aliud fuisse descripturum nisi intervallum, quod inter Dolonem atque Achivos eo temporis momento, quo in illum hi irruerent, fuerit interiectum. Quod si consentaneum est, boum iugum non modo non adesse, sed ne addendum quidem fuisse sequitur. Falsa igitur est interpretatio, a similitudine exorta, cuius nulla prorsus est utilitas, praesertim quum in Odyssea, ubi aptior possit videri, nullum eius vestigium cernatur.

Longius etiam a poetae simplicitate aberravit Daceria. Etenim illa de duplici mularum iugo cogitavit, et Homerica ita reddidit Gallice: „Quand il fut loin d'eux, environ l'espace que les laboureurs laissent entre deux charrues de mules, qui sont plus legères, et qui donnent mieux la seconde façon a un guéret où des boeufs ont déjà tracé leurs profonds sillons, ils se mettent à le poursuivre.“ Quomodo autem singula ceperit, nota apposita copiosius explicuit. Plerosque igitur spatium, quo mulae boves superent, perperam iudicasse hic descriptum censet: eo enim nihil definiri, quod mulae, prouti longius vel brevius progrederentur, plus minusve agri essent emensurae. Hinc Eustathii animadversione traducta eo pervenit, ut spatium certum, inter duo mularum iuga a rustico constitutum, intelligendum esse dicat. Ea vero a poetae et mente et verbis mirum quantum discrepare latebit neminem, singula accuratius intuentem et perpendentem. Affinguntur enim pro arbitrio Homericis, quorum nihil plane possis elicere.

Iam si his artificiis rem minus expediamus, ad alia nos convertamus oportet. Quam ob rem certum agri intervallum a mulis aratro iunctis subactum intelligere praestat. In ea sententia fuerunt scholl. AV., quorum sunt haecce: ἡλίκον ὅρμημα γίνεται τῶν ἡμιόνων τεμνόντων αὔλακα. οὖρα τὰ ὅρια καὶ πέρατα τῆς αὔλακος, ἣν τὸ ὁρικὸν ζεῦγος τέμνει, quibuscum concinunt

Digitized by Google

proxima: *ὅσον ἀροτριῶσα ἡμίονος ὑπὸ μίαν ὁρμὴν ὑπογράφειν δύναται, ὃ ἔστι πλέθρον.* Ei explicationi, quanquam, quantum patuerit *τὸ πλέθρον*, minus constet, plerique assensum praebuerunt, uti Heynius, Köppenius, Nitzschius, Bothius, Passovius in Lex. v. *ἐπίουρα* et *οὖρον*.

## §. 2.

At quid *οὖρον* sive *ἐπίουρα* (vulgo enim in Iliade sic fertur) significent, iam antiquiores sollicite quaesiverunt. Schol. quidem ad Odyss. 8, 124.: *οὖρον*, inquit, *λέγει τὸ μέσον τῶν ἡμιόνων ἤγουν τὸν ζυγόν. ὁ γὰρ ζυγὸς μέτρον ἔχει, καὶ οὐ προβέβηκε τὸ ἓν μέρος τοῦ ἑτέρου, ἵνα μὴ πρὸς κακὸν γένηται τοῖς ζῳοῖς.* Ea vero ratio plus incommodi quam emolumenti nobis parit: nam de iugo, quo muli secernuntur, nomen non posse sumi vel ex eo manifesto apparet, quod intervallum angustius iustoque brevius describeretur. Nec Dolon nec Clytoneus eos, qui a tergo erant, tantillum erant praetervecti. Itaque alii nomen istud vel *ὁρμήματα* vel *ὅρια* reddunt, velut Eustath. 811, 10.: *εἰσὶ δὲ οὖρα ἢ προπαροξυτόνως ἐπίουρα τὰ ὁρμήματα ὡς ἀπὸ τοῦ ὀρούειν, ἢ τὰ μεταξὺ διαστήματα ὡς ἀπὸ τοῦ οὖρος ὁ περιορισμός, κατὰ γένους μεταπλασμόν, ὁπυίου τρόπου ἐστὶ καὶ τὰ δάκτυλα καὶ τὰ ταρσὰ καὶ τὰ λύχνα καὶ τὰ πεσσά, ὡς τὸ* (Sophocl. Naupl. fr. VII.) *„καὶ πεσσὰ πεντάγραμμα καὶ κύβων βολάς“*, cf. eundem 1309, 33.: *οὖρα δὲ δίσκου οἱ παλαιοὶ τὰ ὁρμήματά φασι παρὰ τὸ ὀρούω τὸ ὁρμῶ* (corr. *ὁρμῶ*). *καὶ νῦν μὲν διαλύσας τὰς λέξεις ἔφη. μετ' ὀλίγον δὲ ὑφὲν συνθέτως ἐρεῖ δίσκουρα. τινὰ μέντοι τῶν ἀντιγράφων καὶ ἐκεῖνο δισκ' οὖρα ἔχουσιν ἐν δυσὶ μέρεσι λόγου κατὰ συναλοιφήν.* In ea nominis stirpe consentiunt scholl. ad Il. 10, 351. et 23, 431. Contrarium melius censet Etym. M. v. *οὖρος* 642, 36.: *λέγεται δὲ οὐδετέρως καὶ οὖρα τὰ ὅρια, ὡς τὸ „ὅσσον τ' ἐπίουρα πέλονται Ἡμιόνων“, — καὶ „ὅσσα δὲ δίσκου οὖρα“*, add. Hesych. I, 1009, 1373. II, 821. Suid. II, 741, et Phavor. 716, 24, cll. 1399, 9., qui ad Eustathii exemplar utriusque etymologiae memor est. Iam vero *ὁρμήματα* etsi Il. 23, 431 et 523. haud absona possint videri, tamen nec forma satis quadrat, nec mulis sulcos per agrum ducentibus convenit.

Digitized by Google

Quapropter *ὅρια*, i. e. *fines*, spatio tum mularum arantium progressu tum disci iactati volatu circumscripto magis erunt accomodati; nam certum neque infinitum loci intervallum utraque imagine comprehendi negari non poterit. Non igitur dissentiendum erit ab eorum interpretatione, qui de agri iugere sive amplitudine, mulis arandi gnaris et bubus velocioribus assignata, *οὖρα* intelligunt. Dolon enim, dum Ulixes et Diomedes subsistunt, tantum viae confecit, quanti agri sunt fines mulis ad arandum propositi et constituti. Boves autem subiectae sunt, quo manifestius pateret longius fuisse intervallum Dolonem inter et Achivos interiectum.

Quo concesso ac probato, sequentia etiam magis erunt perspicua et aperta. Dolon strepitu venientium audito, quod nimis credulus socios advenire opinabatur, restitit; ubi autem *δουρηνεκὲς ἢ καὶ ἔλασσον* insequentes abfuerunt, hostibus cognitis anhelans fugit per campum. Sed *δουρηνεκὲς* schol. brevia *δουρὸς βολήν*, *δουρὸς μῆκος* reddunt, Apollon. in Lex. Hom. 229: *ὅσον δούρου διατεῖναι*, eorumque similia praebent Hesych. I, 1027. Suid. I, 621. Etym. M. 284, 44. Zonar. I, 565. Phavor. 528, 59. Quare alterum utrum eligere licebit. At vero melius et rectius, opinor, de spatio, quod hasta manibus emissa transvolat, cogitabimus. Etenim si Dolon haud longius abfuit, quam quantum hasta porrigitur, de eo erat actum, nec fuga salutem sibi poterat sperare. Huc accedit, quod verba *ἢ καὶ ἔλασσον* ei repugnant, et Diomedes, postquam per planitiem procurrendo Dolonem paene erat assecutus, v. 327. hastam in eum vibrat, ad extremum alias poeta spatium, quo duo separantur, eodem describit modo, vid. Il. 15, 358. 21, 251. 23, 529.

Ea nobis argumento sunt *ὅσσον τ' ἐπὶ οὖρα πέλονται Ἡμιόνων* e Veneto et aliis recipienda esse. Nam praeterquam quod praestantissimi quidam auctores ei adsunt, exempla, quae commemoravimus, verba separari iubent. Ut enim illic *ὅσσον τ' ἐπὶ δουρὸς ἐρωὴ Γίγνεται* nihil aliud esse potest, nisi quantum quidem in spatium hasta iactata emittitur, ita verba hic lecta significabunt: in quantum quidem spatium mulorum fines porriguntur. Quod ut luculentius cognoscatur, tenore inclinato *ὅσσον τ' ἔπι οὖρα πέλονται Ἡμ.* dari possit: ei autem veteres intercedunt magistri, vid. annot. crit. Sed Lehrsius de Aristarchi stud. Homer. p. 111.

Digitized by Google

praepositioni nullum hic esse locum perperam negat. Nam passim ὅσσον ἔπι vel ὅσσον τ' ἐπὶ non minus quam demonstrativum τόσσον ἔπι ad mensuram accuratius determinandam vel sola ponuntur, vel praepositio verbo proximo, si illud eam notionem recipit, adiungitur. Prioris quidem generis sunt ea, quae modo nominavi, et Il. 2, 616. Od. 5, 251. 13, 114., de quo vulgo iudicant perperam, h. in Ap. 45. Parmenid. fr. V, 1., posterius crebro invenitur, velut in Il. 3, 12

τόσσον τίς τ' ἐπιλεύσσει, ὅσον τ' ἐπὶ λᾶαν ἵησιν·

add. 7, 451, 458. Hes. Op. 679. Apoll. Rh. I, 938. Quae quum ita sint, nomen ἐπίουρα, cuius nullum aliud exstat testimonium, cum grammaticis eruditioribus et perspicacioribus spernendum reiiciendumque esse statuerim.

## EXCURSUS XXI. AD IL. Λ, 754.

Interpretum Homericorum iudicia de voce ἀσπιδὴς sive σπιδὴς proponuntur et examinantur.

### §. 1.

Scribendi varietatem ab antiquissimis inde temporibus propagatam Heynius in Observat. vol. VI. p. 252 sq. studiose et scienter enucleavit. Hinc pauca erunt, quae ad eius dicta vel confirmanda vel melius diiudicanda conducant. Quod ut recte et ordine instituatur, dissensione veterum tum notata tum examinata, nostram sententiam adiiciamus. Libros autem vulgares δι' ἀσπιδέος πεδίοιο, olim omnium fere assensu probatum, exhibere nemo ignorat, vid. Tollium ad Apoll. Lex. 610. Quo monitore alii et recentissimi quique διὰ σπιδέος πεδ., grammaticis vel postulantibus vel certe non dissuadentibus, Iliadi restituendum putarunt. Aristarchum vero sic existimasse, Heynio, Passovio, Bothio adstipulatus, in annotatione critica perperam tradidi: meliora me Lehrsius de Aristarchi studiis Homeric. p. 156. docuit. Nam grammaticorum Homericorum dux et

Digitized by Google

antesignanus, lite non composita, utrumque apposuisse et explicuisse satis habuit. Quod rei congruere schol. Venetus, cuius annotatio e multis multorum animadversionibus coaluit, aperte testatur. Ab eo igitur initium capiam iis comparatis, quae Etymologicum magnum eodem ex fonte hausit. Utrumque auctorem specie magis et verbis quam re et veritate discrepare manifestius perspicietur, si singula cuiusque sibi invicem obiecta praemiserimus. Sunt autem haec:

**Schol. Ven.**

ὁ Ἀσκαλωνίτης δι' ἀσπιδέος, ἐπεὶ ἐπιφέρει· — ἀνά τ' ἔντεα καλὰ λέγοντες· — τοιοῦτό τι λέγων τοῦ πολλὰς ἔχοντος ἀσπίδας. ὁ δὲ Ἀλεξίων καὶ ἀμφότερα κρίνει, καὶ ἀσπιδέος καὶ σπιδέος· ὅ τε Ἀρίσταρχος ἐκεῖνο ἀποφαίνεται ὡς ὅτι τινὲς μὲν ἀπὸ τοῦ ᾱ ποιοῦνται τὴν διαστολήν, ἵν' ᾖ ἀσπιδέος, ὡς εἰκαστικώτερον τοῦ ποιητοῦ ἀσπιδὲς τὸ πεδίον εἰρηκότος τῷ τὰ μακρὰ τῶν πεδίων καὶ εὐρέα περιφανῆ φαίνεσθαι, μηδενὸς ἄλλου ὁρωμένου τέρματος, ἀλλὰ τοῦ ὁρίζοντος ἀέρος. ἄλλοι δὲ ἐκδέχονται ἀσπιδέος τοῦ ἔχοντος πολλὰς ἀσπίδας, καθότι ἐπιφέρει· — ἀνά τ' ἔντεα καλὰ λέγοντες· — οἱ δέ φασιν ἐκ πλήρους σπιδέος καὶ ἀποδιδόασιν πολλοῦ καὶ μακροῦ· καὶ γὰρ Αἰσχύλος πολλάκις τὴν λέξιν οὕτως ἔχουσαν τίθησιν, ὅταν λέγῃ· — σπίδιον μῆκος ὁδοῦ· — καὶ ὁ Ἀντίμαχος· — οὐδὲ σπιδόθεν προνοῆσαι· — τουτέστι μακρόθεν. καὶ ταῦτα μὲν ὁ Ἀρίσταρχος· Κράτης δὲ προκρίνει τὴν διὰ τοῦ ᾱ γραφήν. καὶ Ζηνόδοτος δὲ συναινεῖ τῇ δίχα τοῦ ᾱ γραφῇ, καί φησι σπι-

**Etym. M. p. 271, 8 sqq.**

Δι' ἀσπιδέος· Κράτης λέγει, ὅτι τινὲς μὲν ἀπὸ τοῦ ᾱ ποιοῦνται τὴν διαστολήν, ἵν' ᾖ δι' ἀσπιδέος πεδίου· ἀσπίδα τὸ πεδίον εἰρηκότες, τουτέστι ἐπιμήκους καὶ μακροῦ, ἢ πλατέος καὶ περιφεροῦς· ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς ἀσπίδος, διὰ τὸ τὰ μακρὰ τῶν πεδίων καὶ εὐρέα περιφερῆ φαίνεσθαι, μηδενὸς ἄλλου ὁρωμένου τέρματος, ἀλλὰ τοῦ ὁρίζοντος ἀέρος. ἄλλοι δὲ ἐκδέχονται οἱονεὶ τοῦ ἔχοντος πολλὰς ἀσπίδας ἐκ τῶν νεκρῶν, καθότι ἐπιφέρει· — ἀνὰ τ' ἔντεα καλὰ λέγων —. ἐν ᾧ τῶν ἀνῃρημένων αἱ ἀσπίδες ἔκειντο. οἱ δέ φασι σπιδέος, πολλοῦ καὶ μακροῦ, καὶ γὰρ Αἰσχύλος πολλάκις οὕτως ἔχειν τὴν λέξιν τίθεται· οἷον — σπίδιον μῆκος ὁδοῦ — καὶ Ἀντίμαχος — οὐδὲ σπιδόθεν προνοῆσαι — ἀντὶ τοῦ μακρόθεν, καὶ ταῦτα μὲν Ἀρίσταρχος·

Digitized by Google

δέος τοῦ ἀπόρου τοῦ τραχέος καὶ μεγάλου. Ἀμερίας δὲ λέγει σπιδέος, τοῦ πολλοῦ καὶ εὐρέος καὶ μεγάλου. κἀγὼ δὲ συγκατατίθεμαι τοῖς ἀνδράσιν· ὁρῶ γὰρ πολλὴν τὴν τοιαύτην χρῆσιν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις. ἡ διπλῆ πρὸς τὸ σημαινόμενον τὸ ἀπὸ τῆς λέξεως.

Κράτης δὲ προκρίνει τὴν δίχα τοῦ ᾱ γραφὴν καὶ Ζηνόδοτος. καί φησι σπιδέος τουτέστιν ἀσπόρου καὶ τραχέος καὶ μεγάλου. κἀγὼ συγκατατίθεμαι τοῖς ἀνδράσιν· ὁρῶ γὰρ πολλὴν τὴν χρῆσιν παρὰ ἀρχαίοις.

Iam utriusque comparatio menda latentia et deteget et absterget. Primum autem in Etymol. v. 9 ἀσπίδα τὸ πεδίον εἰρηκότες e schol. rescribes: τοῦ ποιητοῦ ἀσπιδέα τ. π. εἰρηκότος, deinde in eodem Cratetis nomen ab exordio falso afferri liquet. Nam quae Crateti tribuuntur, ea ad Aristarchum referenda esse tum Etymol. paullo infra tum schol. ostendunt. Iccirco priora Etymologici, resectis iis, quae de Ptolemaeo Ascalonio et Alexione memoriae sunt prodita, mutila et imperfecta ad nos pervenisse magna est suspicio. Porro Cratetem una cum Zenodoto δίχα τοῦ ᾱ σπιδέος commendasse haud inepte nobis colligere videmur. Neque enim Etymologicum solum id verum habet, sed scholia etiam leviter mutata concinent, Zenodoto ad Cratetem adiuncto; Wolfius igitur in prolegom. p. 280. de Cratete, scholiasta duce, falsa narrat. Alia quaedam vel in scholiis vel in Etymologico magno peccata sine ullo negotio corrigendi potestas erit facta. Ita quum πεδίον ἀσπιδὲς campus immensus et apertus nullisque aliis finibus nisi coeli orbibus inclusus esse dicatur, ἀπόρου i. e. infiniti, nisi mavis ἀπεράτου, e scholiis Etymologico reddatur oportebit. Postremo in Etymologico v. 16. cum Homero et schol.: ἀνά τ' ἔντεα καλὰ λέγοντες et ib. v. 19 πολλάκις οὕτως ἔχουσαν τὴν λ. Αἰσχύλος τίθεται cum eodem erit scribendum. Horum nonnulla bene emendarunt Heynius et Barkerus in annot. ad Etym. magn. p. 819, alia ab iis vel neglecta vel secus administrata supplevi et emaculavi. Iam rationibus subductis haec rerum erit summa: Ptolemaeus δι' ἀσπιδέος scripsit; Alexio et Aristarchus, utroque commemorato, neutrum anteferendum duxerunt; Crates denique, Zenodotus, Amerias et Herodianus, de quo schol. Ven. nos certiores facit, διὰ σπιδέος πεδ., alio-

rum poetarum usu et exemplis impulsi, praestare censuerunt. Grammatici alii nonnisi maxime insignia et gravissima ex priorum disputationibus in sua transtulerunt horrea, veluti Eustath. ad Il. 882, 53., cll. 996, 21. Is nihil novi suppeditat, praeterquam quod σπιδὲς a σπίζω ortum esse perhibet hisce: σπίζω γὰρ τὸ ἐκτείνω, ἀφ' οὗ σπιδὴς μὲν ὁ ἐπιμήκης, ἀσπὶς δὲ ἡ μὴ πρὸς μῆκος ἐκτεταμένη, ἀλλ' ἐς κύκλον συντεταγμένη, add. Phavor. 299, 14 sqq., ex Eustathio perpurgandum. Neque ita multum distat ab illis Hesych. I, 578.: Ἀσπιδὲς πεδίον· περιφερὲς ἢ ἀσπίδας ἔχον, ubi prava quorundam coniectura: ἀσπίδος ἔχον κύκλον vel σχῆμα eo minus egemus, quo apertius alii plures comprobant nihil ad integritatem deesse. Accedit insuper, quod emendando quaesitum in verbo περιφερὲς inest. Recte me ita sentire idem lexicographus testificatur I, 968.: Δι' ἀσπιδέος πεδίοιο, ἤτοι τοῦ μεγάλου ἢ τοῦ περιφεροῦς, παραπλησίως ἀσπίδι, ἢ ἐν ᾗ πολλαὶ μαχομένων ἀσπίδες κατέπεσον· λέγειν * κτείνοντες. Ultimis scripturae compendio depravatis Homericum versum Il. 11, 755. latere viri docti dudum animadverterunt.

Sed e duplici lectione ἀσπιδέος et σπιδέος πεδ. triplicem veteres eruisse interpretationem ea, quae produximus, indicant. Nam qui in illo substiterunt campum aut in clypei modum curvum et infinitum, aut hostium caesorum fugientiumque scutis quasi obrutum intellexerunt. Quibus autem διὰ σπιδέος πεδ. aptius magisque idoneum est visum, ii, Aeschyli, Antimachi aliorumque usu freti, campum magnum et immensum eo nomine appellatum voluerunt. Illi verbi originem a nomine ἀσπὶς duxerunt, hi σπίζω, i. e. *protendo*, unde etiam σπιθαμὴ succrescat, adiectivi eius stirpem putarunt, ex eaque ἀσπίς, litera privativa praefixa, ortum invenisse addiderunt. Haec autem, ut spero, recte et convenienter a me explicata perturbat et confundit Etymol. Gud. 84, 24., ubi haec habes: Ἀσπὶς τὸ ὅπλον. σπῶ ἐστι ῥῆμα, οὗ τὸ παράγωγον σπίζω, ἀφ' οὗ σπίδος ὁ μικρός. καὶ σπίδος τὸ ὑδέτερον, ἀπὸ δοτικῆς. ἀσπίδες οὖν εἴρηνται δι' ἀσπίδος τοῦ μικροῦ πεδίου. ἀπὸ οὖν τὸ σπῶ σπίζω, σπὶς ῥηματικὸν ὄνομα, καὶ μετὰ τῆς ἀ στερήσεως ἀσπίς, ἀλλὰ περιφερὴς καὶ οὐ μακρός· ἐπὶ δὲ ἑρπετοῦ δύναται κατ' ἐπίτασιν τοῦ ᾰ. οὕτω Φιλόξενος.

Digitized by Google

Quare si illum sequutus fueris ducem, quartam adiectivi σπιδὸς explicationem habebimus: campus enim parvus erit et exiguus. Id quum aliorum testimoniis non minus quam rei naturae contradicat, plura vitia hic esse immixta facile divinabimus. Quare priora sanitati pristinae ita fere restituerim: *ἀφ' οὗ σπίδιος ὁ μακρός· καὶ σπιδὲς τὸ οὐδέτερον*, postea grammaticum ad Homeri versum respicere incertum esse nequit, unde legatur oportebit: *ἀσπιδὲς οὖν εἴρηται δι' ἀσπιδέος πεδίοιο τοῦ μακροῦ*. Denique pauca quaedam post nomen *ἀσπίς* inserenda excidisse tum Etym. M. 157, 13. tum Orion. 29, 15. nobis persuadent. Iis enim inspectis haec ita fere instituenda esse videbis: *ἀσπίς, ἥτις τοῦ μακρὰν εἶναι ἀπήλλακται, ἀλλὰ περιφ. καὶ οὐ μακρά.* Idem autem mendum in alia lexica fuisse transfusum e Larcheri annot. ad Etymol. Orionis discimus. Quicquid autem de lexico lacunarum et mendarum pleno statuere libuerit, eius auctoritatem melioribus et integrioribus longe posthabendum esse certe obtinebimus.

## §. 2.

Conquisitis iis, quae e communi librorum bonorum naufragio tanquam tabulas quasdam ad nostram memoriam aetas transmisit, recentiorum iudicia summatim et breviter percurramus. Patrum memoria omnes propemodum Iliados Homericae et interpretes et editores *δι' ἀσπιδέος πεδίοιο* melius aptiusque existimasse iam diximus. Id ipsum autem non uno reddiderunt modo: nam interpretationem communem ac notam „per campum clypeis stratum", quam Vossius tuetur, Dammius in Lex. Hom. et Stephanus in Thesaur. ling Gr. vol. I. 2368. a. impugnarunt, campum amplum et immensum intelligendum esse cum aliis rati. Tollius autem, Etymologici potissimum doctrina motus, totum illud verbum in disceptationem vocavit. Ad illud quum schol. Venet. testimonium accessisset, Schneiderus in Lexic. v. *σπιδής*, Wolfius Heyniusque, quanquam Latina eius versio cum vulgaribus facit, trisyllabum postliminio reduxerunt. Neque ab iis recessit Bothius, nugis quidem grammaticorum fastidiosius spretis, sed, Schneidero praeeunte, ab Eustathii ineptiis, si quae sunt, haud alienus. Alii denique, velut Schellenbergius ad Antimachi fragm. p. 108 sq. et Passovius

in Lex. v. *σπιδής*, specie magis ac forma quam re et facto *ἀσπιδής* et *σπιδής* differre censuerunt. Ac nemo profecto, cui Homerica et epica *στεροπή* et *ἀστεροπή*, *βληχρὸς* et *ἀβληχρὸς* iisque affinia succurrunt, eam opinionem prorsus inanem ac vanam habebit. Nihilominus assensum cohibendum iudicaverim. Nam adiectivo *ἀσπιδής*, quod nomen *ἀσπὶς* proxima attingit cognatione, ancipiti et obscuro minus fidei statuendum erit quam bisyllabo *σπιδής*. Eo primum ambiguitas, quae alterum premit, evanescit, tum Antimachi *σπιδόθεν* et Aeschyli *σπίδιον*, de quo adi Wellaueri Lexic. Aeschyleum, eam certe habebunt vim, ut illos bisyllabum apud Homerum et legisse et praeposuisse colligamus. Antimachus autem quum ipse artem criticam factitaverit, eum arbitris illis, qui *διὰ σπιδέος πεδίοιο* receperunt, licebit annumerare. Ex quibus conficitur doctissimum quemque veterum id, quod nobis melius est visum, aut suo iudicio comprobasse aut non refugisse. Unus enim Ptolemaeus quatrisyllabum solum tuitus est. Verum de origine nominis obsoleti ac perrari nihil certi ac fixi me posse dirimere ingenue profiteor.

---

# EXCURSUS XXII. AD IL. *M*, 318.

**Adiectivis a nomine *κλέος* ductis vocalem mobilem esse demonstratur.**

---

## §. 1.

Editiones priores ac quotidianae in Il. 12, 318 *οὐ μὰν ἀχλειεῖς* diphthongis duabus scriptum efferunt, Heynius, Wolfius et recentissimi quique *ἀχληεῖς*, utpote Aristarcho lectum, in ordinem receperunt. Tametsi id, scholiis comparatis, propter Villoisonii et Bekkeri dissensum dubium atque incertum videri possit, longam tamen vocalem Aristarcho ereptam nolim. Bekkerus igitur exhibet: *ἀχλειεῖς· οὕτως· ἀχλεες δὲ*

Digitized by Google

Ἀρίσταρχος κατὰ συγκοπὴν ὡς δυσκλέα, et οὕτως ἀκλεες αἱ Ἀριστάρχου καὶ αἱ χαριέστεραι. Villoisonius ultimo solo enotato pro ἀκλεες offert ἀκληεις. Quo sponsore Heynius et Bekkerus ipse in censura Homeri a Wolfio editi p. 148 ἀκληεῖς ab Aristarcho profectum esse existimarunt. Sin autem Bekkeri editioni soli fides est, Aristarchum ἀκλῆες praetulisse suspicari possis. Id quanquam haud ineptum sit habendum, (coniectura enim Bekkerus l. cll. p. all. p. 149. Thierschio in gr. Gr. §. 193. 39. consentiente, in idem incidit), tamen Eustath. ad Il. 907, 51. Villoisonii ἀκληεῖς dubitatione eximit hisce: οὐ μόνον δὲ διὰ διφθόγγου παρὰ παλαιοῖς ἡ παραλήγουσα τοῦ ἀκλειεῖς πλεοναζμῷ τοῦ ῑ, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ ῆ κατὰ τροπὴν τοῦ ε̃ τοῦ ἐν τῷ ἀκλεεῖς, ὡς πολλὰ τῶν ἀκριβῶν ἀντιγράφων ἔχει· γέγονε δὲ ἡ τοιαύτη τροπὴ καὶ ἐν τῷ κλητίζω, ἀφ' οὗ κατὰ συναίρεσιν παρὰ τῷ κωμικῷ τὸ κλῆσον ἀντὶ τοῦ κλέϊσον. Haec fere sunt testimonia, quibus ἀκληεῖς nititur: vulgare autem ἀκλειεῖς ex exemplaribus communibus ad lexicographos delatum est, unde Phavor. 92, 57 ἀκλειεῖς· οἱ ἄδοξοι, quod Hesychio I, 193 ἀκλεεῖς scribenti restituerim. Sed ut formam horum nominum integram commode ac plene intueamur, ad nomina propria, ex alia quadam voce et κλέος conflata, respiciamus oportet. Illa tenoris inversione admissa genitivum in εέος desinentem, quem et in syllabam εῖος et in ῆος producere licebat, altera terminatione adstringunt. Ex quo genere haec sunt apud Homerum: Ἀγαχλῆος Il. 16, 571. Βαθυκλῆα 16, 594. Διοκλῆος 5, 542, 548. Od. 3, 488. 15, 186. Διοκλῆα Il. 5, 547. Ἐπικλῆα 12, 379. Ἐχεκλῆος 16, 189. Ἡρακλῆος 14, 266. 18, 117. Ἡρακλῆϊ Od. 8, 224. Ἡρακλῆα Il. 14, 324. Od. 11, 267. 21, 26. Πατροκλῆος Od. 11, 468. 24, 16. Πατροκλῆα Il 11, 602. 16, 125, 818. 22, 331. Nominativum, qui epicis posterioribus trisyllabus esse solet (vid. Hesiod. Theog 318. Apoll Rh. I, 349, 864, 993. Quint. Sm. IV, 448. VI, 230 Ἡρακλέης), Homerus paene ignorat: adest tamen semel in Odyssea forma quattuor syllabis comprehensa et diphthongi ope in paenultima producta 15, 244 αὐτὰρ Ὀϊκλείης λαοσσόον Ἀμφιάραον. Adiectiva inde prognata longam nominativi vocalem retinent, uti Ἐτεοκληείης, Ἰφικληείην Il. 4, 386. Od. 11, 290, 296. Ἡρακληείην Il. 5, 638.



Digitized by Google

19, 98. Od. 11, 601. Priora pro rei natura numero plurali carent: is vero quum aliis eiusdem originis adiectivis sit congruus, plures affert vicissitudines. Illa enim ut ἀγαχλείης, ἀχλείης, δυσχλείης, εὐχλείης, μεγαχλείης in ipso singulari maiore fruuntur licentia. Ut in nomine proprio casum rectum ī inserto Homerus produxit, ita praeter morem usitatum, vid. Theocr. Id. XVI, 31., eandem vocalem Apollonius adscivit Argon. III. 932 ἀχλειὴς ὅδε μάντις. Genitivum ad prōpriorum normam effingit Homerus, cf. Il. 16, 738 ἀγαχλῆος Πριάμοιο, 23, 529 ἀγαχλῆος Μενελάου. Accusativus autem, qui e dialecto communi et Attica ἀχλεᾶ, δυσχλεᾶ erat efferendus, apud poetas epicos pro forma plena δυσχλεέα, vocali una extrita, abit in ἀχλέα, δυσχλέα, unde Nicand. Al. 114 ἀχλέα πότμων, Quint. Sm. III, 363 ἀχλέα φύζαν, Sophocl. OT. 161 θρόνον εὐχλέα θάσσει, cf. Goettling. ad Theodos. p. 240. et libellum meum de pros. Gr. §. 20. 2. d. ell. 1. c. Longae vocalis aut diphthongi nullum exemplum nisi Pindaricum scio Nem. VI, 30 οὖρον Εὐχλεῖα, pro quo Hermannus de dialect. Pind. p. 17. εὐχλῆα substitutum voluit.

Horum pluralis, qui e regula triplicem sibi postulat vocalem ἀχλεέες, εὐχλεέες, posterioribus duabus colliquescentibus, ἀχλεεῖς, εὐχλεεῖς sonabit, quarto casu cum primo congruente ἀχλεέας, εὐχλεέας, ἀχλεεῖς, εὐχλεεῖς. Quae quidem formae quum numeris dactylicis parum respondeant, eas epici vario modo ad rhythmicum versus heroici incessum aptarunt et quasi accommodarunt. Nunc enim una vocali resecta integram retinent vocem, ut Callimach. in Del. 295

εὔμοιροι δ' ἐγένοντο καὶ ἀχλέες οὔποτ' ἐκεῖνοι, —

nunc ultima syllaba contracta vocalem mediam aut ī addito firmarunt, aut in η commutarunt. Indicio est Homericum Il. 12, 818 οὐ μὰν εὐχληεῖς Λυκίην κάτα κοιρανέουσιν, cuius ad similitudinem Apoll. Arg I, 864 οὐ μὰν εὐχλειεῖς γε σὺν ὑθνείῃσι γυναιξὶν dedisse videtur Priore autem in fraudem inducti grammatici in Il. 7, 100 ἀχλέες, i. e. ἀχλειεῖς sive ἀχληεῖς, defendendum putarunt, ubi ἀχλεὲς adverbii loco positum magis quadrat, vid. annot. crit. Denique accusativum, ut nota certa et luculenta a nominativo distingueretur, ita effingere maluerunt, ut syllaba brevi finali relicta, unam vocalem rescinderent, alteram

Digitized by Google

*ī* assumpto corroborarent. Proinde *εὐκλεῖας* passim conspicitur, vid. Il. 10, 281. Od. 21, 331., cui adverbia concinunt, uti *εὐκλειῶς* Il. 22, 110. Quint. Sm. X, 43. XII, 301, *ἀκλειῶς* Il. 22, 304. Od. 1, 241. 14, 371. Apoll. Rh. II, 893. De accusativo illo, qui nulli esse potest offensioni, disserui ad Il 10, 281. et tenore emendato bene recteque praecipit Etym. M. 392, 20. hisce: *Εὐκλεῖας· δὸς δὲ πάλιν ἐπὶ νῆας ἐϋκλεῖας ἀφικέσθαι Ἰλιάδος κ', ἀντὶ τοῦ εἰς τούπίσω εὐκλεῖας ἀφικέσθαι, ἀντὶ τοῦ εὐκλεεῖς καὶ ἐνδόξους ἡμᾶς ὑποστρέψαι. ὁ εὐκλεής· καὶ ἡ αἰτιατικὴ τῶν πληθυντικῶν τοὺς εὐκλεέας· καὶ κατὰ συναίρεσιν εὐκλεῖας· ἢ ἀπὸ τοῦ εὐκλέας, ἐπενθέσει τοῦ ī.* Hinc medicina petenda est Phavorino 788, 57: *Εὐκλεῖας· τοὺς εὐκλεῖας* (vulgo *τῆς εὐκλείας* male fertur) *λέγει συναιρεθέν, διὰ τὸ συνεστάλθαι τὴν λήγουσαν.* Quum autem nominativo *ἀκλεῖες* sive *ἀκλῆες* aut nulla aut exigua sit fides, et Apollonii *εὐκλειεῖς* nonnisi ex altero *ἀκλειεῖς* sive *ἀκληεῖς* originem possit trahere, *ἀκληεῖς*, Aristarchi et Eustathii suffragiis comprobatum, relinquendum esse poetae iudicaverim.

## §. 2.

Iam hic finem disputandi facere possem, nisi Grashoffius in diar. scholast. a. 1832. p. 974 sqq. Buttmanni quadam regula abusus de nominum illorum formatione vocalique eorum propria longe alia proposuisset. Etenim Buttmannus in gr. ampl. §. 107. ann. 33. a. de verborum modis, in quibus *ει* et *η* fluctuare scimus, hanc fere legem rogavit: „Ionica vocalium diaeresis, epicis etiam nota, pro metri commoditate apud eos duplex esse solet. Nam *ε* instante *η* fit, *ω* vero assumpto *ει* scribitur.“ Hoc auxilio et norma Buttmannus eam litem, de qua in excursu primo ad Il. 2, 34. diximus, dirimendam censet. Grashoffius vero illud Buttmanni praeceptum, quod ne verbis quidem ubique aptum est, ad nomina transferendum putavit. Eam ob rem Wolfium in Il 5, 525 *ζαχρηῶν ἀνέμων* pro vulgari *ζαχρειῶν ἀν.* temere invexisse conqueritur, ut enim *ἀκληεῖς* et *ἀκλειῶς εὐκλειῶς* variant, ita *ζαχρηεῖς* et *ζαχρειῶν* differre statuit. Equidem ubi primum Wolfii et meam egero causam, regulam propositam falsissimam esse breviter ostendam.



Digitized by Google

Grasshoffius ad Wolfii sententiam refellendam veterum utitur testimoniis, quorum plurima *ζαχρειῶν ἀνέμων* defendant, velut Etym. M. 389, 34. 408, 29 — 36. Gud. 229, 4. Orion. 67, 1. Hesych. I, 1579. not. 6. et 8. Verum id esse non negamus, sed ratio, cur ita senserint veteres, haud erat dissimulanda. Illorum autem nemo *ω̄* subiecto *εῑ*, *ε̄* vero addito *η̄* eligendum esse edixit. Longe alio consilio II, 12, 347, 360. 13, 684. Apoll. Rh. III, 321. IV, 835 *ζαχρηεῖς* et ib. I, 1159 *ζαχρηέσιν αὔραις*, at in II, 5, 525 *ζαχρειῶν ἀνέμων* dederunt. Ut brevitati consulerem, *εῑ* hoc uno loco ideo, quod aliam nominis stirpem fuisse statuerent plurimi, retentam esse in annotatione critica admonui. Nec praeter rem me ita iudicasse Etymol. M. 408, 29 sqq, ostendit hisce: *Ζαχρειής· ζαχρειὲς ἔστι κυρίως τὸ βιαίως ταῖς χερσὶ πραττόμενον· παρὰ γὰρ τὰς χεῖρας πεποίηται· ἡ λέξις· ζαχερής· καὶ ὑπερθέσει ζαχρεὶς καὶ ζαχρειής. ἢ ὡς λέγει Ὧρος, ἔστι ῥῆμα χρῶ τὸ πλησιάζω, παρὰ τὸν χρῶτα· παράγωγον χραύω ὡς ψαύω· ὄνομα ῥηματικὸν χρής· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ῑ σημαίνει τὸν ἄγαν χρειώδη, ἢ τὸν σφοδρόν· καὶ ζαχρειῶν ἀνέμων, ἰσχυρῶν, εὐχρήστων, ἐξαπιναίων ἢ μεγάλως πνεόντων*, cf. Phavor. 824, 12 sqq. Haec et similia si in unum contuleris, eos, qui *ζαχρειῶν ἀνέμων* satius habuerint, ventos valde utiles (*ἄγαν χρειώδεις*) vel violentos, utpote a nomine *χείρ* appellatas, intellexisse apparet, idque prudenter assequutus est Passov. in Lex. v. *ζαχρηής*. Theocriti autem Id. XXV, 6 *εἴ κεν ὁδοῦ ζαχρεῖον ἀνήνηται τις ὁδίτην* et forma et origine ab Homerico adiectivo discrepat. Iam si Homerus et Apollonius tum propugnatores animosos, tum ventos rapidos *ζαχρηεῖς* bene et recte dixerint, *ζαχρηῶν ἀνέμων* magis consentaneum videri sequitur. Neque Eustathii sententiam simpliciter et candide exposuit nobis Grashoffius, quandoquidem ille ad Il. 579, 10: *ὥσπερ δὲ ζάλη*, inquit, *ἡ μεγάλη ἄελλα, οὕτω καὶ ζαχρηεῖς ἄνεμοι οἱ ἄγαν χρειώδεις· πάντες γὰρ ἡμῖν χρήσιμοι. καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ γράφεται ἡ παραλήγουσα διὰ διφθόγγου, ἔχουσα ἢ τὸ ε̄ καὶ ῑ ἢ τὸ η̄ μετὰ τοῦ ῑ. ἐὰν δέ γε διὰ μόνου τοῦ η̄ γράφεται, λέγοι ἄν ζαχρηεῖς τοὺς ἄγαν βαρεῖς, ὡς τὸ* (Od. 2, 50) „*μητέρι μοι μνηστῆρες ἐπέχραον*“· *καὶ παρὰ Ἡροδότῳ* (VI, 75) „*ἐνέχραεν εἰς τὸ πρόσωπον τὸ σκῆπτρον*“. *ὅθεν καὶ ζαχρηεῖς ἴσως ἄνεμοι οἱ ἄγαν ἐπιπίπτοντες, οἷ*

καὶ δύνανται μάλιστα σκεδάσαι νέφη, ὧν καὶ αἱ πνοαὶ λιγυραὶ διὰ τὸ μετὰ ψόφου ποιοῦ τινος πνέειν· οὐ πρὸς ὁμοιότητα καὶ μάστιξ λιγυρὰ ἡ ἐν ἀέρι ψοφοῦσα. οὐ μόνον δὲ ἀνέμων ἐπίθετον τὸ ζαχρηές, ἀλλ' ἐν τοῖς ἑξῆς καὶ ἐπὶ στρατιωτῶν ἡ λέξις εὑρεθήσεται. Ex his igitur sole clarius patet Eustathium primum, ζαχρειῶν cur scribendum sit, aperte indicasse, deinde eum ζαχρηῶν et illi et tertio ζαχρηῶν paene praeferendum existimasse. Quare eius auctoritate idonea et gravi vocalis η a suspicione liberatur. Nominativus ζαχρειὴς an ζαχρηὴς fuerit, iudicatu difficile est. Forma autem ζαχρεὴς, quoniam adiectivo poetarum Ionicorum proprio nominativus vulgaris deest, a grammaticis ut sexcenta alia eius generis excogitata esse videtur. Iure igitur meritoque eam lexicographi nostri, ea de causa a Grashoffio negligentiae damnati, repudiarunt.

At insequens ω vocali longae obstat. Illud autem, quominus η sanum et integrum habeamus, nullum nobis obiicit impedimentum. Enimvero si Grashoffius recte praescripsit, ζαχρειῶν et ζαχρηεῖς necessaria sunt. Vocalem autem, sive ω sive ε inferatur, mobilem fuisse Apollonii ἀχλειὴς et εὐχλειεῖς et Nicandri Ther. 290 ζαχρειὲς θλιφθεῖσα κατομφάλιος τετάνυσται manifesto produnt. Porro totum illud nominum agmen, de quorum vocali supra quaesivimus, legem modo latam abrogandam esse satis comprobat. Vidimus enim, metro varias literarum vicissitudines exigente, nominum genitivum singularis una cum aliis flexionibus in ηος desinentem, adiectivorum autem pluralem ηεῖς, ειεῖς et εῖας adsciscentem. Iam quod universa aliqua et nominum et adiectivorum species coarguit, id singulis exemplis refutare vix erit opus. Sed ut aedificium parum firmum et validum fundamento inutili impositum esse appareat, Homerum testem excitemus, qui in Od. 13, 99 αἴτ' ἀνέμων σκεπόωσι δυσαήων μέγα κῦμα nobis suppeditat. Cuius quum singularis sit δυσαέος, cf. Il. 5, 865. 23, 200. Od. 12, 289., pluralem, ut regulae propositae concineret, δυσαείων fuisse efferendum consequens erat. At nemo unquam vel illud vel Ἡτροκλεῖος, Ἡρακλεῖος ac similia germana et Homerica habebit. Denique mira sane et nova sunt quae de nomine Ἠώς Grashoffius p. 975. hisce fere tradidit: „ne quis mihi obiiciat Ἠώς ab ἄω, ἄημι, medio quodam Ἔως

nos carere, Atticum vero ξως demum ex Ionico ἠώς, aut certe Ionicum non ex Attico originem traxisse monendum erat.“ Non igitur legit horum auctor compositum eius, quod multo post demum subortum putat in Il. 23, 226

ἦμος δ' Ἑωσφόρος εἶσι φόως ἐρέων ἐπὶ γαῖαν—,

quae bene explicat Eustath. 1207, 3 ὅτι ἑωσφόρος εἰπὼν ἑρμηνεύει αὐτὸν ἐτυμολογικῶς διὰ τοῦ φόως ἐρέων, ὡς ταὐτὸν ὂν ξω φέρειν καὶ φῶς ἐρεῖν ἤτοι ἀγγεῖλαι. Quod reliquum est, totam illam Grashoffii conclusionem iacere nemo negabit.

Digitized by Google

# Bücheranzeigen.

---

Illgenii opuscula varia philologica. 2 Theile. gr. 8. 1 thlr. 12 gr.

Kulenkamp, B. I. E., Versuch eines ästhetischen Commentars zur allgemeinen deutschen Real-Encyclopädie (Conversations-Lexikon), oder systematisch geordnete Anleitung für Dilettanten, in Beziehung auf die Lichtseiten und Eigenthümlichkeiten einer jeden Wissenschaft und Kunst, zur Erweckung eines höheren und allgemeinen Interesses für die verschiedenen Zweige des menschlichen Wissens; mit Hinweisung auf die einschlagenden Artikel. gr. 8. Erste Abtheilung: Wissenschaft. Velinpap. 1 thlr. 8 gr. Postp. 1 thlr. Druckp. 16 gr. — Zweite Abth.: Kunst. Velinp. 20 gr. Postp. 16 gr. Druckp. 14 gr.

Auch unter dem Titel:

Versuch einer systematischen Anleitung für Dilettanten zum lehrreichen und würdigen Gebrauche des Conversations-Lexikons; mit Hinweisungen auf die einschlagenden Artikel, von B. I. E. Kulenkamp

Kunst die äusserlichen und chirurgischen Krankheiten der Menschen zu heilen, nach den neuesten Verbesserungen in der Wundarzneiwissenschaft. Von einem Verein praktischer Aerzte und Wundärzte bearbeitet nach Hecker's Plan. gr. 8. 11 Bde. Mit Kpfn. 20 thr. 2 gr. 1r Bd. 1 thlr. 12 gr. 2r 1 thlr. 8 gr. 3r mit Kpfrn. 2 thlr. 4r mit Kpfrn. 1 thlr. 16 gr. 5r 1 thlr. 12. gr. 6r mit Kpfrn. 2 thlr. 12 gr. 7r 2 thlr. 8r mit 1 Kpfr. 1 thlr. 9r 2 thlr. 16 gr. 10r 1 thlr. 6 gr. 11r 1 thlr, 16 gr.

Millenet, J. H., Professor am Gymnasium zu Gotha, Neue französische Chrestomathie für Gymnasien und andere höhere Lehr-Anstalten. gr. 8. 1 thlr.

Pallast, der, des Scaurus, oder Beschreibung eines römischen Stadthauses. — Bruchstücke einer Reise nach Rom gegen das Ende der Republik, von Merovir, einem Suevischen Königssohne. Aus dem Franz.

Digitized by Google

übersetzt und mit Anmerkungen begleitet von Karl und Ernst Wüstemann. gr. 8. 1 thlr. 12 gr.

Pfitzner, E. G., Anleitung zu einem ausführlichen und gründlichen Unterricht in der christlichen Religion. Nach den 6 Hauptstücken des Luther'schen Catechismus; für Jugendlehrer und Religionsfreunde. gr. 8. 12 gr.

Reinhold, Ernst, Hofrath und Ord. Prof. d. Phil. in Jena, Handbuch d. allgemeinen Geschichte der Philosophie für alle wissenschaftlich Gebildete. gr. 8. 2 Bde. 8 thlr. (I. Theil. 2 thlr. 12 gr. II. Theil 5 thlr. 12 gr.)

Dessen Theorie des menschlichen Erkenntnissvermögens und Metaphysik. Erster Band: Theorie des menschlichen Erkenntnissvermögens. gr. 8. 2 thlr. 8 gr.

Desselben Werkes 2ter Band. Darstellung der Metaphysik. gr. 8. 2 thlr. 8 gr.

Rost, Dr. V. Chr. Fr., Griechisch-deutsches Schulwörterbuch mit durchgängiger Bezeichnung der Quantität zweifelhafter Silben. 3te durchaus vermehrte und veränderte Aufl 2 Thle. gr. 8. 3 thlr. 12 gr.

Dessen Elementarwörterbuch der Griechischen Sprache hauptsächlich zum Behuf des Auswendiglernens und zur Beförderung eines leicht fasslichen Ueberblicks der griechischen Wortfamilien in etymologischer Folge. gr. 8. 1 thlr. 8 gr.

Gotha.

Hennings'sche Buchhandlung.

# ΟΜΗΡΟΥ

# ΙΛΙΑΔΟΣ ΡΑΥ. Ν—Σ.

Digitized by Google

# ΙΛΙΑΔΟΣ Ν.

Troianis in navem irrumpentibus Ioveque oculos avertente, Neptunus acclsis Achaeorum rebus subsidio venit v. 1 — 43. Is, humana indutus specie, primum Aiacem utrumque, deinde alios duces ad bellum strenue reparandum adhortatur v. 44 — 125. Hector ab acie Argivorum confecta retardatus Troas increpat, et magna utrimque caede pugna fit v. 126 — 205. Idomeneus cum Merione amico parti Achaeorum sinistrae laboranti subvenit v. 206 — 329. Inde oritur proelium atrocissimum, quo Idomenei, a Neptuno adiuti, virtus praecipue eminet: caedit enim deinceps Othryoneum, Asium, Alcathoum, Oenomaum. Nec minore ardore Meriones, Antilochus, Menelaus Troas invadentes vel prohibent vel reiiciunt. E quibus plures interficiuntur, Deiphobus et Helenus vulnerati in urbem se recipiunt, Aeneas et Paris soli fere incolumes supersunt v. 330 — 672. Hector ab Aiacibus et aliis Achaeorum principibus paene repressus, Polydamante suadente, catervas Troum ocius collectas ad Ilium arcessit, ipse vero in alterum cornu transgressus, Parin aliosque secum adducit et cuneo facto in Achivos denuo prorumpit. Qui ab Aiace excitati neque Hectoris minis neque hostium multitudine terrentur, magnoque clamore sublato ab utroque exercitu fortissime dimicatur v. 674 — 837.

Digitized by Google

## Μάχη ἐπὶ ταῖς ναυσίν.

Ζεὺς δ' ἐπεὶ οὖν Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα νηυσὶ πέλασσεν,

V. 2. περὶ τῇσι Z. et Aristoph. πρὸς τῇσι V. L. ap. schol. Vict. — Ib. ὀχέμεν Z. — V. 4. καθ' ὅρωμ. V. — V. 5. Ἀγαιῶν ἱππημολγ. all. Ἱππομολγῶν Apoll. in Lex. 367. — V. 6. Γαλακτο-

V. 1. Grammatici, quod Hector, omnium Troianorum fortissimus ac praestantissimus, a tota gente quasi separatur, eum versum saepius attulerunt, vid. Apollon. de synt. II, 2, 98. Etym. M. 356, 15. 638, 4. et Herodian. περὶ σχημάτων in Villoisonii Anecd. Gr. II, 95, ubi male legitur Ζ. δὲ ἐπειτα.

V. 2. Praepositiones turbari confundique passim animadvertimus. Scholiastae πρὸς ortum ducit e Zenodoti περί, nec tam Homeri quam Atticorum sermoni apta est habenda. At vero παρὰ Aristarchi puto iudicio ad nos transmissa poetae est propria, vid. v. 69, 84, 123, 276, 778 alibi. — Zenodoteo ὀχέμεν gratiam aliquam et commendationem petere possis ex Od. 7, 211 οἵς τινας ὑμεῖς ἴστε μάλιστ' ὀχέοντας ὀΐζύν, cll. 11, 619. 21, 302 et 1, 297. Minus vero crediderim grammatico: primum enim verbi illius potestas intercedit, qua quis mala sua sive infelicitatem secum quasi auferre dicatur; tum Ilias eo prorsus caret; ad postremum vulgare a libris et grammaticis omnibus comprobatur.

V. 3. Ultima versus pars redit 21, 415. De adverbio πάλιν Heynius Bothiusque perperam adversantur Aristarchó, cf. Apoll. Lex. Hom. 525. Passov. Lex. in voce et Lehrsium de Aristarch. stud. Hom. 100 sq.

V. 4. Parum commode in Venet. praepositionem a verbo esse discretam et alii ostendunt et ipse manifesto prodit 11, 337. Vindobon. Alteri pessime scribit ἱππώλων; emendant librarii negligentiam Ven. Vind. quint. et meliores.

V. 5. Ambiguum videri possit, utrum gens illa Ἀγαιοὶ an Ἱππημολγοὶ fuerit vocata, unde magna et veterum et recentiorum fuit controversia. Eustath. 916, 6 ὅτι, inquit, χωρογραφικήν τινα νῦν ἐπιτομὴν ἐκτίθεται ὁ ποιητὴς Θρᾳκῶν τε μεμνημένος, ὧν πέρας εἶτα καὶ ἀρχὴ ὁ Ἑλλήσποντος, οὗς καὶ ἱπποπόλους λέγει, φίλιππαν γὰρ ἔθνος οἱ Θρᾷκες (Eurip. Hec. 9 sq.), καὶ Μυσῶν ἀγχεμάχων, τῶν ἐκ Μακεδονίᾳ καὶ Ἴστρῳ καὶ ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν ἐπιθέτως λέγεται, ἢ καὶ ἔμπαλιν τὸ μὲν ἀγαυῶν, ἐπίθετον ἴσον τῶν εὐρυόδων, τὰ δὲ ἱππημολγῶν κλῆσις ἐθνική, ὃ καὶ κάλλιον, add. scholl. Hesych. I, 36. Phavor. 12, 50. Plures autem et doctiores id, quod Eustathius scitius iudicavit, praeferendum existimant, ut Etym. M. 232, 47. Apoll. in Lex. 367, etsi hic interpretationem alteram non ignorat, vid. p. 25. Nec priori opi-

Digitized by Google

τοὺς μὲν ἔα παρὰ τῇσι πόνον τ' ἐχέμεν καὶ ὀΐζὺν
νωλεμέως· αὐτὸς δὲ πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινὼ
νόσφιν ἐφ' ἱππαπάλων Θρηϊκῶν καθορώμενος αἶαν
Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν,
γλακτοφάγων, Ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων.
ἐς Τροίην δ' οὐ πάμπαν ἔτι τρέπεν ὄσσε φαεινώ·
οὐ γὰρ ὄγ' ἀθανάτων τιν' ἐέλπετο ὃν κατὰ θυμὸν
ἐλθόντ' ἢ Τρώεσσιν ἀρηξέμεν, ἢ Δαναοῖσιν.

φάγων Vind. ed. ἄβλων V. H. et ol. vulgo. — Ib. δικαιοτάτων τ' ἀνθρ. grammaticorum pars. — V. 8. οὐ γὰρ Ἔτ' ἀθ. Aristoph. — V. 9. ἀρηγέμεν Vindd. ol. vulgo et H. —

nioni, ut quidam putarunt, subsidio est Dionys. Perieg. 308, nam melius edi illic τῶν δ' ὑπὲρ ἐκτέταται πολυπιπων φῦλον Ἀλαιῶν in confesso est, vid. Bernhardy annotat. p. 595 sq. Strabo vero libr. VII, 453 sqq., quemadmodum Posidonius hos Homeri versus et constituerit et intellexerit, nobiscum communicavit, neque ille, quanquam Mysis vel aliud dederit attributum, vel, quae Heynii est opinio, Ctistas i. e. Thracum gentem, a mulierum consortio abstinentem, subiecerit, magnopere adversatur testium plurimorum suffragiis. Quocum, si omnia recte administraverunt editores, libri et Vindobonenses et Venetus congruunt.

V. 6. Eadem, quam paullo supra significavimus, premimur difficultate: minus enim apparet, sintne haec gentium nomina, an Equimulgorum epitheta. Quod qui verum habuerunt, ut gens ista triplici modo describeretur δικαιοτάτων τ' ἀνθρώπων exarandum curarunt. Aristarchum autem id reiecisse testis est Apollonius in Lex. Hom. 11. hisce: ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ὡς ἔθνους οὕτως λεγομένου ἀκούει, καθ' ὃν καὶ τοὺς γαλακτοφάγους τετάχθαι καὶ τοὺς δικαιοτάτους. διὸ καὶ γράφει χωρὶς τοῦ συνδέσμου, ἢ ὡς δικαίως βιούντων κατὰ στέρησιν τῆς βίας, ἢ τὸν ὡρισμένον βίον οὐκ ἐχόντων, add. scholl. Alii contra, qui singula quaeque ad unum eundemque populum retulerunt, de vi et significatu adiectivi ἄβιος sollicito quaesiverunt, vid. scholl. Eustath. 916, 17 sqq. Apoll. Lex. 12. Etym. M. 3, 20. et plures. Hodie inter omnes constat Gabios sive Abios, quod Aristarcho placuit, populum Scythicum dici, morum vitaeque innocentia insignem, eos vero omnium iustissimos Equimulgos γαλακτοφάγους, in quo Aristarchus forsitan discessit, appellari admodum verisimile est. Gabiorum illorum memoriam non prorsus obliteratam esse apud veteres Valckenarius ad Theocr. Adoniaz. 216. a. et Hermannus observ. ad Aeschyl. p. 9. aliique plures docuerunt.

V. 9. Futurum ἀρηξέμεν schol. A. et Eust. 916, 61. suppeditant, quanquam alter formam communem pro varia lectione apponit, alter eam poetico subiicit. Nobiscum et cum Wolfio non modo libri praestabiliores, ut Ven. Harl. Lips., faciunt, sed verbum etiam antecedens futurum sibi expetit, cf. 15, 288. 16, 609. 17, 234, 406.

Digitized by Google

Οὐδ' ἀλαοσκοπιὴν εἶχε κρείων Ἐνοσίχθων·
καὶ γὰρ ὃ θαυμάζων ἧστο πτόλεμόν τε μάχην τε
ὑψοῦ ἐπ' ἀκροτάτης κορυφῆς Σάμου ὑληέσσης
Θρηϊκίης· ἔνθεν γὰρ ἐφαίνετο πᾶσα μὲν Ἴδη,
φαίνετο δὲ Πριάμοιο πόλις, καὶ νῆες Ἀχαιῶν.
ἔνθ' ἄρ' ὅγ' ἐξ ἁλὸς ἔξετ' ἰών, ἐλέαιρε δ' Ἀχαιοὺς
Τρωσὶν δαμναμένους, Διὶ δὲ κρατερῶς ἐνεμέσσα.
Αὐτίκα δ' ἐξ ὄρεος κατεβήσετο παιπαλόεντος
κραιπνὰ ποσὶ προβιβάς· τρέμε δ' οὔρεα μακρὰ καὶ ὕλη
ποσσὶν ὑπ' ἀθανάτοισι Ποσειδάωνος ἰόντος.
τρὶς μὲν ὀρέξατ' ἰών, τὸ δὲ τέτρατον ἵκετο τέκμωρ,

V. 10. οὐ δ' ἀλ. H. — Ib. ἀλαοσκοπιὴν V. — V. 12. ἐπ' ἀκροτάτῃ κορυφῇ Both. ἀκροτάτης κορυφῆς Aristoph. Σάου idem, ut videtur. — V. 13. ἐντεῦθεν γὰρ Strab. X, 702. a. ἔνθεν μὲν ἐφ. Vind. ed. — V. 17. παιπαλοέσσης Vind. quint. — V.

V. 10. De nominis tenore disserui ad 10, 515. Compositum autem praeter alios confirmat Apoll. in Lex. 86.

V. 12. Bothius libris perpaucis inductus, ut litera sibila expelleretur, singularis dativum recepit. At genitivi sponsores plurimi et gravissimi sunt, uti Eust. 917, 4. Strab. X, 701. a. Nomen quod instat Σάου, si recte praecipit schol. A., effe-rendum putavit Aristophanes. Legimus enim apud illum: *οὐκ ἀπίθανον δὲ ἡ χωρὶς τοῦ μ γραφή, Σάου ἀντὶ τοῦ Σάμου· τὴν γὰρ Σαώκην τὸ ὄρος φασὶ παραδηλοῦσθαι*, de quo monte adi Nicandr. in Ther. 472. et eius schol. Plin. H. N. IV, 5, 23. et Schellenberg. ad Antimachi fragm. p. 74 sq.

V. 13. Communi libri omnes et numeri adsunt, add. Eust. 917, 1. Locum imitatus est Apoll. Arg. I, 1112 sq.

V. 17. Femininum aliis e locis obrepsit librariis, vid. infr. 33. et Od. 4, 671.

V. 21. *ἔνθα τε* cum Hermanno reposui, cf. ad 8, 48.

V. 24. Vitium saepe emaculandum Vind. Alteri et editiones quasdam occupavit, non comparet in Ven. Vind. quint. et aliis, Eustath. vero pro more suo quotidianum adscivit 918, 12, add. Maxim. Tyr. II, 32. p. 129 et II. 8, 42 sqq.

V. 27. Alii pronomen et eius quidem dativum ad currum, alii ad Neptunum retulerunt. In his fuit Eust. 918, 33, dum sic commentatur: *ἰστέον δὲ καὶ, ὅτι ὡς ὑπὸ δεσπότῃ τῷ Ποσειδῶνι τά τε κήτεα ἀτάλλει, τουτέστι σκιρτᾷ, καὶ ἡ θάλασσα διίσταται ὁδοποιοῦσα οἷον αὐτῷ. τὸ μέντοι Ἑρμῇ ἐν Ὀδυσσείᾳ διὰ θαλάσσης ἰόντι (5, 50 sqq.) οὐδὲν τοιοῦτο ποιοῦσιν, οὐ γὰρ ἐπιστατεῖ θαλάσσης ὁ Ἑρμῆς.* Heynius genitivo causam et auctorem, dativo dominum, cuius imperio aliquis pareat, indicari statuit, Bothius *ὑπ' αὐτοῦ* reddit *ὑπὲρ αὐτοῦ* i. e. Germanice unter ihm hervor, cll. Matth. gr. Gr. §. 592. *β*. Neutrum potest probari: hic enim et natura diversa in unum confundit et Matth. grammaticam negligentius consuluit, ille casuum fines, exiguo sane discrimine seiunctos, permiscet. Prudentius enim ii veterum, quibus dativus satisfecit, e priore versu *διφρῷ* advocant.

Αἰγάς· ἔνθα τέ οἱ κλυτὰ δώματα βένθεσι λίμνης,
χρύσεα, μαρμαίροντα τετεύχαται, ἄφθιτα αἰεί.
ἔνθ' ἐλθὼν ὑπ' ὄχεσφι τιτύσκετο χαλκόποδ' ἵππω,
ὠκυπέτα, χρυσέῃσιν ἐθείρῃσιν κομόωντε.
χρυσὸν δ' αὐτὸς ἔδυνε περὶ χροΐ· γέντο δ' ἰμάσθλην
χρυσείην, εὔτυκτον, ἑοῦ δ' ἐπεβήσετο δίφρου·
βῆ δ' ἐλάαν ἐπὶ κύματ'· ἄταλλε δὲ κήτε' ὑπ' αὐτοῦ
πάντοθεν ἐκ κευθμῶν, οὐδ' ἠγνοίησεν ἄνακτα·
γηθοσύνῃ δὲ θάλασσα διίστατο· τοὶ δ' ἐπέτοντο
ῥίμφα μάλ', οὐδ' ὑπένερθε διαίνετο χάλκεος ἄξων·

21. ἔνθα δέ οἱ vulgo. — V. 24. χρυσέοισιν Vind. ed. et St. — V. 27. ὑπ' αὐτῷ Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 28. ἠγνοίησαν ἄν.. Ar. — V. 29. γηθοσύνη Ar. γηθόσυν', ἡ δὲ θ. V. L. ap. schol. A. — Ib. τοὶ δὲ πέτ. H. e Longin. l. all. —

Secundum autem casum, in quo nulla esse potest ambiguitas, cum Neptuno sociandum tum alia tuentur exempla, vid. 16, 277. Od. 19, 114, tum codicum praestantia magis stabilit, sicuti Ven. Vind. quint. et aliorum apud Heynium, add. Longin. de sublimit. V, 8, etsi dativus legitur apud Max. Tyrium Diss. XXXII. c. 7. p. 130. et Hermogenem περὶ ἰδιῶν II. p. 485. Similem Neptuni imaginem Neptuni clypeo insculptam describit Quint. Posth. V, 88 sq., cf. Lucian. dial. marin. XV [Philostrati Imagg. l. c. 8. init.]; Homeri autem verba respicit Aelianus hist. an. XIV, 28.

V. 28. Si scholiastae A. credimus, non Aristarchi solum, sed plurimorum fuit numerus singularis. Quod indicio esse potest Alexandrinis adspirationem Aeolicam, quam vocant, fuisse prorsus ignotam. Libris autem invitis Aristarcheum commemorare satis habui.

V. 29. Triplici modo Homeri interpretes hunc locum olim constituisse dicuntur: Herodicus enim, nomine primo antecedentibus adiuncto, a verbis ἡ δὲ θ. διίσσατο incisum novum exorsus est, Aristarchus γηθοσύνη δὲ θάλασσα copulavit, Aristophanes denique γηθοσύνῃ, ut a nominativo γηθοσύνη ἡ ductum, omnium optimum existimavit; in cuius sententiam eunt scholl. ABLV. Eustath. 918, 46 sq. Etym. M. 230, 22. Hesych. 1, 826. Ita autem grammatici sentiunt, quod υνη nominum potius quam adiectivorum sit terminatio, cuius usus testem Homerum afferunt. Eius enim sunt: Il. 22, 247 κερδοσύνη, 24, 30 μαχλοσύνη, Od. 15, 321 δρηστοσύνη, ib. 343 πλαγκτοσύνη, 18, 342 ταρβοσύνη, 21, 35 ξεινοσύνη. Scholia vero praeter Aristophanem ab Herodiano rem ita iudicatam esse produnt; unde intelligitur Heynium minus recte substituendum putasse eius nomen Herodico, praesertim quum Herodicus grammaticus praeter medicum cognominem, vid. ad Il. 9, 453. 11, 515, bis alibi adsit in scholiis ad Il. 20, 53. 22, 358. Regula vero illa motus adiectivum eius generis epicis ignotum arbitratur Ilgenius ad hymn. Hom. in Apoll. Del. v. 137. Sed contrarium suadent schol. Harl. ad

Digitized by Google

τὸν δ' ἐς Ἀχαιῶν νῆας ἐΰσκαρθμοι φέρον ἵπποι.
Ἔστι δέ τι σπέος εὐρὺ βαθείης βένθεσι λίμνης
μεσσηγὺς Τενέδοιο καὶ Ἴμβρου παιπαλοέσσης·
ἔνθ' ἵππους ἔστησε Ποσειδάων ἐνοσίχθων
λύσας ἐξ ὀχέων, παρὰ δ' ἀμβρόσιον βάλεν εἶδαρ
ἔδμεναι· ἀμφὶ δὲ ποσσὶ πέδας ἔβαλε χρυσείας,
ἀρρήκτους, ἀλύτους, ὄφρ' ἔμπεδον αὖθι μένοιεν
νοστήσαντα ἄνακτα· ὃ δ' ἐς στρατὸν ᾤχετ' Ἀχαιῶν.
Τρῶες δὲ φλογὶ ἶσοι ἀολλέες ἠὲ θυέλλῃ
Ἕκτορι Πριαμίδῃ ἄμοτον μεμαῶτες ἕποντο,
ἄβρομοι, αὐτάχοι· ἕλποντο δὲ νῆας Ἀχαιῶν

V. 39. ἠδὲ θυέλλῃ Vind. quint. c. all., male. — V. 41. ἀνίαχοι Ald. 2. et V. L. ap. schol. A. αὐΐαχοι grammat. quid. — V. 42. παρ' αὐτόθι V. Harl. et all. — Ib. π. ἀρίστους Harl. Vind. ed. — V. 47. σφῶϊ Vind. ed. — Ib. μίν κε id. et ol. vul-

Od. 11, 540 hisce: χωρὶς τοῦ ῑ γηθοσύνη ἀντὶ τοῦ χαίρουσα, ubi ne Eustathius quidem dissentit, vid. 1698, 21. Itaque γηθοσύνη, quod utroque e versu eximit Ilgenius, intactum erit relinquendum, add. Apoll. Rh. I, 784. Dativus autem et singularis et pluralis tum erit aptus, quum quis gaudio perfusus aliquid fecisse perhibetur, cf. Il. 21, 390, et Apoll. Rh. II, 878. Quapropter Aristarcheum, cui libri ad unum omnes obstant, ab aditu erat prohibendum, etsi Apollon. in Lexic. 206, eum ducem ob oculos habuit.

V. 38. Simillimus huic est 24, 78.

V. 39. Particulas saepe confusas vidimus ad Il. 12, 167, meliori consentit Eust. 919, 21.

V. 41. Nomen αὐΐαχος bene explicuit Passow, in Lexic., neque ab eius ratione absunt optimi quique, velut scholl. Etym. M. 169, 33. Eust. 919, 28. et Apollon. in Lex. 176. Eius autem verbis medicinam ex Eustathio esse petendam singularum comparatio docebit. Praeterea Dionysius Thrax et Chrysippus Stoicus αὐΐαχοι, utpote ex αὐος et ἰάχω conflatum, potius existimarunt, teste schol. A. Qui nobis indicio esse potest Porphyrii verba, quae Bothius adiecit: Χρύσιππος δὲ ὁ Στωϊκὸς καὶ Διονύσιος ὁ Θρᾷξ ψιλοῖ τὰ αὐΐαχοι aut falsa tradere aut depravata esse, cf. ad Il. 12, 137. Quint. Smyrn. XIII, 70 ἀνίαχοι de Achivis, sine ullo strepitu Troum moenia subeuntibus, dixit, idemque alii perperam ad Homerum censuerunt transferendum.

V. 42. Ernestio παρ' αὐτόθι praeferenti Heynius et Bothius adversantur. Neque αὐτόφι poetae erit eripiendum, quia sine ulla propemodum controversia adest 19, 255. 20, 140. 23, 640. Multo minus autem Bothius est audiendus, qui παρ' αὐτόθι paene barbarum habet. Sicut enim κατ' αὐθι et

αἰρήσειν, κτενέειν δὲ παρ' αὐτόφι πάντας Ἀχαιούς.
Ἀλλὰ Ποσειδάων γαιήοχος, ἐννοσίγαιος,
Ἀργείους ὤτρυνε βαθείης ἐξ ἁλὸς ἐλθών,
εἰσάμενος Κάλχαντι δέμας καὶ ἀτειρέα φωνήν·
Αἴαντε πρώτω προσέφη, μεμαῶτε καὶ αὐτώ·
Αἴαντε, σφὼ μέν τε σαώσετε λαὸν Ἀχαιῶν,
ἀλκῆς μνησαμένω, μηδὲ κρυεροῖο φόβοιο.
ἄλλῃ μὲν γὰρ ἔγωγ' οὐ δείδια χεῖρας ἀάπτους
Τρώων, οἳ μέγα τεῖχος ὑπερκατέβησαν ὁμίλῳ·
ἔξουσιν γὰρ ἅπαντας ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί·
τῇ δὲ δὴ αἰνότατον περιδείδια, μή τι πάθωμεν,

go. — V. 51. σχήσουσιν Aristoph. ἔξ. γὰρ οἱ π. Ald. saec. πάντας V. Vindd. et all. — V. 52. τῇδε Ald. 2. — Ib. περὶ δείδια V. —

κατ' αὐτόθι bene Graece dicuntur, ita illo usus est Quint. Sm. VI, 440 Νιρῆος θ', ὃς κεῖτο παρ' αὐτόθι, ubi αὐτόφι absonum est. — Ib. πάντας ἀρίστους, quo ὁμοιοτέλευτον evitarent, adoptare videntur Harlei. Vind. ed. et alii, quibus repugnat Ven. ac Vind. quint. Utrumque autem Homero familiare esse merito affirmavit Heynius, vid. 629. 15, 702. cll. 13, 117, 276.

V. 45. Prioribus mutatis recurrit infra 17, 515. 22, 227.

V. 47. Meliorum est σφῶ, quibus adstipulatur Apollon. in Lex. 623. Idem vero μέν κε, quod Thierschio arridet in gr. Gr. 277, 2., cum peioribus, ut Vindob. ed., suppeditat. At recte intercedunt Eust. 920, 3. Venet. et plures apud Heynium, quandoquidem sententiae communi μέν τε aptissima esse vidimus in Excurs. VIII. p. XXV. Quare non modo aurium iudicium, sed usus etiam poetae Heynio succurrit.

V. 49. Partem eius adscripsit Apollon. de adverb. 586, 29, unde plene dedit ἴγωγε.

V. 51. Utrumque et ἔξουσιν et σχήσουσιν Homericum esse constat, hoc reperitur 151. 11, 820. 14, 100, illud cernitur 20, 21. Quare non est, cur Aristophani soli obediamus. In sequentibus ἅπαντας maiore varietate distinguit numeros, primamque syllabam a Veneti scriba praetermissam commode supplet Eust. 920, 3. cum editis ferme omnibus.

V. 52. Fuisse qui περὶ δείδια scriberent, e schol. A. discimus: ἴφαμεν, ὅτι ἡ περὶ οὐκ ἀναστρέφεται, ὅτε σημαντικὴ ὑπάρχει τοῦ περισσῶς. Errare autem Heynium particulam negandi tollentem, alia manifesto produnt, vid. quae congessi in quaestiuncula de acc. inclin. part. περὶ p. 6. Committunt insuper verbum Vindd. Eust. 920, 13. et plures alii. Sed μή τι πάθωμεν est Veneti.

Digitized by Google

ἦ ῥ' ὅγ' ὁ λυσσώδης φλογὶ εἴκελος ἡγεμονεύει,
Ἕκτωρ, ὃς Διὸς εὔχετ' ἐρισθενέος παῖς εἶναι.
σφῶϊν δ' ὧδε θεῶν τις ἐνὶ φρεσὶ ποιήσειεν,
αὐτώ θ' ἑστάμεναι κρατερῶς, καὶ ἀνωγέμεν ἄλλους·
τῷ κε καὶ ἐσσύμενόν περ ἐρωήσαιτ' ἀπὸ νηῶν
ὠκυπόρων, εἰ καί μιν Ὀλύμπιος αὐτὸς ἐγείρει.
Ἦ, καὶ σκηπανίῳ γαιήοχος Ἐννοσίγαιος
ἀμφοτέρω κεκοπὼς πλῆσεν μένεος κρατεροῖο·
γυῖα δ' ἔθηκεν ἐλαφρά, πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν.
αὐτὸς δ' ὥςτ' ἴρηξ ὠκύπτερος ὦρτο πέτεσθαι,
ὅς ῥά τ' ἀπ' αἰγίλιπος πέτρης περιμήκεος ἀρθεὶς
ὁρμήσῃ πεδίοιο διώκειν ὄρνεον ἄλλο·
ὣς ἀπὸ τῶν ἤϊξε Ποσειδάων ἐνοσίχθων.

V. 53. φλογὶ ἴκελος Vind. ed. et ol. vulgo, ἴκελ. St. — V. 54. παῖς W. — V. 60. κεκοφὼς Aristoph. κεκοπὼν Antimach. et Chia. — V. 61. γυῖα δὲ θ. Vind. ed et H. — V. 64. ὁρμήσειε Vind. ed. ὁρμήσει Eust. 920, 41. Apollon. de synt. III, 7, 21.

V. 53. Venet. et alii praestantiores, ubi syllaba longa opus est, a diphthongo vel nunquam vel raro deflectunt, vid. v. 330, 688. 14, 386. et ad Il. 2, 487. Eustath. 920, 13. et 954, 63 sequitur deteriores.

V. 54. Bisyllabum παῖς omnes et singuli Homero repetunt, vid. Excurs. VI. p. XIII.

V. 56. Ex parte idem est, quem habuimus 11, 410, add. 15, 666.

V. 60. Nec de varietate nec de eius auctore omnia plana et certa sunt. Nam schol. A. istam ad Aristophanem, Victorin. ad Aristarchum pertinere tradit. Porro hic κεκοπὼς et τετυφὼς discrepare narrat, ille duplicem unius et eiusdem verbi formam κεκοπὼς et κεκοφὼς annotat. Quae ut componamus, nomen pariter ac verbum corruptela inductum esse apud schol. Victorinum suspicor. Ac de posteriore quidem nos non dubitare sinit Eustath. 920, 36: εἴτε δὲ κεκοπὼς γράφει τις, εἴτε κεκοφώς, ὡς τὸ κεκλοφώς, ἄμφω ἀνάλογα. καὶ Ἀριστάρχῳ ἀρέσκεται ταῖς δυσὶ γραφαῖς. Sed ne Eustath. quidem suis copiis recte et diligenter usum esse monuit Lehrsius de Aristarch. stud. Hom. p. 39 sqq. At κεκοπὼς arbitri intelligentissimi elegisse videntur, ut Ven., libri plerique et Apoll. de synt. III, 7, 211. Alterum haud scio an placuerit Vind. quinto, in quo Alterus reperit κεκοστώς. Chia vero et Antimachus, quem Homeri criticis merito annumerat Villoison. in proleg. p. 24, aoristum fere inauditum adoptarunt.

V. 61. Eundem supra legimus de Diomede 5, 121, infra 23, 772 de Ulixe tertio adest, ubi scholl. eum alienum censent. Heynius augmentum bis sublatum semel retinuit.

Digitized by Google

τοῖιν δ' ἔγνω πρόσθεν Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας,
αἶψα δ' ἄρ' Αἴαντα προσέφη Τελαμώνιον υἱόν·
Αἶαν· ἐπεί τις νῶϊ θεῶν, οἱ Ὄλυμπον ἔχουσιν,
μάντιϊ εἰδόμενος κέλεται παρὰ νηυσὶ μάχεσθαι —
οὐδ' ὅγε Κάλχας ἐστὶ θεοπρόπος οἰωνιστής·
ἴχνια γὰρ μετόπισθε ποδῶν ἠδὲ κνημάων
ῥεῖ' ἔγνων ἀπιόντος· ἀρίγνωτοι δὲ θεοί περ —
καὶ δ' ἐμοὶ αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισιν
μᾶλλον ἐφορμᾶται πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι,
μαιμώωσι δ' ἔνερθε πόδες καὶ χεῖρες ὕπερθεν.
Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη Τελαμώνιος Αἴας·
οὕτω νῦν καὶ ἐμοὶ περὶ δούρατι χεῖρες ἄαπτοι
μαιμῶσιν, καί μοι μένος ὤρορε· νέρθε δὲ ποσσὶν

et ol. vulgo. — V. 69. *μάντει εἰδόμ.* Eust. 920, 50. — V. 70. *οὐ δ' ὅγε* H. — V. 71. *ἴθματα* Z. et Aristoph. *ἴχματα* V. L. ap. schol. A. — V. 72. *ἀρίγνωστος* Hesych. I, 528. — V. 78. *μαιμώωσιν ἐμοὶ* Vind. ed. — Ib. *νέρθε ποδεσσιν* V. —

V. 64. Vindob. *ὁρμήσαι* erat daturus, quod testatur Etym. M. 631, 54, subiunctivus autem comparationi maxime idoneus Veneto Vindobonensique uni debetur.

V. 69. Forte fortuna, ut opinor, bisyllabum Eustathii commentariis inuidet. Ea vero de re iudicium anceps est: nam quum genitivus sit *μάντιος*, dativum *μάντιϊ μάντι* sonuisse possit coniici. Nihil autem pro certo affirmaverim, quippe qui videam et libris plerisque et poetis aliis vulgare satis esse visum. Ita Quintus hemistichium ab Homero mutuatus Posth. XI, 135 scribit: *μάντιϊ εἰδόμενος Πολυμήστορι*.

V. 71. Alii suum hauserunt ex Il. 5, 778. Vulgare autem properoxytonum esse saepius observant grammatici eo consilio, ut deminutivorum usum a poeta auferant. De quo praecepto copiosius disseruit Spohnius de extr. part. Odyss. p. 143 sqq.

V. 72. Heliodorus in Aethiop. III, 13, interpretatione solita reiecta, haec dicta esse perhibet: „*ἐπὶ τοῦ Ποσειδῶνος, οἷον ῥέοντος ἐν τῇ πορείᾳ. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ Ῥεῖ' ἀπιόντος, καὶ οὐχ ὥς τινες ἠπάτηνται, ῥᾳδίως ἔγνων ὑπολαμβάνοντες.*“ Quae verba vanas pepererunt coniecturas, vid. Coraëm in annot. ad Heliod. Vol. II, 127 sq. scriptoris mentem sagaciter et vere eruentem. Nihil enim aliud voluit Heliodorus, nisi *ῥεῖα* iungendum esse cum participio *ἀπιόντος*, neque cum verbo *ἔγνω*. Incessu enim divino Neptunum agnovit Aiax. Extrema ita commemoravit Etym. M. 142, 41, ut plerumque feruntur. Apud Hesychium autem *ἀρίγνωτοι* restituendum esse probe intellexit Kusterus, vid. Apoll. Lex. 161.

V. 78. Vind. quint. Ven. et alii plures *μαιμῶσιν, καί μοι*

Digitized by Google

ξσῦμαι ἀμφοτέροισι· μενοινώω δὲ καὶ οἷος
"Εκτορι Πριαμίδῃ ἄμοτον μεμαῶτι μάχεσθαι.
Ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον
χάρμῃ γηθόσυνοι, τὴν σφιν θεὸς ἔμβαλε θυμῷ.
Τόφρα δὲ τοὺς ὄπιθεν Γαιήοχος ὦρσεν Ἀχαιούς,
οἳ παρὰ νηυσὶ θοῇσιν ἀνέψυχον φίλον ἦτορ·
τῶν ῥ' ἅμα τ' ἀργαλέῳ καμάτῳ φίλα γυῖα λέλυντο,
καί σφιν ἄχος κατὰ θυμὸν ἐγίγνετο δερκομένοισιν
Τρῶας, τοὶ μέγα τεῖχος ὑπερκατέβησαν ὁμίλῳ.
τοὺς οἵγ' εἰσορόωτες ὑπ' ὀφρύσι δάκρυα λεῖβον·
οὐ γὰρ ἔφαν φεύξεσθαι ὑπὲκ κακοῦ. ἀλλ' Ἐνοσίχθων
ῥεῖα μετεισάμενος κρατερὰς ὤτρυνε φάλαγγας.
Τεῦκρον ἔπι πρῶτον καὶ Λήϊτον ἦλθε κελεύων,
Πηνέλεών θ' ἧρωα, Θόαντά τε Δηΐπαρόν τε,

V. 88. εἰς ὄρ. V.— V. 89. φεύξασθαι Vind. ed. — Ib. ὑπ' ἐκ κ. W. et vulgo.— V. 91. Τεῦκρον ἐπὶ πρ. H. et vulgo. — V. 92. Πηνέλεον Aristoph.— V. 96. ἁμὰς W. et nunc vulgo. — V.

verum esse monstrant, idque exspectari cognovimus ad 10, 443. Vind. ed. scribam forma verbi contracta in errorem induxit. In versus fine particulam, reliquis idoneam, cf. 7, 212, schol. A. servavit.

V. 80. Postrema verba recitat Etym. M. 85, 1., cui ex Iliade μεμαῶτι reddatur oportebit.

V. 87. Idem fere est, qui supra legitur v. 50. Quare cum omisisse videtur Vind. quint.; nec tamen eo facile carebimus.

V. 89. Futurum et libri et poetae usus, vid. 15, 700. 21, 93. Od. 22, 67, sibi postulant. Praepositiones vero melius in unum coalescere dixi in Excurs. XVIII. ad Il. 9, 7.

V. 96. Adspirationem, ab Heynio hic probatam, semper et ubique esse recipiendam dixi ad Il. 6, 414. 10, 448., nec nobis desunt aut scripti aut alii testes locupletes, sicut Eust. 921, 49. Etym. M. 79, 28. Apoll. de pron. 387. c. et 502. b. Apoll. in Lex. 96.

V. 103. Pamphilum, ut regulae communi subesset, θωῶν habuisse περισπώμενον Eustath. 922, 49. testatur, Aristarchum autem et plures secus existimasse schol. A. memoriae prodit, etsi ad eius integritatem pauca quaedam desunt; vid. Lehrs. de stud. Ar. Hom. 261 sq. De nomine, quod sequitur, plus dissensionis veteribus fuisse libri non minus quam interpretes Homeri nos faciunt certiores. Illa quibus sit terminanda finibus, propius videamus. Venet. ter in Iliade; cf. 17, 20. 21; 573; animal per ō

Digitized by Google

*Μηριόνην τε καὶ Ἀντίλοχον, μήστωρας ἀϋτῆς·*
*τοὺς ὅγ' ἐποτρύνων ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·*
*Αἰδώς, Ἀργεῖοι, κοῦροι νέοι· ὔμμιν ἔγωγε*
*μαρναμένοισι πέποιθα σαωσέμεναι νέας ἁμάς·*
*εἰ δ' ὑμεῖς πολέμοιο μεθήσετε λευγαλέοιο,*
*νῦν δὴ εἴδεται ἦμαρ ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι.*
*ὦ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι,*
*δεινόν, ὃ οὔποτ' ἔγωγε τελευτήσεσθαι ἔφασκον,*
*Τρῶας ἐφ' ἡμετέρας ἰέναι νέας· οἳ τὸ πάρος περ*
*φυζακινῆς ἐλάφοισιν ἐοίκεσαν, αἵτε καθ' ὕλην*
*θῶων παρδαλίων τε λύκων τ' ἤϊα πέλονται,*
*αὔτως ἠλάσκουσαι, ἀνάλκιδες, οὐδ' ἐπὶ χάρμῃ·*
*ὣς Τρῶες τὸ πρίν γε μένος καὶ χεῖρας Ἀχαιῶν*
*μίμνειν οὐκ ἐθέλεσκον ἐναντίον, οὐδ' ἠβαιόν.*

101. τοπάρος W.— V. 103. θῶων grammaticor. pars. — Ib. παρδαλίων V. W. et vulgo. — V. 104. ἐπὶ χαρμῇς Vind. ed. —

scriptum protulit, pellem autem eius 3, 17. 10, 29 παρδαλέην appellavit. At plures alii, quibus Vindd. 21, 573. accinunt, utrique ᾰ dederunt, vid. Heyn. in observatt. Quorum fidem non modo παρδαλέη auget, verum etiam eo confirmare possumus, quod Aristarchum ubique ᾰ satius habuisse schol. A. ter est professus. Alii Aristarcho subtiliores aut pellem παρδαλέην, animal autem πόρδαλιν nuncupatum volunt, aut, ut Apio, πόρδαλιν marem, πάρδαλιν feminam dici putant; sunt etiam qui πόρδαλιν sonum, πάρδαλιν Atticorum esse tradant, cf. Apoll. in Lex. 562. Hesych. II, 1006. Suid. III, 155. Etym. M. 652, 28. Phot. 383, Eust. ad Il. 787, 39. 890, 10. 922, 53. 1092, 39. 1251, 52. et Iacobs. ad Anthol. Pal. 367. Iam quum discrimen, quod inter utrumque fuerit, minus constet, Aristarchum prudentius illis censuisse liquido apparet. Utuntur enim eo nomine et alii plures et poetae posteriores, uti Quint. Posth. I, 480, 54. III, 202. V, 10, 248. X, 183. XIII, 72, cui idem redhibeatur XII, 580. Nec minus in Oppian. Cyneg. II, 299, etsi Schneiderus contradicit, grammaticorum decretis expulsum erit revocandum. Praeterea Aristarcho tantum non ubique assentiuntur alii, velut Etymol. M. 410, 13. schol. ad Od. 2, 289., quanquam est ubi a contraria stant parte, vid. Et. M. 423, 33. schol. ad Od. 5, 368.

V. 104. Vindobon. male intulit genitivum, damnatum a libro quinto et melioribus. Verbum ἠλάσκουσαι ex hoc versu translatum explicat Apoll. in Lex. 329 περὶ τὸν αὐτὸν ἡγούμενοι τόπον. Ibi Villoison. ἀγόμεναι, Tollius εἰλούμενα erat emendaturus, quorum ultimum, spiritu mutato εἱλούμεναι, optimum esse iudicat Etym. M. 424, 56.

νῦν δὲ ἑκὰς πόλιος κοίλης ἐπὶ νηυσὶ μάχονται
ἡγεμόνος κακότητι, μεθημοσύνῃσί τε λαῶν,
οἱ κείνῳ ἐρίσαντες ἀμυνέμεν οὐκ ἐθέλουσιν
νηῶν ὠκυπόρων, ἀλλὰ κτείνονται ἀν' αὐτάς.
ἀλλ' εἰ δὴ καὶ πάμπαν ἐτήτυμον αἴτιός ἐστιν
ἥρως Ἀτρεΐδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων,
οὕνεκ' ἀπητίμησε ποδώκεα Πηλείωνα·
ἡμέας γ' οὔπως ἔστι μεθιέμεναι πολέμοιο.
ἀλλ' ἀκεώμεθα θᾶσσον· ἄκεσταί τοι φρένες ἐσθλῶν.
ὑμεῖς δ' οὐκέτι καλὰ μεθίετε θούριδος ἀλκῆς,
πάντες ἄριστοι ἐόντες ἀνὰ στρατόν. οὐδ' ἂν ἔγωγε
ἀνδρὶ μαχεσσαίμην, ὅστις πολέμοιο μεθείη
λυγρὸς ἐών· ὑμῖν δὲ νεμεσσῶμαι περὶ κῆρι.
ὦ πέπονες, τάχα δή τι κακὸν ποιήσετε μεῖζον
τῇδε μεθημοσύνῃ· ἀλλ' ἐν φρεσὶ θέσθε ἕκαστος

V. 107. νῦν δ' ἔκαθεν πόλιος W. et vulgo. — V. 113. οὕνεκα ἠτίμησε Vind. ed. — V. 115. θᾶττον Vind. un. — Ib. ἀκέσιαί τε φρ. ἐσθλῶν V. L. ap. schol. A. — V. 116. οὐκ ἔτι V. — V. 117. οὐ δ' ἂν ἔγ. Both. et Ald. sec. — V. 118. μαχησαίμην W. et vulgo. — Ib. μεθέει editt. antiqq. et H. μεθεῖει V. — V. 119. πέρι κῆρι W. et H. νεμεσῶμαι Et. M. 432, 31. — V. 121. θέσθαι ἕκαστος Vind. ed. — V. 122. αἰδὼ Ald. 2. St.

V. 107. Ex Il. 5, 791, quocum congruunt Zenodotus et Aristophanes, correxi. Eustath. tamen 922, 29. sequitur vulgares.

V. 109. Apollonii glossa I, 296 ἐρέθοντες ἐρεθίζοντες huc non pertinet.

V. 113. Hiatum, in quo Vindd. convenire videntur, Ven., editt. omnes atque Eust. 923, 1. eximunt.

V. 115. Particulam in quibusdam commentariis, teste schol. A., mutatam, prorsus neglexit Et. M. 46, 20, libris autem accedit Apoll. Lex. 72.

V. 118. Vocalem brevem et consonam geminam, de quibus dixi ad Il. I, 298, et scripti libri tuentur et Plut. de adulat. et amic. discr. VI, 266. ed. R. [T. II. p. 72. C.] exhibet. Idem Plutarchus optativo ab Henr. Stephano reposito addit fidem. Utrique autem facem praefert Eust. 923, 6, etsi parum sibi constat 922, 39. Heyn. ad Od. 5, 471 provocat, illic autem subiunctivum adesse post alios docuit Nitzschius.

V. 121. Vindob. edito quum alii libri, tum poeta ipse Od. 4, 729 et Plutarch. l. all. refragantur.

V. 122. Tenorem melius constituisse recentiores vidimus ad 2, 262, add. Lehrs. de stud. Ar. Hom. 260 sq.

V. 125. Discrepantia iterum oblata iam adfuit 13, 265.

Digitized by Google

αἰδῶ καὶ νέμεσιν· δὴ γὰρ μέγα νεῖκος ὄρωρεν.
Ἕκτωρ δὴ παρὰ νηυσὶ βοὴν ἀγαθὸς πολεμίζει,
καρτερός, ἐρρῆξεν δὲ πύλας καὶ μακρὸν ὀχῆα.
Ὣς ῥα κελευτιόων Γαιήοχος ὦρσεν Ἀχαιούς.
ἀμφὶ δ' ἄρ' Αἴαντας δοιοὺς ἵσταντο φάλαγγες
καρτεραί, ἃς οὔτ' ἄν κεν Ἄρης ὀνόσαιτο μετελθών,
οὔτε κ' Ἀθηναίη λαοσσόος. οἱ γὰρ ἄριστοι
κρινθέντες Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα δῖον ἔμιμνον,
φράξαντες δόρυ δουρί, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ·
ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ·
ψαῦον δ' ἱππόκομοι κόρυθες λαμπροῖσι φάλοισιν
νευόντων· ὡς πυκνοὶ ἐφέστασαν ἀλλήλοισιν·
ἔγχεα δ' ἐπτύσσοντο θρασειάων ἀπὸ χειρῶν
σειόμεν'· οἱ δ' ἰθὺς φρόνεον, μέμασαν δὲ μάχεσθαι.
Τρῶες δὲ προΰτυψαν ἀολλέες, ἦρχε δ' ἄρ' Ἕκτωρ

et antiqq., male, ἀηδῶ peius etiam Rom. — V. 123. Ἕκτωρ δὲ coniect. Heyn. — V. 124 et 128. κρατερὸς Vind. ed. — V. 125. κελευθιόων et κελευστιόων all. — V. 127. ἃς οὐδέ κεν Ἄρ. Vind. ed. — V. 129. κριθέντες id. — V. 134. ἴγχεα δὲ πτύσσ. V. Vindd. H. — V. 135. σειόμενοι V. L. ap. schol. Vict. — V. 136. πρότυψαν Apoll. Lex. 574. —

Quam qui probarunt, κελευθιόων ὁδηγῶν reddiderunt, vid. scholl. Tertium κελευστιόων, quo Hesych. II, 224. utitur, forma, non re differt a recepto: illud autem restituendum est Etym. M. 502, 18 παράγωγον, κελευτιόω, ὡς φυσῶ, φυσιόω. ἔνιοι δὲ διὰ τοῦ σῖγμα, κελευσιόω, imo κελευστιόω, cf. Phavor. 1032, 56. et Lobeck. ad Phryn. 80 sq. Satis facit usitatum, codicum auctoritate et Eustath. testimonio, vid. 923, 23, nixum.

V. 126 sqq. una cum sequentibus Homerus in certamine cum Hesiod. instituto recitasse fertur, cf. Hesiod. carm. a Göttling. edita p. 249.

V. 127. Particula duplex, quae aliis offensioni fuit, praeter libros exstat in schol. ad Od. 12, 88. et in Eust. commentariis 923, 27, vid. Herm. de part. ἄν IV, 5. et ad Viger. p. 923.

V. 131. Drac. de metr. poet. 81, 71. et Moschop. 68, 26. hunc versum recitant. Male autem apud Draconem voci primae adhaeret δέ, mendosius etiam Moschopulus dat: δάρδανον δ' ἄρ. Iidem vero Il. 16, 215 sqq. redeunt, et a Polybio hist. XVIII, 12. ad Macedonum phalangem commode traducuntur.

V. 134. Augmento, ab Heynio aliisque dempto, opem ferunt Eust. 924, 36. Apoll. Lex. 295. et Etym. M. 695, 17.

V. 135. Schol. Victor: τινὲς σειόμενοι ἰθὺς ἐφρόνουν, ὥστε

ἀντίκρυ μιμαώς, ὁλοίτροχος ὡς ἀπὸ πέτρης,
ὅντε κατὰ στεφάνης ποταμὸς χειμάρροος ὄσῃ,
ῥήξας ἀσπέτῳ ὄμβρῳ ἀναιδέος ἔχματα πέτρης·
ὕψι δ' ἀναθρώσκων πέτεται, κτυπέει δέ θ' ὑπ' αὐτοῦ
ὕλη· ὃ δ' ἀσφαλέως θέει ἔμπεδον, ἔως ἵκηται
ἰσόπεδον, τότε δ' οὔτι κυλίνδεται, ἐσσύμενός περ·
ὡς Ἕκτωρ εἵως μὲν ἀπείλει μέχρι θαλάσσης
ῥέα διελεύσεσθαι κλισίας καὶ νῆας Ἀχαιῶν
κτείνων· ἀλλ' ὅτε δὴ πυκινῇς ἐνέκυρσε φάλαγξιν,
στῆ ῥα μάλ' ἐγχριμφθείς. οἱ δ' ἀντίοι υἷες Ἀχαιῶν,
νύσσοντες ξίφεσίν τε καὶ ἔγχεσιν ἀμφιγύοισιν,

V. 137. ὁλοίτροχος Vindd. et nunc vulgo. — V. 140. ὑψὶ V. L. ap. schol. A. — Ib. τ' ἀναθρ. V. — 141. ὅφρ' ἂν ἵκηται Vindd. | ol. vulgo et H. — V. 144. ῥεῖα δ' ἐλεύσ. V. et vulg. olim. ῥεῖά θ' ἑλ. Vind. ed. — V. 148. ὃ δὲ χάσσατο πολλὸν ὀπίσσω Z. —

εὐθεῖαν πρὸς Τρῶας χωρεῖν. Quae ratio dura sane et aspera nullius tulit plausum.

V. 137. Nomen saxo impositum, unde sit repetendum, veteres dubitasse apparet. Ea de re scholl. AB. ita praecipiunt: Δημήτριος ὁ Γονύπεσσος δασύνει, ἵν' ᾖ ὅλος, τροχοειδὴς καὶ κατὰ πᾶν μέρος ἀστήρικτος, τῷ δὲ τόνῳ, ὡς κακότροπος. οὕτως δὲ καὶ Ἑρμαπίας καὶ Νικίας καὶ Ἀριστέας καὶ Ἀριστόνικος. Κόμανος δὲ καὶ Πτολεμαῖος ὁ Ἀσκαλωνίτης ψιλοῦσιν καὶ παροξύνουσιν, ἀκούοντες τὸν ἐπὶ τὸ τρέχειν ὁλοὸν καὶ δεινόν, ἐπένθεσις δὲ τοῦ ῑ περιττή. καὶ γὰρ χωρὶς αὐτοῦ σώζεται τὸ μέτρον. Δημήτριος δὲ τὸ κυλινδρικὸν σχῆμα ὁλοίτροχον καλεῖ. Intelligitur ergo alios ὁλοόν, alios ὅλον verbi originem sumpsisse: nam inter tertiam et secundam explicationem vel parum vel nihil prorsus interest. Plus autem controversiae est de etymologiae utriusque auctore. Nam dum scholiasta posteriorem Demetrio, Hermapiae, Niciae Aristeae et Aristonico, priorem Comano et Ptolemaeo tribuit, Apollonius in Lex. 496. illam Comano soli, hanc aliis adscribit; Etymologici denique scriptor 622, 39. spiritum lenem Ptolemaei Ascalonitae et Aristonici, asperum aliorum fuisse dicit. Aliis, ut Eustath. 925, 2. et Phavorin. 1352, 23. utramque stirpem annotasse satis fuit, add. Hesych. II, 745. et Zonar. II, 1442, aliorum ope emendandos. Heynius, de ista grammaticorum dissensione conquestus, nihil dirimit. Equidem schollastae Veneti, cuius copiis alii sua distenderunt horrea, testimonio fretus plurimorum et optimorum ὁλοίτροχος fuisse crediderim. Accedit, quod alii scriptores, velut Herodot. V, 92. VIII, 52. Xenoph. in Anab. IV, 2, 3. Zosim. I, 52, vocem adspirarunt. Unde cum Venet. et Photio in Lex. 283, ubi Schleusner. cur. nov. p. 277 et Porson. rem male administrarunt, ὁλοίτροχος recepi. Idem placuisse video Nitzschio ad Odyss. I, 52. Ceterum Ἀρί-

Digitized by Google

ὦσαν ἀπὸ σφείων· ὃ δὲ χασσάμενος πελεμίχθη.
ἤϋσεν δὲ διαπρύσιον Τρώεσσι γεγωνώς·
Τρῶες καὶ Λύκιοι καὶ Δάρδανοι ἀγχιμαχηταί,
παρμένετ'· οὗτοι δηρὸν ἐμὲ σχήσουσιν Ἀχαιοί,
καὶ μάλα πυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες·
ἀλλ', οἴω, χάσσονται ὑπ' ἔγχεος, εἰ ἐτεόν μα
ὦρσε θεῶν ὥριστος, ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης.
Ὣς εἰπὼν ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου.
Δηΐφοβος δ' ἐν τοῖσι μέγα φρονέων ἐβεβήκει,
Πριαμίδης, πρόσθεν δ' ἔχεν ἀσπίδα πάντοσ' ἴσην,
κοῦφα ποσὶ προβιβὰς καὶ ὑπασπίδια προποδίζων.

V. 151. οὔτι δηρὸν Vind. ed. et editt. antiqq. — V. 153. οἴω V. L. ap. schol. B. — V. 154. ὥριστος Rom. et all. — V. 158. ὑπ' ἀσπίδα Vind. ed. Apoll. Lex. 669. et all. — ὑπ' ἀσπίδια editt. antiqq. —

σταρχος pro nomine Ἀριστέας schol. Venet. haud dubie erit restituendus.

V. 140. Adverbium barytonum esse recte iudicant Ptolemaeus Ascalonita et Apoll. de adverb. 606, 7.

V. 142. Tametsi a vulgaribus sit adoptatum, tamen ὄφρ' ἂν ἵκηται ex interpolatione eorum, qui numeris metuerent, natum esse videbitur. Alterum enim communi tuentur suffragio Ven. Vind. quint. et Eust. 925, 32, quanquam hic illud non ignorat, vid. 924, 51. Adsunt denique nobis ac Wolfio Od. 15, 109. 19, 367. 23, 151.

V. 144. Mirum est, quod editores in re tantilla diu haeserunt. Nam quod Heynius e Townlei. redintegravit, id Aristarchi fuisse certo certius est, vid. schol. A. ad 20, 263. ita praecipientem: ῥεῖα Ἀρίσταρχος ἓξω τοῦ ῑ ῥέα. Quae quidem eam habebunt vim, ut corruptelam schol. ad hunc nostrum locum illatam et detegamus et tollamus: legas ergo: ῥέα (vulgo ῥεῖα) διελεύσεσθαι Ἀρίσταρχος, οἱ δὲ ῥεῖα δ' ἱλεύσεσθαι.

V. 148. Zenodoto obstat poetae usus, vid. 4, 535. 5, 625.

V. 149. Vel integer vel nomine mutato aliquoties repetitur, cf. 8, 226. 11, 275. 586. 12, 439. 17, 247.

V. 153. Stephanus et Berglerus minus scienter retinuerunt olim vulgatum, quod libri optimi reiiciunt.

V. 153. Coniectura esse videtur interpretum οἴῳ, quod ad Hectorem referendum statuerunt; certe in libris nusquam apparet.

V. 158. Mendum inveteratum ex Apollonii Lexico tollendum esse ostendit Phavor. 1794, 2 ὑπασπίδια προποδίζων· ὑπὸ τὴν ἀσπίδα τιθεὶς τοὺς πόδας καὶ οὕτως προβαίνων. Sunt enim eadem, ut probe intellexit Villoisonius. Neque alii aliter senserunt, vid. scholl. Eust. 926, 4. Etym. M. 157, 39. Orion. 138, 13. Aberrarunt igitur librarii, modo ὑπ' ἀσπίδα, modo ὑπασπίδα scribentes. Illud est in Ven. ter, cf. 13, 807. 16, 609,

Μηριόνης δ' αὐτοῖο τιτύσκετο δουρὶ φαεινῷ,
καὶ βάλεν, οὐδ' ἀφάμαρτε, κατ' ἀσπίδα πάντοσ' ἐΐσην,
ταυρείην· τῆς δ' οὔτι διήλασεν, ἀλλὰ πολὺ πρὶν
ἐν καυλῷ ἐάγη δολιχὸν δόρυ· Δηΐφοβος δὲ
ἀσπίδα ταυρείην σχέθ' ἀπὸ ἕο, δείσε δὲ θυμῷ
ἔγχος Μηριόναο δαΐφρονος· αὐτὰρ ὅγ' ἦρως
ἄψ ἐτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο, χώσατο δ' αἰνῶς
ἀμφότερον, νίκης τε καὶ ἔγχεος, ὃ ξυνέαξεν.
βῆ δ' ἰέναι παρά τε κλισίας καὶ νῆας Ἀχαιῶν
οἰσόμενος δόρυ μακρὸν, ὅ οἱ κλισίηφι λέλειπτο.
Οἱ δ' ἄλλοι μάρναντο, βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει.
Τεῦκρος δὲ πρῶτος Τελαμώνιος ἄνδρα κατέκτα,
Ἴμβριον αἰχμητήν, πολυΐππου Μέντορος υἱόν.
ναῖε δὲ Πήδαιον, πρὶν ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν,

V. 163. σχέτο ἀπὸ ἕο Vind. ed. ἀπαὶ ἕο lib. quint. — V. 166. ξυνέηξε Z. — V. 168. κλισίηφι ol. vulgo. — V. 171. Κέντορος V. L. ap. schol. Vict. — V. 172. ὃς νάε Πήδ. Z. — V. 173. Μηδεκασίστην Vind. quint. Μηθεσ. Lips. — V. 175. ἄψ δ' εἰς Ἴλ.

quibus bis congruit Alteri liber; melius illis Vind. quint. ὑπασπίδια exhibet.

V. 159. Etym. M. 761, 11 μηροὺς δ' ἐν τοῖσι τιτύσκετο, cui ex Homero medelam admoverunt. Lectum autem fuisse apud alios Μηρ. δ' ἐν τοῖσι τιτ. Apoll. in Lex. 649. approbare videtur, ut bene perspexit Villois.

V. 160. Prius hemistichium legimus 11, 340, eadem paullulum immutata reperiuntur 14, 403. 16, 322. 21, 501. 22, 290.

V. 166. Zenodoteum perperam assignat Aristarcho scholl. Vict. Libri vero omnes in vocali ᾱ consentiunt, nec discrepat Eust. 926. 28, vid. ad 11, 114.

V. 168. Ernestius primus e Lipsiensi dativum κλισίηφι restituit. Ei vero praesidium ferunt Ven. Vindd. et Eust. 926. 14, cui, ut saepe alias notavimus, immorigera fuit Romana.

V. 171. Inepte schol. Vict.: „Κέντορος ἴδει· οἰκεῖον γὰρ τῷ πολυΐππῳ τὸ κεντεῖν.“ Mentoris enim nomen vel ex Odyssea satis est notum, sed κέντορες ἵππων bis tantum a poeta commemorantur, primum Thebani Il. 4, 391, deinde Troes 5, 102.

V. 172. Zenodoteum duplici de causa schol. A. refutat: primum poetam, ne nimis multa longiore verborum complexione devinciantur, breviora sectari incisa, tum numeros eius adspernari inventum. Sub finem versus Heynius et Thiersch. in gr. Gr. §. 148. 3 πρὶν γ' ἐλθεῖν melius habent; particula vero carere possumus, vid. de prosod. Gr. §. 35. annot.

V. 173. Medesicastam Priami filiam recte appellari testantur et libri et Pausan. X, 25. et Eustath. 926, 60, cuius haec sunt: ἡ δὲ ῥηθεῖσα Μηδεσικάστη πρὸς ὁμοιότητα τῆς Ἰοκάστης δόξει

Digitized by Google

κούρην δὲ Πριάμοιο νόθην ἔχε, Μηδεσικάστην·
αὐτὰρ ἐπεὶ Λαναῶν νέες ἤλυθον ἀμφιέλισσαι,
ἄψ εἰς Ἴλιον ἦλθε, μετέπρεπε δὲ Τρώεσσιν·
ναῖε δὲ πὰρ Πριάμῳ· ὃ δέ μιν τίεν ἶσα τέκεσσιν.
τόν ῥ' υἱὸς Τελαμῶνος ὑπ' οὔατος ἔγχει μακρῷ
νύξ', ἐκ δ' ἔσπασεν ἔγχος· ὃ δ' αὖτ' ἔπεσεν, μελίη ὥς,
ἥτ' ὄρεος κορυφῇ ἔκαθεν περιφαινομένοιο
χαλκῷ ταμνομένη τέρενα χθονὶ φύλλα πελάσσῃ·
ὣς πέσεν· ἀμφὶ δέ οἱ βράχε τεύχεα ποικίλα χαλκῷ.
Τεῦκρος δ' ὡρμήθη μεμαὼς ἀπὸ τεύχεα δῦσαι·
Ἕκτωρ δ' ὁρμηθέντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ.
ἀλλ' ὃ μὲν ἄντα ἰδὼν ἠλεύατο χάλκεον ἔγχος
τυτθόν· ὃ δ' Ἀμφίμαχον, Κτεάτου υἱ' Ἀκτορίωνος,
νισσόμενον πόλεμόνδε, κατὰ στῆθος βάλε δουρί.

Etym. M. 184, 34. — V. 178. αἰψ' ἔπεσεν V. L. apud schol. A. — V. 179. κορυφῆς codd. pars. — V. 180. τεμνομένη Vind. quint. et ol. vulgo. — V. 186. νισόμενον et νείο. all.

ἂν λέγεσθαι. Ἰοκάστη γὰρ ἡ κοσμουμένη ἰότητι τοιαύτῃ βουλῇ, καὶ Μηδεσικάστη ὁμοίως ἡ καζομένη μήδεσιν, ὅ ἐστι βουλεύμασιν, add. Lobeck. parerg. ad Phrynich. 687 sqq.

V. 175. Temere insertam esse particulam apud Etym. M. l. l. comprobari poterit ex Il. 15, 550, ubi versus iterum conspicitur.

V. 179. Aristarchi singularem fuisse tradit schol. A. Idem in Vindob. edito aliisque plurimis, quos recenset Heynius, add. Kust. 926, 52. Satis superque defenditur iste numerus verbis adiectis ὄρεος περιφαινομένοιο.

V. 180. Aliquoties variare vocalem, vid. ad Il. 8, 87. Neque aliis poetis inaudita fuit ε̄ littera; ita Apoll. Rh. III, 865: μηκυθμῷ δ' ὑπένερθεν ἐρεμνὴ σείετο γαῖα Ῥίζης τεμνομένης Τιτηνίδος.

V. 186. Imperfectum verbo isti ambiguum esse exposui ad Il. 12, 119, participium, tanquam futuri, Venet. sibila una scribit hic et 15, 577, cf. 23, 76. Neque aliter censet Etym. M. 606, 12: νίασμαι τὸ πορεύομαι, καὶ νισόμενον πόλεμον σημαίνει τὸν περιγενησόμενον, quod scienter mutant in παραγενησόμενον. Eustathius, qui de formae huius inconstantia passim admonet, ipse fluctuat, cf. ad Il. 758, 3. 1086, 27. 1288, 53 et ad Od. 1625, 35. Nihilominus in eam inclinat sententiam, ut praesens verbis δειδίσσω, λίσσομαι ac similibus sit consentaneum, futuro vero vocalis simplex et ea longa sufficiat. [Anth. Pal. VII, 566 εἶμι δὲ μὴ νοέων πόθι νίσομαι. Cod. Pal.] Quae quum ita sint, novare quidquam religioni mihi duxi. Primum enim Vindd. pariter atque editiones pleraeque consonam duplicem adiuvant; deinde pugnam

δούπησεν δὲ πεσών, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.
Ἕκτωρ δ' ὡρμήθη κόρυθα κροτάφοις ἀραρυῖαν
κρατὸς ἀφαρπάξαι μεγαλήτορος Ἀμφιμάχοιο·
Αἴας δ' ὁρμηθέντος ὀρέξατο δουρὶ φαεινῷ
Ἕκτορος· ἀλλ' οὔπη χροὸς εἴσατο, πᾶς δ' ἄρα χαλκῷ
σμερδαλέῳ κεκάλυφθ'· ὃ δ' ἄρ' ἀσπίδος ὀμφαλὸν οὔτα,
ὥσε δέ μιν σθένεϊ μεγάλῳ· ὃ δὲ χάσσατ' ὀπίσσω
νεκρῶν ἀμφοτέρων· τοὺς δ' ἐξείρυσσαν Ἀχαιοί.
Ἀμφίμαχον μὲν ἄρα Στιχίος, διός τε Μενεσθεύς,
ἀρχοὶ Ἀθηναίων, κόμισαν μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν·
Ἴμβριον αὖτ' Αἴαντε, μεμαότε θούριδος ἀλκῆς.
ὥστε δύ' αἶγα λέοντε κυνῶν ὕπο καρχαροδόντων

V. 190. ἀκόντισε Vind. ed. St. et ol. vulgo. — V. 191. οὔπη W. et nunc vulgo. — Ib. χρὼς Z. — V. 192. οὖτα ol. vulgo. — V. 193. ἰχάσσ. ὀπ. V. — V. 194. ἐξείρυσαν V. Ald. sec. et all. — V. 195. Σχεδίος V. L. ap. schol. Victor. Στίχιος vulgo.

ingrediens potius quam ingressurus occumbit; denique lexicographi recepto favere videntur, cf. Hesych. II, 688. Suid. II, 626. Zonar. II, 1402. et schol. ad Arat. Phaen. 21. Sermoni autem soluto verbum esse inusitatum Eustath. merito iudicavit.

V. 190. Antiquitus iam variarunt ὀρέξατο et ἀκόντισε. Id autem ex aliis invasisse putaverim, vid. 5, 611. 11, 577. 13, 403, 516. 14, 461. 15, 429, 573. 16, 284. 17, 304, 347, 525, 574. At ὀρέξατο longae Aiacis hastae magis accommodatum non ignorat schol. Victor.

V. 191. Et grammatici de forma χροὸς dissentiunt, et parum accurate referunt eorum decreta interpretes veteres. Alios quidem χρόος pro nominativo habuisse, alios χροὸς genitivi loco positum existimasse patet. A quibus discors Zenodotus χρὼς adscivit; id autem neque χροῦς Homeri esse scholiastae pariter atque Kust. 927, 22. aliis exemplis allatis nobis persuadent. Inter genitivum et nominativum ideo fluctuant. Quare, qui hunc praeferrent, εἴσατο reddiderunt ἐφάνη. Eorum in numero Aristarchum fuisse narrant, sed Alexio illi genitivum, Tyrannioni nominativum χρόος tribuit, idque propius verum est. Vix enim dubito, quin Aristarchus χροὸς εἴσατο, i. e. διῆλθε, voluerit, cf. ad 11, 437. Corruptissima autem sunt schol. Vict. verba: „λείπει ἡ διά, διὰ τοῦ χροὸς ἐπορεύθη, παρὰ τὸ ἰέναι, ὡς „διὰ πρὸ δὲ εἴσατο“ (4, 138) καὶ τῆς ἄρεος δὲ χερὸς εἴσα χροῦς ἐφάνη. οὕτως καὶ Τυραννίων, ἴσ' ἢ εὐθεῖα.“ Primum enim verba καὶ τῆς, utpote ex Iliados II. all. deprompta, prioribus sunt adiungenda; proxima deinde sic emendanda puto: ἄλλοι δὲ χρόος εἴσατο· χροῦς ἐφάνη. Quibus eorum, qui nominativum subesse statuerunt, iudicatur ratio.

Digitized by Google

ἁρπάξαντε φέρητον ἀνὰ ῥωπήϊα πυκνὰ,
ὑψοῦ ὑπὲρ γαίης μετὰ γαμφηλῇσιν ἔχοντε·
ὣς ῥα τὸν ὑψοῦ ἔχοντε δύω Αἴαντε κορυστὰ
τεύχεα συλήτην· κεφαλὴν δ' ἀπαλῆς ἀπὸ δειρῆς
κόψεν Ὀϊλιάδης κεχολωμένος Ἀμφιμάχοιο·
ἦκε δέ μιν σφαιρηδὸν ἑλιξάμενος δι' ὁμίλου,
Ἕκτορι δὲ προπάροιθε ποδῶν πέσεν ἐν κονίῃσιν.
Καὶ τότε δὴ περὶ κῆρι Ποσειδάων ἐχολώθη,
υἱωνοῖο πεσόντος ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι·
βῆ δ' ἰέναι παρά τε κλισίας καὶ νῆας Ἀχαιῶν
ὀτρυνέων Δαναούς, Τρώεσσι δὲ κήδε' ἔτευχεν.
Ἰδομενεὺς δ', ἄρα οἱ δουρικλυτὸς ἀντεβόλησεν

— V. 196. κατὰ λαὸν St. μετὰ θῶκος V. L. ap. schol. A. — V. 197. μεμαῶτε editt. antiq. — V. 198. δύ' αἴγε Z. — V. 200. κατὰ γαμφ. Ernest. — Ib. ἔχοντες Vind. quint. — V. 203. κόψε γὰρ Ἰλ. Z. — V. 206. πέρι W. et nunc vulgo. —

V. 194. Geminum σ Vindd. approbant.

V. 195. Wolfius prudenter retraxit tenorem, vid. 15, 329. et infra 691. Neque abnuunt Vindd., etsi in Alteri libro perperam fertur Στυχίος. Qui Schedium advocandum putarunt, ii ad indicem 2, 517. respexisse censendi sunt.

V. 196. Operae, ut videtur, Stephano non obedierunt. Vulgatum bene habere diximus ad 1, 484.

V. 197. Pro numerorum commoditate vocalium mensuram alternare nemo nescit. Qua de causa μεμαότε Ven. Vindd. plurimi commode ac vere tutantur.

V. 198. Duo leones simul exire venatum insolitum existimant veteres. Unde nata est Zenodoti emendatio, quum ab Eust. 927, 33., tum a schol. repudiata.

V. 200. Homericus sermo μετὰ exigit, vid. Il. 5, 344. Od. 3, 281. 5, 49. et Quint. Smyrn. VII, 490., ad nostrum propius etiam accedentem. Affine est nostro Il. 16, 489: ὤλετό τε στεναχων ὑπὸ γαμφηλῇσι λέοντος.

V. 203. Zenodoteum breviter illustravi ad Il. 2, 527. Eustath. 927, 62 posci Ὀϊληϊάδης, quod congruat Πηληϊάδῃ, nostrum autem a stirpe inusitata Ὄϊλιος repetendum censet. Alia ratio Heynii est, sed cf. Schaefer. ad Gregor. Cor. 1055. et Matth. gr. Gr. §. 99. 3.

V. 209. Male iungit Heynius, cui participium melius videtur. Nam verba Τρώεσσι δὲ κήδε' ἔτευχεν, prioribus βῆ δ' ἰέναι respondent.

ἐρχόμενος παρ' ἑταίρου, ὅ οἱ νέον ἐκ πολέμοιο
ἦλθε, κατ' ἰγνύην βεβλημένος ὀξέϊ χαλκῷ.
τὸν μὲν ἑταῖροι ἔνεικαν, ὃ δ' ἰητροῖς ἐπιτείλας
ἤϊεν ἐς κλισίην· ἔτι γὰρ πολέμοιο μενοίνα
ἀντιάαν. τὸν δὲ προσέφη κρείων Ἐνοσίχθων
εἰσάμενος φθογγὴν Ἀνδραίμονος υἱϊ Θόαντι,
ὃς πάσῃ Πλευρῶνι καὶ αἰπεινῇ Καλυδῶνι
Αἰτωλοῖσιν ἄνασσε, θεὸς δ' ὡς τίετο δήμῳ·
Ἰδομενεῦ, Κρητῶν βουληφόρε, ποῦ τοι ἀπειλαὶ

V. 212. *βεβολημένος* ol. vulgo. — V. 214. *ἤϊεν ἐκ κλισίης* Vindd. ol. vulgo et H. — V. 218. Huic versui alius adhaeret in Vind. ed. — V. 222. *νῦν γ' αἴτιος* Vind. Ar. St. H. — V. 223. *ἐπιστάμεθα πολεμ.* V. Ald. sec. St. all. — V. 225. *ἀδδύεται* V. L.

V. 212. Quod olim ferebatur meliori magisque usitato, cuius testes sunt Ven. Vindd. libri plurimi et Kust. 928, 9, cessit, vid. ad 9, 3. Tenorem nominis *ἰγνύη* pro Ionum more in paenultima collocari, quum *ἴγνα* natura sit proparoxytonum, indicare videtur Herodianus apud schol. Ven. hisce: *Ἰωνικῶς μετέβαλε τὸν τόνον, ἐπεὶ τὸ ἀκόλουθον ἴγνυά ἐστιν, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ ϛ̅α̅ τῆς καθόλου*, add. schol. ad Il. 21, 242. et Theognost. in indice ad Bekker. anecd. Gr. p. 1382. Quam regulam minus sibi patere fatentur Lobeck. ad Phryn. 302. et Lehrs. de stud. Arist. Hom. p. 314. Exempla vero a Lobeckio congesta *ἰγνύαν* et *ἰγνύην* ab omnibus fere recepta fuisse manifesto ostendunt, neque alia est grammaticorum opinio, vid. Etym. M. 464, 53. Gud. 128, 5. Phot. 87. Idem vero nomen obliteratum reddatur oportet Arcadio de acc. 103, 27. cum aliis concordante; legimus enim: *τὰ διὰ τοῦ ὑπερδισύλλαβα βαρύνεται, ἰγνύη* (vulg. inscite *θιγύη*), *ὀρύη, εἶδος ὀσπρίου, λιβύη.*

V. 214. Idomeneum, ex amici vulnerati tentorio progressum armis semet instructurum, ad suum tendere nonnulli putarunt, unde *ἐκ κλισίης* receperunt. Barnesius contra primum intulit *ἐς κλισίην*, id quod Ernestio, etsi cum Heynio vulgare tenuit, melius est visum, quod Idomeneus v. 240 revera intrat suum tentorium. Neque aliud quidquam interpretes Graeci explicant, ut schol. Vict.: *ὁπλιούμενος δηλονότι*, inquit; *τινὲς δὲ ἐς κλισίην τοῦ ἑταίρου. οἱ δὲ ἐς ἣν ἦεν κλισίην.* Cui assentiuntur Ven. et Vind. quint., in quo perverse fertur *ἐν κλισίην.* Hisce de causis Wolfio erat adstipulandum, meliores enim libros *ἐκ κλισίης* tueri de suo finxit Bothius. Idem iniuste accusat Eustathium; etenim quum ille curiositatem eorum, qui nomen vulnerati quaesiverint, 928, 12. hisce notasset: *ὁ δέ γε ποιητὴς ἐξωμολογήσατο ἤδη φανερῶς χαλεπὸν εἶναι πάντα πράζειν αὐτῷ*, Bothius addit: „vellem indicasset Homeri locum. Vix enim credibile est significari illud *β*, 486: *ἡμεῖς δὲ κλέος οἷον ἀκούομεν, οὐδέ τι ἴδμεν.* Magis puto Graeculum dicere sententiam istam hymno in Mercur., quem

Digitized by Google

οἴχονται, τὰς Τρωσὶν ἀπείλεον υἷες Ἀχαιῶν;
Τὸν δ' αὖτ' Ἰδομενεύς, Κρητῶν ἀγός, ἀντίον ηὔδα·
ὦ Θόαν, οὔτις ἀνὴρ νῦν αἴτιος, ὅσσον ἔγωγε
γιγνώσκω· πάντες γὰρ ἐπιστάμεθα πτολεμίζειν·
οὔτε τινὰ δέος ἴσχει ἀκήριον, οὔτε τις ὄκνῳ
εἴκων ἀνδύεται πόλεμον κακόν· ἀλλά που οὕτως
μέλλει δὴ φίλον εἶναι ὑπερμενέϊ Κρονίωνι
νωνύμνους ἀπολέσθαι ἀπ' Ἄργεος ἐνθάδ' Ἀχαιούς.
ἀλλά, Θόαν· καὶ γὰρ τὸ πάρος μενεδήϊος ἦσθα,
ἀτρύνεις δὲ καὶ ἄλλον, ὅτι μεθιέντα ἴδηαι·

ap. schol. Vict. — V. 227. υἷας Ἀχ. V. et V. L. ap. schol. A. — V. 228. in fine οἶσθα Rom., male. — V. 229. ὅτε μεθ. V. et all. ὅτις μεθίησι πόνοιο Z. —

hymnum pro gemino habuerit, 205 χαλεπὸν δὲ δαήμεναι ἐστιν ἕκαστον." At meminisse debebat Bothius Eustathium respicere ad Il. 12, 176 ἀργάλεον δέ με ταῦτα, θεὸν ὥς, πάντ' ἀγορεῦσαι, cf. 898. 20.

V. 218. Inepte submittit Vind. Alteri: τῷ μιν λισσάμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα, versum aliunde arreptum, cf. 2, 22. 16, 720. 17, 326, 585. Spuria autem eius origo vel eo indicatur, quod libri quattuor clausulam attexunt, e versu 215 petitam: προσέφη κρείων Ἐνοσ.

V. 222. Aristarchum γε, Aristophanem δὲ particulae temporali addidisse schol. A. refert. Neutro magnopere egebimus, sin autem alteram utram inseramus necesse est, Aristarcho erit obtemperandum. At Ven. Vindd. et aliis plerisque obnitentibus, Wolfio morem gessi.

V. 223. Numerorum vitium bene sustulit Barnesius, cui praeter alios adsunt Vindd.

V. 225. Noli putare cum Heynio alios αὖ δύεται, quod quid sit nemo facile intelligit, edidisse. Schol. enim aperte docent Aristarchi fuisse ἀνδύεται, aliorum ἄδδύεται. Metaphoram verbi, a iumentis detrectantibus iugum traductam, illustrant Eust. 928, 52. Hesych. I, 355. et alii, cf. Il. 7, 217. Od. 9, 377.

V. 227. Vid. quae disserui ad Il. 10, 70. Veneti υἷας Ἀχαιῶν, alterum ἐνθάδ' Ἀχαιοὺς apponit schol. A. Quod ne spernamus, et alia monent exempla, uti 12, 70. 14, 70., et testes plurimi tum scripti tum impressi.

V. 228. Imperfectum, quod iam Eustathio 929, 2. molestum fuit, immerito vituperat Heynius, cf. Nitzsch. ad Od. 4, 810., et infra 16, 23.

V. 229. Vulgare tanquam lectionem variam una cum Zenodoteo appinxit schol. A. Zenodotus quidem suum duxit ex Il. 4, 240. 6, 330. 12, 268. Primum autem non solum Vindd. et Eust. 929, 3. ratum faciunt, sed poeta et ipse sibi tuetur, cf. 4, 516.

τῷ νῦν μήτ' ἀπόληγε, κέλευέ τε φωτὶ ἑκάστῳ.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα Ποσειδάων ἐνοσίχθων·
'Ἰδομενεῦ, μὴ κεῖνος ἀνὴρ ἔτι νοστήσειεν
ἐκ Τροίης, ἀλλ' αὖθι κυνῶν μέλπηθρα γένοιτο,'
ὅστις ἐπ' ἤματι τῷδε ἑκὼν μεθίῃσι μάχεσθαι.
ἀλλ' ἄγε, τεύχεα δεῦρο λαβὼν ἴθι· ταῦτα δ' ἅμα χρὴ
σπεύδειν, αἴ κ' ὄφελός τι γενώμεθα, καὶ δύ' ἐόντε.
συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν, καὶ μάλα λυγρῶν·
νῶϊ δὲ καί κ' ἀγαθοῖσιν ἐπισταίμεσθα μάχεσθαι.
Ὣς εἰπὼν ὃ μὲν αὖτις ἔβη θεὸς ἄμ πόνον ἀνδρῶν·
'Ἰδομενεὺς δ' ὅτε δὴ κλισίην εὔτυκτον ἵκανεν,
δύσετο τεύχεα καλὰ περὶ χροΐ, γέντο δὲ δοῦρε·

V. 232. ἔκ νοστήσειεν Vind. ed. — V. 233. γενέσθαι schol. ad Od. 6, 103. — V. 234. ὅστις ἔκων μεθίησιν ἐπ' ἤματι Lips. — Ib. πόνοιο Ar. — V. 236. γενόμεθα schol. biblioth. SGerm., teste Heynio. — V. 236. ἐόντες Vind. ed. — V. 237. συμφερτὸς δὲ βίη. Z. — V. 238. ἐπιστάμεσθα V. et. ol. vulgo, ἐπι-

V. 232. Praepositioni ortum dederunt proxima, sed adverbium ἔτι ab omnibus confirmatur.

V. 233. Scholiastam ad Od. l. all. diversa permiscuisse iam iudicavit Buttmannus, vid. 17, 255. 18, 179.

V. 234. Eust. 929, 11 ὅς κεν ἐπ' ἤμ. scripsit. Quod etsi ferri potest, alterum tamen longe crebrius reperitur apud poetam, vid. 4, 540. 5, 301. 9, 392. 12, 334. 14, 92. 15, 731. 17, 8, 631, 640. 23, 667, 749.

V. 236. Optativus eius esset, qui eventum prosperum paene desperaret, unde libri et Eust. 929, 23. apte εἰ vere tuentur subiunctivum, cf. 8, 282. Ultima magnam calamitatis tantae movere misericordiam schol. Vict. annotat hisce: „τὸ δὲ καὶ δύ' ἐόντε περιπαθῶς, ὡς τῶν ἄλλων ἀποκαμόντων."

V. 237. Non modo συμφερτός, sed tota etiam versus sententia molestiam quandam et curam interpretibus Graecis exhibuit, vid. scholl. Apoll. in Lex. 620. et Eust. 929, 24 sqq. Ambiguum enim esse putarunt, num particulae καὶ μάλα prioribus, an postremo sint adiungendae. Illud si quis elegerit, poeta minus vere et scite diceret: virtutem hominum imbecillium in unum collatam valere plurimum; sin autem alteram tenuerimus rationem, virtutem vel imbecillimorum in unum collatam aliquid efficere Homerus testatur. Eam igitur interpretationem, etsi in singulis dissident, et plurimi et optimi sequuntur, ac proinde verba καὶ μάλα λυγρῶν, utpote in unam quasi vocem constipanda, synaloephae signo notari iubent. Aristarchum sic praecepisse Apollonius refert hisce: καὶ γὰρ ὁ Ἀρίσταρχος τὴν ὅλην διάνοιαν ἐξηγούμενός φησιν· σφόδρα καὶ κακῶν ἀνθρώπων εἰς ταὐτὸν συνελθόντων γίνεταί τις ἀρετή. Maxime conveniunt chori verba apud Sophocl. in Ai.

Digitized by Google

βῆ δ' ἴμεν ἀστεροπῇ ἐναλίγκιος, ἥντε Κρονίων
χειρὶ λαβὼν ἐτίναξεν ἀπ' αἰγλήεντος Ὀλύμπου,
δεικνὺς σῆμα βροτοῖσιν· ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαί·
ὣς τοῦ χαλκὸς ἔλαμπε περὶ στήθεσσι θέοντος.
Μηριόνης δ' ἄρα οἱ θεράπων ἐὺς ἀντεβόλησεν
ἆγχύς ἔτι κλισίης· μετὰ γὰρ δόρυ χάλκεον ἦει
οἰσόμενος· τὸν δὲ προσέφη σθένος Ἰδομενῆος·
Μηριόνη, Μόλου υἱέ, πόδας ταχύ, φίλταθ' ἑταίρων,
τίπτ' ἦλθες πόλεμόν τε λιπὼν καὶ δῃοτῆτα;
ἦέ τι βέβληαι, βέλεος δέ σε τείρει ἀκωκή;
ἦέ τευ ἀγγελίης μετ' ἔμ' ἦλυθες; οὐδέ τοι αὐτὸς
ἧσθαι ἐνὶ κλεσίῃσι λιλαίομαι, ἀλλὰ μάχεσθαι.

στάμεθα Vind. ed., pejus etiam. — V. 239. ἀμπόνον ol. vulgo. H. et Both. — V. 245. Ἔλαμπεν ἔνι στ. Z. et Aristoph. στήθεσφιν Vind. ed. — V. 246. Θεραπωνεὺς grammat. quid. δουρὶ κλυτὸς Z. et Aristoph. — V. 247. κατὰ γὰρ δόρυ Ernest., vitiose. — V. 252. οὐδέ τι Vind. ed. Eust. 929, 54. St. et all. —

161 καὶ μέγας ὀρθοῦθ' ὑπὸ μακροτέρων, ubi schol. Homericorum haud immemor fuit.

V. 238. Numerorum defectum, qui Eustath. 929, 36. cum plurimis est communis, explent libri duo apud Heyn., Vind. un. et schol. A. Nec rerum editorum sollertiam fefellit: optativum enim reponunt Ald. in altera, Stephanus aliique plures cf. Bekk. in cens. ed. Wolf. l. l. p. 125.

V. 239. Nomen et praepositionem conflarunt libri saepius, vid. 16, 726. 17, 82. et Etym. M. 85, 54. Melius autem singula separari exposui ad 5, 87. 6, 441.

V. 244. Postrema pars ad Sirii splendorem, quocum Achillis armorum fulgore insignis comparatur, traducta legitur 22, 27.

V. 245. Tum praepositioni tum dativi formae passim depravatae fidem addunt Ven. Vind. quint. all. libri et Eust. 929, 41., cf. v. 497. et 22, 32. Aptiorem vero esse περὶ ex eo efficitur, quod Homeri principes thoracem solent induere, vid. ad 11, 19.

V. 246. Indoctiorum fuisse Θεραπωνεὺς Ptolemaeus Ascalonita apud schol. Venet. ostendit. Uti enim λέων, λέοντος gignit nomen Λεοντεύς, ita θεράπων, οντος, si derivato simili utatur, Θεραποντεὺς sibi flagitare consequens esse dicit. Quam ob rem Aristarcho adstipulatus Θεράπων ἐὺς adoptavit, cf. 23, 528, 860, 888.

V. 252. Quaestionem alibi agitatam hic movent grammatici. Etenim quum ἀγγελίην nuntium sive rem nuntio allatam Homero Il. 3, 206. 4, 384. 11, 140. 15, 639 sq. et nostro l. incommodam et alienam censuissent, exstiterunt qui ἀγγελίης δ, i. e. nuntius seu legatus, Iadi antiquae concederent, idque exemplis commemoratis probarent. Quod artificium, ut suspicor, ab Apione excogitatum, vid. eius glossas Homericas Etymol. Gudiano adiunctas p. 603, 53 sq., per aliorum libros late propagatum est, cf. schol.

*Τὸν δ' αὖ Μηριόνης πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα·*
255 [*Ἰδομενεῦ, Κρητῶν βουληφόρε χαλκοχιτώνων,*]
*ἔρχομαι, εἴ τί τοι ἔγχος ἐνὶ κλισίῃσι λέλειπται,*
*οἰσόμενος· τὸ νυ γὰρ κατεάξαμεν, ὃ πρὶν ἔχεσκον,*
*ἀσπίδα Δηϊφόβοιο βαλὼν ὑπερηνορέοντος.*
*Τὸν δ' αὖτ' Ἰδομενεύς, Κρητῶν ἀγός, ἀντίον ηὔδα·*

V. 255. abest a Ven. et all. — V. 257. *κατέαξα μὲν* all. *κατεήξαμεν* Z. — V. 259. *τὸν δ' αὖ Ἰδ.* ol. vulgo. — V. 260. *δούρατά γ', αἰχ' ἐθ.* ol. vulgo et H. — V. 261. *προσενώπια*

Ven. ll. all. Apollon. Lex. Hom. 26. Etym. M. 7, 34. Hesych. I, 37. Phavor. 13, 20. Ei autem explicationi tantam, quanta Buttmanno videtur, neque antiquitatem neque fidem statuere possum. Ut enim Zenodotum atque Eustathium dissidentes praeteream, id ipsum aliquam excitare poterit suspicionem, quod ad nullum idoneum refertur testem ac sponsorem. Errorem autem inveteratum patrum memoria exstirpare conatus est Tollius in Excurs. ad Apollon. Lexic. p. 735 sqq. Is quum, Eustathio praeeunte, praepositionis ellipsi rem explicandam iudicasset, huius nostrae aetatis, machinis istis infensae, plausum non tulit. Aliam igitur viam ingressi sunt tum Hermannus in Opusc. I. p. 190 sqq., tum Buttmann. in Lexil. II. p. 202 sqq. Quorum ille e loquutionis diversae colluvione, hic ex ambigua genitivi natura poetae sermonem melius expediri posse censuit. Recte autem, ut mihi videtur, Buttmannus ancipitem casus secundi potestatem totius quaestionis ponit fundamentum. Ea enim permittit, ut *ἀγγελίη τινὸς* duo possit significare, i. e. vel nuntium ab aliquo missum, vel nuntium de aliquo. Neutrum fuisse Homero ignotum intelligimus comparando Od. 5, 150 *ἦϊ', ἐπειδὴ Ζηνὸς ἐπέκλυεν ἀγγελιάων*, add. 7, 263. h. in Ven. 216. Quint. Sm. VII, 154. et Od. I, 408 *ἦέ τιν' ἀγγελίην πατρὸς φέρεν ἐρχομένοιο*, ib. 2, 30, 42. 10, 245. Utrumque autem distinctius describi poterit praepositione adiuncta: vide illius exempla Il. 2, 787. 16, 13.; huius apparet in Od. 16, 334 *τῆς αὐτῆς ἕνεκ' ἀγγελίης*, cui congruit Il. 3, 206. Nec minus idem brevius dici licebit *ἀγγελίης ἔρχεσθαι, οἴχεσθαι*, quod simili genitivi usu Buttmannus et Hermannus demonstrarunt, ad nuntium ferendum ire, venire, cf. hymn. Hom. in Cer. 449. ibique Vossium et Hesiod. theog. 781. Accusativus vero eidem congruet: quemadmodum enim nuntium mittere dicitur in Od. 16, 355 *μή τιν' ἔτ' ἀγγελίην ὀτρύνομεν*, et in Il. 15, 174. Iris Neptunum appellat hisce: *ἀγγελίην τινά τοι, Γαιήοχε, κυανοχαῖτα, Ἦλθον δεῦρο φέρουσα*, ita idem fere erit *ἀγγελίην ἔρχεσθαι, ἀγγελίην τινὰ ἀποστέλλειν* nuntium obire, nuntium aliquem mittere, vid. Il. 4, 384. 11, 140. Sin autem duplex adest genitivus alter ad nomen *ἀγγελίη* referatur necesse est. Quapropter Buttmann. nostri versus sententiam minus recte dicit hanc esse: „an ad me venisti cum aliquo nuntio?“ Loci enim cognati, ut vertamus, postulant: „an ad me venisti nuntium aliqua de re allaturus?“ Unde Zenodotus Il. 3, 206 *σῆς ἕνεκ' ἀγγελίης* perperam scripsit, etsi recte legitur Il. 19,

Digitized by Google

δούρατα δ', αἴ κ' ἐθέλησθα, καὶ ἓν καὶ εἴκοσι δήεις
ἑσταότ' ἐν κλισίῃ πρὸς ἐνώπια παμφανόωντα,
Τρώϊα, τὰ κταμένων ἀποαίνυμαι. οὐ γὰρ ὀΐω
ἀνδρῶν δυσμενέων ἐκὰς ἱστάμενος πολεμίζειν.
τῷ μοι δούρατά τ' ἔστι καὶ ἀσπίδες ὁμφαλόεσσαι,
καὶ κόρυθες καὶ θώρηκες λαμπρὸν γανόωντες.

Hesych. apud Schowium p. 685 et libri quidam. — V. 264. | δούρατά ἐστι ol. vulgo δούρατ', ἐστι Ald. sec. Rom. —

336 — καὶ ἐμὴν ποτιδέγμενον αἰεὶ Λυγρὴν ἀγγελίην, cuius similem habuit Zenodotus illum versum. Sed quemnam de Achille pater exspectaverit nuntium, hic satis declaratur adiectivo λυγρή, illic Antenor hoc sibi vult: Ulixem et Menelaum ad nuntium de Helena, neque alia quacunque re, ferendum Troiam venisse legatos. Inest igitur pronomini secundae personae vis illa ἀντιδιαστολική, de qua toties asseverant Graeci Iliados interpretes.

V. 255. Abest a Veneto et Townlei in margine adscriptus, unde Wolfius eum pro spurio habuit. Heynius nos illo carere posse negat, revera tamen exemplaria plura haec praetermisisse silentio schol. Vict. ostendit his adiectis: ἐν τισι μετὰ τοῦτο φέρεται Ἰδομενεῦ, Κρ. κ. τ. λ.

V. 257. Numeri permutati iam antiquis molestiam crearunt. Ex quibus alii pluralem Acolum more singularis locum occupasse dicunt, idque stabiliunt Euripidis versu in Ione 391 obvio: κωλυόμεσθα μὴ παθεῖν ἃ βούλομαι, vid. Matth. gr. Gr. §. 293., alii κατέαξα μὲν emendarunt. Nostra aetate Bentleius et Thierschius tantopere eo sunt offensi, ut alter κατέαξά μοι, alter κατεαξάμεν i. e. κατεαξάμην in gr. Gr. §. 268. 10. proponeret. At haec quidem forma nullo alio exemplo defendi possit, pronominis autem dativus ex Homeri norma erit praemittendus, vid. Il. 3, 367. Od. 5, 316. 9, 283. Artificium aliud nobis narrat Eustathius, qui pluralem a nonnullis ad Deiphobum Merionemque relatum esse auctor est. Sed nihil eo proficimus.

V. 259. Literulae olim neglectae fidem faciunt Ven. Vindob. un. et alii plures apud Heynium. Ea vero librariorum socordia passim evanuit, cf. 221. 274. 311.

V. 260. Particula γε Heynio aptior visa non exstat in ullo meliore, uti Ven. Vindd. et aliis multis. Vulgare autem sequuntur Eust. 930, 15. cum Rom. et schol. Vict.: „δούρατα δή, κἂν ἓν ζητῇς, κἂν εἴκοσι θέλῃς, ὅ ἐστι πολλά.“ Numeralia vero, ne quid obscuri et ancipitis resideat, virgula distingui iubet schol. A.: οὐκ ἀπίθανον διαστέλλειν ἐπὶ τὸ ἓν πρὸς τὸ σαφές.

V. 261. Non tam de singulorum compositione quam coniunctione interpretes dubitasse indicant schol. Ven. et Eust. 930, 24. Alii enim ἐνώπια παμφανόωντα, alii δούρατα ita appellari putarunt. Sed qui προσενώπια παμφ. receperunt, ii hastas parieti adfectas, splendidas intellexerunt. Vulgaris autem ratio probatur iis, quae supra legimus 8, 435.

V. 264. Numeris satis faciunt Ven, Harl, Vind. un, et Eust.

Τὸν δ' αὖ Μηριόνης πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα·
καί τοι ἐμοὶ παρά τε κλισίῃ καὶ νηῒ μελαίνῃ
πόλλ' ἔναρα Τρώων· ἀλλ' οὐ σχεδόν ἐστιν ἑλέσθαι.
οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐμέ φημι λελασμένον ἔμμεναι ἀλκῆς,
ἀλλὰ μετὰ πρώτοισι μάχην ἀνὰ κυδιάνειραν
ἵσταμαι, ὁππότε νεῖκος ὀρώρηται πολέμοιο.
ἄλλον πού τινα μᾶλλον Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων
λήθω μαρνάμενος, σὲ δὲ ἴδμεναι αὐτὸν ὀΐω.
Τὸν δ' αὖτ' Ἰδομενεύς, Κρητῶν ἀγός, ἀντίον ηὔδα·
οἶδ' ἀρετὴν οἷός ἐσσι· τί σε χρὴ ταῦτα λέγεσθαι;
εἰ γὰρ νῦν παρὰ νηυσὶ λεγοίμεθα πάντες ἄριστοι
ἐς λόχον, ἔνθα μάλιστ' ἀρετὴ διαείδεται ἀνδρῶν,
ἔνθ' ὅ τε δειλὸς ἀνήρ, ὅς τ' ἄλκιμος, ἐξεφαάνθη —

V. 275. οἷός γ' ἐσσὶ Vind. quint. — V. 276. εἰ γὰρ δὴ Vind. un. — V. 277. ἄνδρα Etym. M. 138, 34, male. — V. 278. ὅ τ' ἄλκ. Vind. ed. ὅ τε ἄλκ. Etym. M. 261, 32. — V. 279. τρεπετε V., male. — V. 280. ἐρητύεται ἐν φρεσὶ Eust. 931, 2. et Rom. — V. 285. ἐπειδὴν damnat Thiersch. In gr. Gr. §. 930, 9, a quo defecit Romana. Opponuntur autem hastae clypeis, galeis et thoracibus, hostium caesorum corporibus detractis.

V. 276. Ut alias saepe accidit, ita hoc loco permutatae sunt νῦν et δή. Illam autem tum Eust. 931, 12. tum schol. Ven. suo assensu comprobant. Ceterum λεγοίμεθα idem recte explicat, etsi alii a vero aberrant, cf. Apoll. Lex. 434 ibique interpretes.

V. 277 sq. Ubi maxime perspicitur fortitudo virorum; ex quo apparet ἄνδρα in Etym. magno obvium esse depravatum, cf. 8, 535., ubi Hector de Diomedis virtute pugna crastina spectanda similiter loquitur. Sua autem et propria vis verbo διαείδομαι est in Apollon. Argon. I, 546. et Callimach. hymn. in Del. 191. Versum insequentem Köppenius et Heynius, suspicione falsa inducti, interpolatoris esse arbitrantur. Proximis enim diligentius collatis, singula quaeque ad illum respicere intelliges; poeta igitur de suo more id, quod generatim dixerat, accuratius et plenius illustrat et quasi pertractat. Excitavit autem eum et instantem Etym. M. auctor 261, 32. et 484, 41., apud quem ὅ τε τ' ἄλκιμος, a Thoma Bentleio ex libris Italis eruditis, optime scribemus. In Apollon. Lex. 216. poetae manum redintegravit Villoisonius et cum libris Eust. 931, 27. facit.

V. 280. Diphthongo a Romana ex Eustathii commentariis ingestae contradicunt et libri et Stobaeus in florileg. tit. 49. p. 355. [Tit. 51, 15. ed. Gaisf.], ubi sex versus Homerici adscripti leguntur.

V. 281. Hunc versum in nonnullis Stobaei exemplaribus neglectum afferunt Etym. M. 187, 34. et Orion. 36, 20., cf. Iacobs. ad Anthol. Pal. 498.

Digitized by Google

τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλῃ·
οὐδέ οἱ ἀτρέμας ἧσθαι ἐρητύετ' ἐν φρεσὶ θυμός,
ἀλλὰ μετοκλάζει, καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἴζει·
ἐν δέ τε οἱ κραδίῃ μεγάλα στέρνοισι πατάσσει
Κῆρας ὀϊομένῳ, πάταγος δέ τε γίγνετ' ὀδόντων·
τοῦ δ' ἀγαθοῦ οὔτ' ἂρ τρέπεται χρώς, οὔτε τι λίην
ταρβεῖ, ἐπειδὰν πρῶτον ἐείζηται λοχον ἀνδρῶν,
ἀρᾶται δὲ τάχιστα μιγήμεναι ἐν δαὶ λυγρῇ —
οὐδέ κεν ἔνθα τεύν γε μένος καὶ χεῖρας ὄνοιτο.
εἴπερ γάρ κε βλεῖο πονεύμενος, ἠὲ τυπείης,
οὐκ ἂν ἐν αὐχέν' ὄπισθε πέσοι βέλος, οὐδ' ἐνὶ νώτῳ,
ἀλλά κεν ἢ στέρνων ἢ νηδύος ἀντιάσειεν
πρόσσω ἰεμένοιο μετὰ προμάχων ὀαριστύν.

324. 2. — V. 287. τέον τε μένος Vind. quint. — V. 288. καὶ βλεῖο Thiersch. in gr. Gr. §. 330. 5. b. — V. 289. οὔ κεν ἐν αὐχ. V. L. ap. schol. A. — V. 290. ἢ στέρνοιο ἢ νηδ. Vind. ed. — V. 291. πρ. ἰεμένοιο V. St. et all. —

V. 283. Aristophan. schol. ad nub. 377., dum haec sic profert: πάταγός τε διὰ στόμα γίνετ' ὀδόντων, diversa duo, nostrum et Il. 10, 375. in unum conflavit.

V. 285. Eustathius quum ad Il. ζ', 652, 7. ἐπειδὰν posteriorum esse dicat, Thierschius eo expulso ἐπὴν δὴ emendandum esse censuit. Sed eodem iure ἐπὴν τὸ πρῶτον aliquis coniicere possit; libris autem in recepto consentientibus et Eustath. ipso 932, 11. accedente nihil temere novaverim.

V. 287. Plus gravitatis particulae γε inest, quam ut Aristarcheum schol. Venet. una cum libro nobis transmisit. Nec dissident aut Eust. 931, 36., aut schol. B., qui adiicit: τεόν γε, τοῦ Θαρσαλέου δηλονότι, λείπει δὲ τὸ τίς.

V. 288. Grammatici raram verbi formam saepius illustrant, vid. scholl. Etym. M. 201, 38. et Eust. 932, 24. ita disputantem: διὰ διφθόγγου δὲ γράφεται τὸ βλεῖο, οἷον εὐκτικὸν μέσον ἀορίστου δευτέρου ἀπὸ τοῦ βλῆμι ἀχρήστου, ὁ δεύτερος ἀόριστος ἔβλην, μέσος δὲ ἐβλέμην, καὶ εὐκτικὸν βλείμην βλεῖο, οὐ προσιτὰ ταῦτα λόγῳ πεζῷ. Thierschio paucis e libris particulam mutanti quum alia obnituntur tum sententia ipsa. Neque enim Idomeneus dicit: etiamsi vulneratus fueris, sed etsi forsitan evenerit, ut plaga tibi infligatur, ea nec tergo nec collo erit incussa.

V. 289. Exemplaribus communibus οὔ κεν, Aristarcho autem οὐκ ἄν fuisse scholiasta Ven. memoriae prodidit. Illud fere evanuit, nunc ἄν praeter libros apud Eust. 931, 39. reperitur.

V. 290. Singularem a Vindob. aliunde sumptum, vid. 4, 106, 530., plurali posthabent Ven. Vind. quint. Eust. 931, 39. et alii plures.

V. 291. Editiones priores spiritum lenem praeter Romanam

ἀλλ' ἄγε, μηκέτι ταῦτα λεγώμεθα, νηπύτιοι ὥς;
ἑσταότες, μή πού τις ὑπερφιάλως νεμεσήσῃ·
ἀλλὰ σύγε χλισίηνδε κιὼν ἕλευ ὄβριμον ἔγχος.
Ὣς φάτο· Μηριόνης δέ, θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηϊ,
καρπαλίμως χλισίηθεν ἀνείλετο χάλκεον ἔγχος,
βῆ δὲ μετ' Ἰδομενῆα μέγα πτολέμοιο μεμηλώς.
οἷος δὲ βροτολοιγὸς Ἄρης πόλεμόνδε μέτεισιν,
τῷ δὲ Φόβος, φίλος υἱός, ἅμα κρατερὸς καὶ ἀταρβής,
ἕσπετο, ὅστ' ἐφόβησε ταλάφρονά περ πολεμιστήν·
τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρήκης Ἐφύρους μέτα θωρήσσεσθον
ἠὲ μετὰ Φλεγύας μεγαλήτορας· οὐδ' ἄρα τώγε
ἔκλυον ἀμφοτέρων, ἑτέροισι δὲ κῦδος ἔδωκαν·

V. 292. ἀλλά γε Harl. et Greg. Cor. de dial. 88. — V. 293. μή πως τις Eust. 931, 43. et Rom. — V. 298. μετ' εἶσι all., ut videtur. — V. 301. εἰς Ἐφύρους πόλεμον μέτα Pausan. IX, 36, 2. μεταθωρήσα. Ald. sec. — V. 303. ἀμφοτέροις Vind. quint.

tenent, melius autem Vindd. et Eust. 931, 40. rem administrarunt, cf. ad 2, 154.

V. 292 repetitur in Il. 20, 244., ubi Achilles et Aeneas colloquentes inducuntur; priora sunt in Od. 13, 296., media autem Od. 3, 240., cf. ad 2, 435.

V. 293. Familiare poetae est quotidianum, vid. 14, 130., fides ergo deroganda erit Eustathio.

V. 298. Alteram particulam abundare veteres indicant, vid. scholl. BL. et Eust. 932, 51. Nec vero Homero ea abundantia, si qua est, ignota fuit, vid. 6, 86.

V. 301. Librorum consensum maxime confirmant Apoll. in Lex. 315. schol. ad Soph. Antig. 966. et Strab. X, 674. b.; labeculas autem scholiastae Sophoclis et Straboni adspersas vel codices meliores vel poeta detergunt. Nec dubium est, quin praepositio sit referenda ad nomen, id quod inter alios Eust. 935, 54. testatur hisce: Ἐφύρους μέτα ἦγον εἰς Ἔφυρον θωρήσεσθον. Atque optimi quique, ut Venet., Il. 20, 39. idem sequuntur: nam πόλεμον μέτα θωρήσεσθαι nihil differt a magis usitato ἐς πόλεμον θ., vid. Heyn. et Rassov. in Lex. v. μεταθωρήσομαι. Rariorem dualis formam attigi ad 10, 364.

V. 303. Dativum, a Vindobonnensi uno suppeditatum, non prorsus esse insolentem ad 16, 76. videbimus.

V. 307. Bothio τώ, quod e particulis τοι et ἄρα coaluisse putat, reponenti Ven. et alias saepe et hic adversatur, cf. ad 1, 8.

V. 308. Syllabas paragogicas φι et φιν non genitivo et dativo solis, verum etiam nominativo, accusativo et vocativo adhaerescere arbitri veteres statuerunt, vid. schol. Ven. ad Il. 13, 588. Et. M. 800, 3. His obviam ivit Buttmann. in gr. ampl. §. 56. annot. 2. et Matth. in gr. Gr. §. 81., quanquam hic accusativos

Digitized by Google

τοῖσι Μηριόνης τε καὶ Ἰδομενεύς, ἀγοὶ ἀνδρῶν,
ἧῖσαν ἐς πόλεμον κεκορυθμένοι αἴθοπι χαλκῷ.
τὸν καὶ Μηριόνης πρότερος πρὸς μῦθον ἔειπεν·
Δευκαλίδη, πῇ τ' ἄρ μέμονας καταδῦναι ὅμιλον;
ἦ ἐπὶ δεξιόφιν παντὸς στρατοῦ, ἦ ἀνὰ μέσσους,
ἦ ἐπ' ἀριστερόφιν; ἐπεὶ οὔ ποθι κλῄομαι οὕτως
δευέσθαι πολέμοιο κορηκομόωντας Ἀχαιούς.
Τὸν δ' αὖτ' Ἰδομενεύς, Κρητῶν ἀγός, ἀντίον ηὔδα·
νηυσὶ μὲν ἐν μέσσῃσιν ἀμύνειν εἰσὶ καὶ ἄλλοι,
Αἴαντές τε δύω, Τεῦκρός θ', ὃς ἄριστος Ἀχαιῶν
τοξοσύνῃ, ἀγαθὸς δὲ καὶ ἐν σταδίῃ ὑσμίνῃ·
οἵ μιν ἄδην ἐλόωσι, καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο,

— V. 307. πῇ τἄρ Both. — V. 308. ἀνὰ μέσσον Ald. sec. et antiqq. — V. 309. οὔ ποτε schol. Vict. — Ib. οὕτω vulg. — V. 315. οἵ μιν ἄδην λίσονσι gramm. quid. — Ib. πολεμίζειν Z. —

adesse non negat. Neque id absurdum erit habendum, vid. Thiersch. in gr. §. 177, 6. et Rost. in append. de dial. §. 22, 23. annot. 2. Nam poeta ἐπὶ δεξιὰ et ἐπ' ἀριστερὰ semper dixit, veluti 7, 238. 12, 239 sq. 13, 326. 17, 116., add. Lobeck. ad Phryn. 259.

V. 309. In versus exitu literam, scribarum negligentia praetermissam, ex fuga retraxi, cf. ad 4, 307.

V. 315. Interpretes et verbum et totius sententiae conformationem ambiguam esse admonent. Schol. A. e commentariis quibusdam, quorum Aristarchus fuerat memor, οἵ μιν ἄδην ἐλάσωσι sive ἐλάσουσι profert, vid. ad Il. 19, 402. Plurimi autem ἄδην ἐλόωσι καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο, ut nunc edi solet, verum habuerunt, eo potissimum moti, quod istis confinia sunt duo alia, unum Il. 19, 423 οὐ λήξω, πρὶν Τρῶας ἄδην ἐλάσαι πολέμοιο; alterum Odysseae 5, 290 ἀλλ' ἔτι μέν μιν φημι ἄδην ἐλάσαι κακότητος. Quibus impulsi, quum singula duplici modo liceat connectere, plurimi eam, quam schol. A. proposuit, rationem sequuntur. Ille autem ἄδην ἐλόωσι πολέμου coniunxit eaque dicta censuit: ἀντὶ τοῦ χορτασθῆναι αὐτὸν ποιήσουσι τοῦ πολέμου. Neque aliter distinguunt Wolfius, Heynius et Bothius, exemplo Tyrtaei ex eleg. fragm. II, 9 sq. insuper addito: καὶ πρὸς φευγόντων τε διωκόντων τ' ἐγένεσθε, ὦ νέοι, ἀμφοτέρων δ' εἰς χόρον ἡλάσατε. Alterum nec scholiastam neque Eustath. fugit 934, I.: ὅτι καὶ ἐνταῦθα κεῖται τὸ ἄδην ἀντὶ τοῦ δαψιλῶς δι' ἑνὸς δ καὶ στοιχῆς τῆς ᾱ· φησὶ γὰρ οἵ μιν ἄδην ἐλόωσιν, ἤγουν δαψιλῶς καὶ εἰς χόρον οἱ Αἴαντες καὶ Τεῦκρος, καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο Ἕκτορα. Eius vestigia et Steph. Berglerus pressit transferendo: „qui illum satis exercebunt, perquam incitatum licet ad pugnam," neque haec falsa visa sunt Vossio, interpreti nostro. Homericum sermonem alibi congruere Il. 24, 404. Od. 4, 373. et hymn. in Merc. 299. testificantur. Quibus perpensis, num Buttmann. in Lexil.



Digitized by Google

Ἕκτορα Πριαμίδην, καὶ εἰ μάλα καρτερός ἐστιν.
αἰπύ οἱ ἐσσεῖται, μάλα περ μεμαῶτι μάχεσθαι,
κείνων νικήσαντι μένος καὶ χεῖρας ἀάπτους,
νῆας ἐνιπρῆσαι, ὅτε μὴ αὐτός γε Κρονίων
ἐμβάλοι αἰθόμενον δαλὸν νήεσσι θοῇσιν.
ἀνδρὶ δέ κ' οὐκ εἴξειε μέγας Τελαμώνιος Αἴας,
ὃς θνητός τ' εἴη, καὶ ἔδοι Δημήτερος ἀκτήν,
χαλκῷ τε ῥηκτὸς μεγάλοισί τε χερμαδίοισιν·
οὐδ' ἂν Ἀχιλλῆϊ ῥηξήνορι χωρήσειεν
ἔν γ' αὐτοσταδίῃ· ποσὶ δ' οὔπως ἔστιν ἐρίζειν.

V. 316 abest a Ven. — Ib. εἰ καὶ Bentl. et Gerb. Lect. Apoll. p. 160. — V. 318. ἀάπτους Aristophan., ut videtur. — V. 320. ἐμβάλῃ Thiersch. in gr. Gr. §. 322. 14. a. — V. 321.

II, 133. recte vereque existimaverit, dubitabis: etenim ille ἄδην ἀλάαν πολέμοιο probe in bello excitare reddit, loci genitivum subesse ratus, eique adstipulantur quum Bothius tum etiam Nitzsch. ad Od. 5, 290. Ne quid autem dicam de structura impedita sane et tortuosa, ab ipsa exemplorum natura alieni sunt isti genitivi. Nam quae tanquam similia excitant, velut ποταμοῖο λούεσθαι, πυρὸς θέρεσθαι, πεδίοιο ἰέναι, ea omnia multum distant ab illis. Quare genitivum aut ad adverbium esse referendum aut cum participio coniungendum magis est verisimile. Huic minime obstat 13, 630 ἀλλά ποθι σχήσεσθε, καὶ ἐσσύμενοί περ Ἄρηος: nam apparet unam eandemque manere sententiam, sive ante ultimum nomen comma adsit, sive tollatur. Zenodotus autem non tam e libris, quam ex aliis Homeri dictis, infinitivum, quo omnem ambigendi causam tolleret, huc transtulit, cf. 11, 717. Od. 4, 416. et infra ad vers. 787. Iniuste ergo obiicit ei inscitiam schol. A. hisce: ἡ διπλῆ δὲ, ὅτι Ζηνόδοτος ἀγνοήσας τὸ σημαινόμενον πεποίηκε καὶ ἐσσύμενον πολεμίζειν.

V. 316 Venet. omisit, in Townl. margini legitur adscriptus. Ex quo Heynius efficere studuit eum a rhapsodo quodam interpretandi causa suppositum et ad similitudinem eorum, quae 5, 420. habemus, excusum esse. Illo autem depulso, quis tandem sit, quem Aiacum fortitudine repellendum dicat Idomeneus, minus intelligitur. Qua de causa versu, cui libri alii et Enst. auxilio sunt, vix carere possumus. Plus etiam molestiae particulae καὶ εἰ viris doctis attulerunt, quas, quum εἰ καὶ crebrius usurpentur, vel novas vel prorsus inauditas duxerunt, cf. Steph. thes. ling. Gr. II, 3520. a. et Brunck. ad Apoll. Rh. IV, 1655. Suspicio ista augetur eo, quod καὶ in ultima pedis regione nonnisi raro producitur, vid. Herm. ad Orph. p. 727 sq. His igitur ex causis emendatio, quam supra commemoravi, orta est, eique maiorem addere videtur fidem discrimen illud, quo εἰ καὶ et καὶ εἰ dignosci tradunt Hermann. ad Viger. p. 832. 307. et Passov. in Lex. p. 530 sq. Verum plura hic sunt et consideranda et ex-

νῶϊν δ' ὧδ' ἐπ' ἀριστερ' ἔχε στρατοῦ, ὄφρα τάχιστα
εἴδομεν, ἠέ τῳ εὖχος ὀρέξομεν, ἠέ τις ἡμῖν.
Ὣς φάτο· Μηριόνης δέ, θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηϊ,
ἦρχ' ἴμεν, ὄφρ' ἀφίκοντο κατὰ στρατόν, ἦ μὶν ἀνώγει.
Οἳ δ' ὡς Ἰδομενῆα ἴδον, φλογὶ εἴκελον ἀλκήν,
αὐτὸν καὶ θεράποντα σὺν ἔντεσι δαιδαλέοισιν,
κεκλόμενοι καθ' ὅμιλον ἐπ' αὐτῷ πάντες ἔβησαν.
τῶν δ' ὁμὸν ἵστατο νεῖκος ἐπὶ πρύμνῃσι νέεσσιν.
ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ λιγέων ἀνέμων σπέρχωσιν ἄελλαι
ἤματι τῷ, ὅτε τε πλείστη κόνις ἀμφὶ κελεύθους,

ἄνδρι δ' οὐκ εἴξαι Aristid. II, 285. — V. 325. ἴν τ' αὐτοσι. Vind. ed. — V. 329. ὄφρ' ἀφίκοιτο Harl. — V. 331. σὺν ἔντεσι μαρμαίροντα V. L. ap. schol. A. λευγαλέοισι schol. Lips. —

plicanda, de quibus copiosius agam in Excurs. XXIII. Nihil autem temere fuisse mutandum exempla tum alia monent, tum ea, quae e Graecis scriptoribus Schaeferi congessit diligentia ad Longi Pastoral. p. 355.

V. 318. Aristarchi pluralem κείνων fuisse schol. A. dicit, ab aliis igitur vel dualis vel singularis erat scriptus. Idem vero interpres, dum ait: Ἀρίσταρχος ἀέπτους, ἄλλοι δὲ ἀάπτους sibi ipsi repugnat, quippe qui ad Il. 1, 567. ἀάπτους Zenodoto et Aristarcho, sed ἀέπτους Aristophani ἐν γλώσσαις tribuat. Si quid igitur video, Aristarchi et Aristophanis nomina confuderunt librarii. Accedit, quod ᾱ duplex et libri et grammatici tueri solent, velut scholl. Ven. Eust. 150, 14. 934, 11. Etym. M. 1, 35, 133, 46. et alii, add. Lehrs. de stud. Arist. Hom. 143.

V. 319. Thierschium de particulis ὅτε μή, quas arcta cognatione εἰ μὴ attingunt, perperam olim iudicasse in complementis diar. litterar. Ienens. a. 1817. p. 38. demonstravi. Optativum autem bene et commode dici insuper ostendit Hermann. in opusc. II, 36., subiunctivus ἐμβάλῃ forsitan soli Barnesii coniecturae debetur.

V. 321. Aristidis vitium, ex Homero diluendum, de quo nec libri neque Eustath. 934, 13. diversi quidquam memoriae prodiderunt, in peius et maius auxerunt interpretes corrigendo ἀνέρι δ' οὐκ εἴξαι.

V. 325. Vindobonensi edito obstant lib. quint. Eustath. 934, 15., et alii.

V. 327. Paene integer adfuit 12, 320, e quo glossam recte esse deiectam vel haec verba sunt argumento.

V. 329. Comprehendit Homerus utrumque, Idomeneum et Merionem. Quod qui minus perspicerent Merionique soli verbum adiungerent, ὄφρ' ἀφίκοιτο dederunt. Ei vero repugnant Ven. Vindd. et meliores.

V. 331. Schol. A. varietas alibi exstat, ut infra 16, 279, cf. 12, 195. 16, 664. 18, 131, 617. 23, 27. Prius vero quum

ρῖτ' ἄμυδις κονίης μεγάλην ἰστᾶσιν ὁμίχλην·
ὣς ἄρα τῶν ὁμόσ' ἦλθε μάχη, μέμασαν δ' ἐνὶ θυμῷ
ἀλλήλους καθ' ὅμιλον ἐναιρέμεν ὀξέϊ χαλκῷ.
ἔφριξεν δὲ μάχη φθισίμβροτος ἐγχείῃσιν
μακρῇς, ἃς εἶχον ταμεσίχροας· ὄσσε δ' ἄμερδεν
αὐγὴ χαλκείη κορύθων ἄπο λαμπομενάων,
θωρήκων τε νεοσμήκτων, σακέων τε φαεινῶν,
ἐρχομένων ἄμυδις· μάλα κεν θρασυκάρδιος εἴη
ὃς τότε γηθήσειεν ἰδὼν πόνον, οὐδ' ἀκάχοιτο.
Τὼ δ' ἀμφὶς φρονέοντε δύω Κρόνου υἱε κραταιὼ
ἀνδράσιν ἡρώεσσιν ἐτεύχετον ἄλγεα λυγρά.

V. 337. ὁμίχλην V. Vindd. et H., vid. ad 3, 10. — V. 341. ἀπολαμπομενάων Eust. 935, 10. — V. 346. τετεύχατον ol. vulgo et Eust. 976, 39. τετεύχετον V. Vind. quint. all. W. et Both. — V. 347. Ζεὺς μέν ῥα Ar. V. — V. 348. οὐδ' ὄγε πάμπαν H. et ol. vulgo. — V. 349. ὀλέσσαι Ald. sec. St. — V. 354. ἡ μέν

poeta haud ignoret, vid. 6, 458. 13, 719., augurari licebit alterum ab eo esse adscriptum, qui recordabatur illorum, quae de Patroclo et Automedonte dicuntur.

V. 339. Affertur a schol. ad Eurip. Phoen. 115, ubi φθισίβροτος, in uno libro scriptum, bene tollitur ab altero.

V. 341. Praepositionem discretam volunt libri meliores, etsi pravo reperitur notata tenore. Interpretes comparant Lucret. II, 50 fulgor ab auro, vid. Matth. gr. Gr. p. 1129 sub finem. Suid. II, 299 vitiosius etiam aliis scribit: αὐγὴ χαλκείης κόρυθος ἀπολαμπομένης, add. schol. ad Aristoph. Acharn. 1127.

V. 344. De poetae sententia post alios quaesivit Heynius. At nescio quid difficultatis viri docti sibimet ipsi obstruxerint. Omnia enim plana et aperta sunt, si intellexeris θρασυκάρδιον eum, qui animo obdurato caesorum misericordia nihil movetur, sed hominum strage laetatur. Quare γηθήσειεν et οὐδ' ἀκάχοιτο non tam synonyma sunt habenda, quam sibi invicem opposita: id quod bene iudicavit Hermogen. περὶ μεθόδ. δεινότ., cuius verba adscripsit Clarkius.

V. 346. Aoristum sive imperfectum schol. A. tuetur hisce: ἢ διπλῆ, ὅτι ἀντὶ τοῦ τετευχέτην ἢ τεύχουσι. χρόνος δὲ ἤλλακται· ἴσασι γὰρ ἀντὶ τοῦ ἔτευχον, ὡς ἐπὶ τοῦ ἢ κεμάδ' ἠὲ λαγωὸν ἑπέλγετον (Il. 10, 361) ἀντὶ τοῦ ἤπειγον. Idem vero quum sit auctor alios ἡρώεσσιν ἐτεύχετον habuisse, id recipiendum fuisse Buttm. in Gr. ampl. II. p. 236. not. ostendit.

V. 347. Aristarchus, cur μογοσύλλαβον satius habuerit, vix intelligitur. Ei autem, quod Wolfius restituit, tum Vindd. aliique adsunt, tum numerorum concinnitas patrocinatur.

V. 348. A Wolfio repositum Aristophanis fuisse schol. A. literis prodidit. Olim commune ὄγε a Ven. et Vind. quinto reii-

Digitized by Google

Ζεὺς μὲν ἄρα Τρώεσσι καὶ Ἕκτορι βούλετο νίκην
κυδαίνων Ἀχιλῆα πόδας ταχύν· οὐδέ τι πάμπαν
ἤθελε λαὸν ὀλέσθαι Ἀχαικὸν Ἰλιόθι πρό,
ἀλλὰ Θέτιν κύδαινε καὶ υἱέα καρτερόθυμον.
Ἀργείους δὲ Ποσειδάων ὀρόθυνε μετελθών,
λάθρῃ ὑπεξαναδὺς πολιῆς ἁλός· ἤχθετο γάρ ῥα
Τρωσὶν δαμναμένους, λιὶ δὲ κρατερῶς ἐνεμέσσα.
ἦ μὰν ἀμφοτέροισιν ὁμὸν γένος ἠδ' ἴα πάτρη,
ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει καὶ πλείονα ἤδη.
τῷ ῥα καὶ ἀμφαδίην μὲν ἀλεξέμεναι ἀλέεινεν,
λάθρῃ δ' αἰὲν ἔγειρε κατὰ στρατὸν ἀνδρὶ ἐοικώς.

γ' ἀμφοτ. schol. ad Aristoph. eq. 255. — Ib. ἦ μὰ π. Plutarch. de aud. poet. VI, 113. — V. 355. ἐγεγόνει schol. ad Od. 13, 142, male. — Ib. ἤδει Vind. ed. et all. — V. 356. ἀμφαδίῃ V. Vindd. et V. L. ap. Eust. 936, 54. —

citur. Homericus sermo facile admittit utrumque, illo vero magis delectatur, cf. 9, 435, 462. 13, 701, 761. add. 12, 406.

V. 349. Tametsi ὀλέσσαι operarum incuria ex Aldina altera ad alias permanavit, ei tamen librorum praesidium non prorsus deesse observandum erit: nam fuit in Vind. quinto. Aptius autem legi ὀλέσθαι et res ipsa et codices una cum Eust. 936, 41. nos edocent.

V. 352. Soloecum quod habebant grammatici ἄχθομαι accusativo iunctum, ἤχθετο γάρ ῥα interiecta putarunt, participium autem δαμναμένους ad ὀρόθυνε retulerunt. Structurae asperitatem, quae inde exoritur, alii emolliendam statuerunt subintellecto ὁρῶ, cuius ellipsin merito improbat schol. Ven., cf. ad 6, 479. Ea fuit Eustathii opinio, qui vel ἰδὼν vel βλέπων extrinsecus advocat. Neutro opus esse et Passov. in Lex. v. ἄχθομαι tradit, et schol. Eupolis testimonio ἤδη γὰρ Ἀρίσταρχον στρατηγοῦντ' ἄχθομαι comprobat, add. 5, 351.

V. 355. Perpetuam librorum discordiam iterum oblatam nemo mirabitur, Ionico fidem addunt Ven. Vindd. duo et Eust. 936, 54, cf. ad 1, 70.

V. 356. Per libros sparsum erat ἀμφαδίῃ, de quo Eust. 936, 54. sic praecipit: διὸ καὶ ἀμφαδίῃ μὲν ἀλεξέμεναι ἀλέεινε. τὸ δὲ ἀμφαδίῃ ἐλλειπτικῶς καὶ αὐτὸ εἴρηται· ἵνα δηλοῖ τὸ ἐν φανερᾷ μάχῃ. ταύτης δὲ τῆς δοτικῆς ἡ αἰτιατικὴ ἀμφαδίην, ὅθεν τὸ σύνηθες ἐπίρρημα. ἀντίκειται δὲ τὸ ἀμφαδίῃ πρὸς τὸ λάθρῃ, ὡς δηλοῖ καὶ Ὅμηρος, καθὰ καὶ τὸ κρύφα καὶ τὸ φανερῶς. Sed fides eius verbi certe suspecta est, quandoquidem apud poetas hodie solet edi ἀμφαδίην, vid. Il. 7, 196. Od. 5, 120. Apoll. Ah. I, 475. II, 1019. III, 97, 982. IV, 344. Quint. Sm. II, 86. XIV, 61.

Digitized by Google

τοὶ δ' ἔριδος κρατερῆς καὶ ὁμοίου πολέμοιο
πεῖραρ ἐπαλλάξαντες ἐπ' ἀμφοτέροισι τάνυσσαν
ἄῤῥηκτόν τ' ἄλυτόν τε, τὸ πολλῶν γούνατ' ἔλυσεν.
Ἔνθα, μεσαιπόλιός περ ἐών, Δαναοῖσι κελεύσας
Ἰδομενεὺς, Τρώεσσι μετάλμενος ἐν φόβον ὦρσεν.
πέφνε γὰρ Ὀθρυονῆα, Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα,
ὅς ῥα νέον πολέμοιο μετὰ κλέος εἰληλούθει·
ἤτεε δὲ Πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην,

V. 358. τὼ δ' ἔρ. Vind. quint. Porphyr. ol. vulgo et Il. — V. 359. πεῖρας Vind. ed. ἐπ' ἀλλήλοισιν Ar. in altera, ut videtur. — V. 362. Τρώεσσιν ἐπάλμ. Vind. ed. V. L. ap. schol. A. et ol. vulgo. — V. 363. Ὀθρυονῆ Ἐχάβης νόθον υἱὸν Argolic. Καβησσόθεν Steph. Byz. v. Ἰνδονήσια V. L. ap. scholl. BLV.

Oppian. Hal. I, 14. Theogn. 90. Nonn. Dionys. IX, 218. Quibus plerique assentiuntur grammatici, velut Phavor. 148, 49. Zon. I, 165. Hesych. I, 291. Hinc depravata erunt habenda Etymol. magni verba 88, 34: Ἀμφαδόν· ἀλλ' ἀμφαδόν, αἰκε τύχωμαι· — φανερῶς, ἀναφανδόν. φαίνω φανδὸν καὶ ἀμφαδόν· ἀμφαδὸν ἀμφαδίη, ἠὲ καὶ ἀμφαδίην. Quae duplici errore implicuerunt Brunckium ad Apoll. Rh. II, 1020. Primum enim ἀμφαδίη, quod ne adest quidem in Etymologico magno, eiusdem auctoritate tutum putat, alii vero, quos nominavi, ἀμφαδίην emendandum esse approbant. Deinde verba, quae insequuntur, non, ut Brunckio videbatur, ex Apoll. Arg. IV, 344, sed ex Iliade Homerica 7, 196. petita sunt. Male igitur tum Schaefer. in melet. crit. 5, tum Wellauerus ad Apoll. Arg. l. l. Brunckio praebuerunt assensum: hic certe meliora discere poterat a Bekkero, vid. annot. ad Et. M. p. 731.

V. 358. Pluralem Aristarchi fuisse testis est schol. A.

V. 359. Non libri modo, sed grammatici etiam πεῖραρ ἐπαλλάξαντες communi tuentur suffragio, vid. scholl. Eust. 937, 7. Apoll. in Lex. 276. 273. 539. Etym. M. 667, 52. et all. Quare in sola eorum explicatione minus concordes fuisse tum veteres tum recentiores apparet. Haec autem, quum huc minus pertineant, in commentario pertractabimus, cf. Passov. Lexic. v. ἐπαλλάσσω.

V. 362. Μετάλμενος an ἐπάλμενος praeoptaveris, non multum interest. Poeta certe novit utrumque, vid. illud 5, 326. 11, 538. 12, 305. 14, 443. 23, 345. cll. 7, 15. 11, 489. 12, 404. 13, 529, 531, 643., neque alia eiusdem discrepantiae exempla desiderantur, cf. ad 11, 421.

V. 363. Argolicam ex inscitia peccare dicit schol. A. Urbem autem Cabesum ab aliis alia in terra quaeri testantur Steph. Byz. 433. Etym. M. 482, 25. et Eust. 937, 43, qui haec habet: Κάβησος δὲ πόλις Ἑλλησποντίς ἢ Θρᾴκης τῆς κατὰ τὸν Αἷμον· οἱ δὲ Καππαδοκίας φασὶ τὰ λεγόμενα Κάβησα, τινὲς δὲ Λυκίας, οἵ καὶ Λύκον τὸν Ὀθρυονέα φασὶ καὶ Σαρπηδόνος (l. ὄνος) ἀδελφόν, sentit autem cum libris plurimis Strab. XIII, 896. c. Ultima

*Κασσάνδρην, ἀνάεδνον· ὑπέσχετο δὲ μέγα ἔργον,*
*ἐκ Τροίης ἀέκοντας ἀπωσέμεν υἷας Ἀχαιῶν.*
*τῷ δ' ὁ γέρων Πριάμος ὑπό τ' ἔσχετο καὶ κατένευσεν*
*δωσέμεναι· ὃ δὲ μάρναθ' ὑποσχεσίῃσι πιθήσας.*
370 *Ἰδομενεὺς δ' αὐτοῖο τιτύσκετο δουρὶ φαεινῷ,*
*καὶ βάλεν ὕψι βιβάντα τυχών· οὐδ' ἤρκεσε θώρηξ*
*χάλκεος, ὃν φορέεσκε, μέσῃ δ' ἐν γαστέρι πῆξεν.*
*δούπησεν δὲ πεσών· ὃ δ' ἐπεύξατο, φώνησέν τε·*

— V. 364. κατὰ κλέος Aristoph. — V. 366. δὴ μέγα Vind. ed. et Barn. γὰρ Vind. al. — V. 367. ἀνωσέμεν Ar. — V. 368. ὑπέσχετο Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 370. τιτήσκετο Rom., male. — V. 371. βιβῶντα alii, ut videtur. — V. 373. ὁ δὲ κερτομέων ἔπος ἤϋδα V. L. ap. schol. Vict. —

ἴνδον ἰόντα et varie explicant et ei suppoqunt ἐνδονίοντα teste schol. A. Eustath. quidem 937, 45 ita reddit: τὸ δὲ ἴνδον ἰόντα διαστολὴν ἔχει πρὸς τοὺς ἄλλως ὄντας ἔξωθεν τῆς Καβήσου, ἤγουν ἐκ τῆς περιχώρου, οὐ μὴν ἐνδοθεν κατὰ τὸν Ὀθρυονέα. Scholiasta vel apud Priamum vel infra Ilii moenia eo significari affirmant, e quibus illud amplectuntur Heynius et Bothius. Nihil horum satis aptum, imo dubium esse videbitur, num revera apud Priamum habitaverit Othryoneus. Itaque ἴνδον ἰόντα cum schol. B. ἐνόντα καὶ παρόντα explicandum duxerim, unde melius aliis Bergler us „e Cabesio qui aderat" haec transtulit.

V. 364. Recte et scite legi μετὰ κλέος Heynius admonet, comparans 11, 227. et Od. 13, 415.

V. 366. Numeris timentes particulam mutarunt, vulgari autem opitulantur Venet. Eust. 937, 41. et plurimi alii.

V. 367. Aristarchi ἀνωσέμεν priores haud ignorasse argumento est Zenodotus apud schol. A.: αἱ μὲν Ἀριστάρχειοι ἀνωσέμεν. Ζηνόδοτος δέ φησι μὴ λέγεσθαι τὸν ἐκ Τροίας πλοῦν ἀναγωγήν. Cogitarunt ergo non de reditu Graecorum in patriam, sed de Troia ab obsidione liberanda, unde sufficit ἀπωσέμεν. Alios versum adiecisse hunc: φοίτων ἔνθα καὶ ἔνθα θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν idem interpres narrat. Neque absona putat ei, qui alto gradu incedit. Id vero a praesenti rerum statu et pugna vehementissime exardescente alienum iudicaverim. Melius autem Myrmidonibus a belli societate abstinentibus et otiose per castra vagantibus congruit, vid. 2, 779.

V. 368. Versum una syllaba minorem bene compleverunt Ven. Vind. un. et alii plures, quos Heynius recenset. In communi vitio cum Rom. substitit Eust. 937, 41.; Barnesius vero de suo munificus particulam poetae largitus est scribendo: Πρίαμος μὲν ὑπέσχετο.

V. 371. Varietatem saepius obviam explicui ad Il. 7, 213. Ex quibus intelligitur, si quis integram Aristarchi manum restituendam putaverit, in Il. 3, 22 μακρὰ βιβάντα esse reducendum. Eustathium, apud quem 937, 62 μακρὰ βιβάσθων fertur, ab Aristarcho non recessisse sequentia luculenter demonstrant. Ul-

Ὀθρυονεῦ, περὶ δή σε βροτῶν αἰνίζομ' ἁπάντων,
εἰ ἐτεὸν δὴ πάντα τελευτήσεις, ὅσ' ὑπέστης
Δαρδανίδῃ Πριάμῳ· ὁ δ' ὑπέσχετο θυγατέρα ἥν.
καί κέ τοι ἡμεῖς ταὐτά γ' ὑποσχόμενοι τελέσαιμεν·
δοῖμεν δ' Ἀτρείδαο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην
Ἄργεος ἐξαγαγόντες ὑπυιέμεν, εἴ κε σὺν ἄμμιν
Ἰλίου ἐκπέρσῃς εὐναιόμενον πτολίεθρον.
ἀλλ' ἕπευ, ὄφρ' ἐπὶ νηυσὶ συνώμεθα ποντοπόροισιν
ἀμφὶ γάμῳ· ἐπεὶ οὔτοι ἐεδνωταὶ κακοί εἰμεν.
Ὣς εἰπὼν ποδὸς ἕλκε κατὰ κρατερὴν ὑσμίνην

V. 374. περί ol, vulgo et H. — Ib. αἰνίζομ' ἁπ. V. L. ap. schol. A. αἰνίσσομ' ἁπ. Z., ut videtur. — V. 377. ταὐτά γε V. L. ap. schol. A. — V. 381. συνώμεθα Ar. — V. 382. ἐεδνωταὶ V. St. et all. ἐεδνωταὶ editt. antiqq. W. H. ἐεδνῶται Tyrannio. — V. 383. κατὰ κρατερῆς ὑσμίνης V. L. ap. schol. A. — V. 384.

timum hemistichium una cum proximo paullo infra redit v. 391 sq.

V. 374. Tenorem voculae περὶ genitivo subsequente non retrahi dixi ad 4, 275. Praesenti opem ferunt Etym. M. 36, 12. Apoll. in Lex. Hom. 57. schol. Pindar. ad Pyth. VIII, 57. et Herodian. περὶ σχημ. in Villoison. anecd. Graec. II, 90. Zenodotus repetisse videtur ab alia stirpe, de qua conf. Hesych. I, 162.

V. 377. Synaloepham Homero recentiorem merito iudicat schol. A.

V. 381. De Aristarcho schol. A. ita memoriae prodidit: τοῦτο δὲ Ἀρίσταρχός δασύνει, ὑγιῶς· ταὐτὸν γὰρ τῷ συνθώμεθα. ἐσχημάτισται οὖν ἀπὸ τοῦ ἧμαι, add. Eust. 938, 48. Etym. M. 735, 54. Apoll. Lex. 623. et Hesych. II, 1314, cf. ibi Albert. Toll. ad Apoll. Lex. et Lehrs. de stud. Ar. Hom. 155.

V. 382. Spiritus et h. l. et in Odyssea variat: ἐεδνωταὶ Veneti et scholiastarum est; lenem vero Eust. 938, 12. et Hesych. I, 1088. praefixerunt, eumque aliorum similitudine tutum iudicavit Heynius. Tenorem in ultima esse collocandum contra Tyrannionem bene docet schol. A, cf. Arcad. de acc. 26. 8. Etym. M. 435, 26. cll. 436, 12 sq.

V. 383. Damnant εἶλκε in libris repertum schol. Ven., quod Aristarchus, vocali altera extrita, ἕλκε melius duxit, cf. ad 4, 213. Accusativum plerumque oblatum nemo posthabebit genitivo, vid. 11, 259. 18, 537 et alibi. Quae exempla, quam perverse statuerit Bothius ad Il. 11, 259, satis superque demonstrant.

V. 384. Aristarchus cur compositum simplici anteferendum putarit, haud assequor. Quare etsi eiusdem dissimilitudinis mentionem fecit schol. A. ad 15, 540, tamen a libris recedere nolui.

V. 389. Ut Asii casus cum populo vel pinu, fabrorum bipennibus exsecta, comparatur, ita Sarpedonis interfecti stragem eadem imagine illustravit 16, 482 sqq., ac praeterea versus primus

Digitized by Google

ἥρως Ἰδομενεύς, τῷ δ' Ἄσιος ἦλθεν ἀμύντωρ,
πεζὸς πρόσθ' ἵππων· τὼ δὲ πνείοντε κατ' ὤμων
αἰὲν ἔχ' ἡνίοχος θεράπων· ὃ δὲ ἵετο θυμῷ
Ἰδομενῆα βαλεῖν· ὃ δέ μιν φθάμενος βάλε δουρὶ
λαιμὸν ὑπ' ἀνθερεῶνα, διαπρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσεν,
ἤριπε δ', ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν ἢ ἀχερωΐς
ἠὲ πίτυς βλωθρή, τήνγ' οὔρεσι τέκτονες ἄνδρες
ἐξέταμον πελέκεσσι νεήκεσι νήϊον εἶναι·
ὣς ὃ πρόσθ' ἵππων καὶ δίφρου κεῖτο τανυσθείς,
βεβρυχώς, κόνιος δεδραγμένος αἱματοέσσης.

Ἄσσιος libror. pars. ἰπαμύντωρ Ar. — V. 388. διὰ πρὸ ol. vulgo. — V. 389. ἀχελωΐς V. L. ap. Eust. 938, 62. — V. 390. οὐρεσιτέκτονες Nicias et all. — V. 391. τεηκέσι Ptolem. Ascalonita. —

maiore ex parte invenitur in Hesiod. scut. Herc. 421. Arborem autem illam vel ἀχερωΐδα, quod ab Hercule ex Acherontis ripa allata esse dicitur, vel ἀχελωΐδα, quippe quae locis irriguis gaudeat, nuncupatam volunt. Ac prius quidem, Homeri memores, verum habent plurimi, velut Pausan. V, 14, 3. Theocr. schol. ad Id. II, 121. Harpocrat. v. λεύκη, Etym. M. 180, 49, posterioris mentionem fecit Eust. l. all. hisce: ἕτεροι δὲ ἀντὶ τοῦ ἀχερωΐς ἀχελωΐς γράφουσιν, ὡς ἄν τις εἴποι ὑδατοτρεφής, ὡς Ἀχελῷον λεγομένου παντὸς ὕδατος, καθὰ καὶ ἐξῆς που ῥηθήσεται. καὶ νοοῦσιν, ὡς αὐτοὶ βούλονται, ἀχελωΐδα τὴν αἰγειρον, ὡς ὕδασι χαίρουσαν, vid. Od. 17, 208.

V. 638. ὥνπερ Rom. Eust. 951, 59. — Ib. εἶναι St. Ernest. — V. 642. αὐτὸς δ' ἄρ' ἐξαῦτις Voss. ad h in Cer. 123. — V. 643. Κυλαιμένεος Z. — V. 644. ὅς ῥα Rom. — Ib. πολεμίζων

V. 638. Eust. 955, 56., infinitivum εἶναι a stirpe ἴω, ἴημι i. e. πλήρω (satio) propullulare ratus, in adspiratione cum aliis, qui eum melius repetunt a verbo ἵημι, consentit. Quapropter Stephani editionem operarum mendum, a Berglero iteratum, occupasse aliquis coniiciat.

V. 639. Quandoquidem in Vind. quinto ἀκόρεστοι, emendatione a manu prima appicta, profertur, nihil dissimilitudinis adesse intelligitur.

V. 642. Vossii aures iusto delicatiores particulae, a Vind. quinto et aliis quibusdam praetermissae, litem intendunt. Eam vero non modo Il. 15, 287., sed Odyssea etiam 9, 537., similem diphthongi concursum non aspernata, salvam et incolumem praestabit.

V. 644. Rom. ex Eustathio perperam transtulit numeris inimicum, quod alii ignorant. Praesens πολεμίζων longe plurimorum fuit, neque id absonum erit habendum. Futurum tamen, si bene retulit Ernestius, a quo Bekkerus dissidet, in Lipsiensi et Italo repertum est, unde Wolfio et Heynio sum adstipulatus.

V. 649. Subiunctivum ad proxima relatum omnes omnino tuentur.

V. 652. Κατὰ ter repetitum vel alios grammaticos vel Veneti librarium solum offendit. Quo saepius autem eius generis errores notavimus, eo minus illi credemus, aliis plurimis, ut Vind. Eust. 952, 41., repugnantibus et poeta ipso vetante, vid. 5, 67.

V. 653. Bothius nec sibi constat, nec Homeri rationem accurate perspexit, vid. ad 10, 275.

V. 657 sqq. Et verbum et res ipsa veterum movit suspicionem, unde scholl. BL. Apollonii iudicium aliqua ex parte probant hisce: ἀνίουντες· ἤτοι καθίσαντες, μᾶλλον δὲ ἀναθέντες· νεκροὺς γάρ ἔστιν. οὐδέτα δὲ τῶν ἀποθανόντων οὕτως ἔχει· διὸ ἀθετεῖται ὁ στίχος. ἢ διῃρῶ ἀπάγεται ὡς μακρὸν τῆς μάχης

ἂψ δ' ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο Κῆρ' ἀλεείνων,
πάντοσε παπταίνων, μή τις χρόα χαλκῷ ἐπαύρῃ.
Μηριόνης δ' ἀπιόντος ἴσι χαλκήρε' ὀϊστόν·
καί ῥ' ἔβαλε γλουτὸν κάτα δεξιόν· αὐτὰρ ὀϊστὸς
ἀντικρὺ κατὰ κύστιν ὑπ' ὀστέον ἐξεπέρησεν.
ἑζόμενος δὲ κατ' αὖθι, φίλων ἐν χερσὶν ἑταίρων
θυμὸν ἀποπνείων, ὥστε σκώληξ, ἐπὶ γαίῃ
κεῖτο ταθείς· ἐκ δ' αἷμα μέλαν ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν.
τὸν μὲν Παφλαγόνες μεγαλήτορες ἀμφεπένοντο·
ἐς δίφρον δ' ἀνέσαντες ἄγον προτὶ Ἴλιον ἱρὴν,

V. et ol. vulgo, πολεμίζειν V. L. ap. schol. Lips. — V. 649. ἐπαύροι Hermann. Opusc. I, 288. — V. 652. διὰ κύστιην V. — V. 653. κατ᾽ αὖθι Both. — V. 657. ἀναθέντες Apoll. Rhod. —

οὖσης. ἐπὶ ναυσὶ γὰρ μάχονται. Sed in loco et multis controversiis ac quaestionibus obnoxio et antiquioribus iam addubitato nos versari neminem, qui harum rerum scientiam sibi collegerit, fugit. Etenim Pylaemenes quidam, Paphlagonum dux, Il. 5, 576. a Menelao et Antilocho victus dicitur; quare, si idem est, qui filii interfecti corpus prosequi narratur, Homerum, priorum immemorem, turpiter lapsum esse sequitur. Hac causa impulsi Aristophanes aliique v. 658. et proximum a diasceuasta ideo interpositum censuerunt, quod patris mentio paullo antea erat facta, nec praecedentem dubitationis expertem fuisse cognovimus. Suspicionem istam ut tollerent, alii aliam excogitarunt medelam: Zenodotus quidem, quemadmodum commemoravi, Pylaemenen in Cylaemenen mutavit; plures, Eustathio teste 952, 63., non Pylaemenem ipsum, sed, quia nondum fuerit sepultus, eius umbram filio caeso adfuisse inepte opinati sunt; ineptius etiam quidam μετὰ δ' οἷ σφι πατὴρ κίε correxerunt. Plurimi autem duos fuisse Pylaemenes, alterum Paphlagonum ducem a Menelao occisum, alterum eius gentis regem, cuius filius hic occubuerit, censuerunt, et in maiorem rei fidem alios cognomines, quos Homerus recensuit, studiose collegerunt, vid. scholl. ABLV. et Eust. 953, 4. Aristarchum ipsum, obeli parciorem, in eam sententiam inclinasse e schol. Venet. commentariis discimus. Horum omnium nihil Wolfio placuit in prolegg. 133 sq., cuius consilio Bothius nuper obsequutus utrique versui uncos apposuit, quae, si Wolfio credideris, brevissima sane est via ad omnem discrepantiam et difficultatem removendam. Cautior et, ut putat, sagacior illis Bernard. Thierschius de primitiva Odysseae forma p. 35. novam et a nemine tentatam explicandi viam aperuit. Autumavit enim Pylaemenen male mulcatum in Achivorum manus incidisse, et casu, nescio quo, e captivitate elapsum et in castra suorum reversum filii caedi fuisse superstitem. Haec etsi a veri specie abhorrent, probabilia tamen, imo certa et fixa habita esse a viro doctissimo in diar. liter. lenens. a. 1823. vol. III. p. 390 miror. Nam primum Thierschii ratio eo vacillat, quod verba in Il. 5, 576. lecta:



Digitized by Google

ἀχνύμενοι· μετὰ δέ σφι πατὴρ κίε δάκρυα λείβων·
ποινὴ δ' οὔτις παιδὸς ἐγίγνετο τεθνηῶτος.
Τοῦ δὲ Πάρις μάλα θυμὸν ἀποκταμένοιο χολώθη·
ξεῖνος γάρ οἱ ἔην πολέσιν μετὰ Παιφλαγόνεσσιν·
τοῦ ὄγε χωόμενος προΐει χαλκήρε' ὀϊστόν.
ἦν δέ τις Εὐχήνωρ, Πολυΐδου μάντιος υἱός,
ἀφνειός τ' ἀγαθός τε, Κορινθόθι οἰκία ναίων,
ὃς ῥ' εὖ εἰδὼς Κῆρ' ὀλοὴν ἐπὶ νηὸς ἔβαινεν.
πολλάκι γάρ οἱ ἔειπε γέρων ἀγαθὸς Πολύϊδος

V. 659. τεθνειῶτος ol. vulgo et H. — V. 663. Πολυείδου H. Both. — V. 666. ἀγανὸς Both. coniectura. — V. 667. φθίσθαι vulgo, φθεῖσθαι Vind. un. — V.

ἔνθα Πυλαιμενέα ἕλετην ad utrumque Menelaum et Antilochum pertinere censet: Pylaemenes videlicet a Menelao solo vel capitur vel interficitur, cf. 7, 8. 11, 328. Deinde Pylaemenen caesum, nec vero captivum abductum esse a Menelao et Il. 6, 55 sqq. ostendit, et usus Homeri, ex quo ἕλειν, si de hoste in acie obvio usurpatur, semper interficere denotat, vid. 4, 457. 5, 37, 50, 118, 144. 541, 677. 6, 35. 7, 8, 77, 81. 8, 256, 273. 9, 304. 11, 92, 304, 738. et alibi. Etenim si poeta verbo illo usus aliquem captum esse indicat, vel ζωὸν adiicit, ut 6, 38. 16, 331. 21, 102., vel ex aliis eam notionem subesse facile intelligitur, cf. 10, 345. 21, 77. 22, 142. 24, 142. 24, 752. Od. 4, 463. 8, 330. 22, 187. Verum ponamus Pylaemenen a Menelao et Antilocho esse captum. Quo tandem modo liberatus et solutus ad suorum signa redierit, poetae narrandum fuisse apparet, ut alia eius generis de Iso, Antipho et Lycaone, Priami filiis ab Achille captis, minime praeteriit silentio, vid. 11, 104 sqq. et 21, 35 sqq. At obiiciat aliquis Pylaemenen vulneratum et captum in ipso pugnae tumultu ex hostium potestate effugisse. Id autem, auriga interempto curruque ab hostibus abducto, et difficile est ad credendum, neque poeta, si evenisset, Pylaemenis fugam non commemorasset, cf. 3, 380. 5, 23, 318, 344, 664, 697. 12, 392. 13, 781. 14, 429. 15, 240. 20, 325. 21, 597. Quocunque igitur se verterit Thierschius, causam eius iacere patet. Itaque nihil, nisi veterum rationem, ab Aristarcho haud refectam, nobis relictam video. Qua si quis minus erit contentus, ei tres versus una litura esse delendos consequens erit.

V. 659. Vocalem longam, a nobis munitam ad Il. 6, 71., et Eust. 952, 94. praebet, et Vind. quint. consentit. Cuius praestantia insuper inde patet, quod cum paucis ἐγίγνετο firmat. Idem ν̄ finali in versuum clausula posito, cui Bothius iterum bellum indixit, fidem facere solet, ut v. 661, 664, 682, 779, 786, 818, 828.

V. 663. Vocali non mutata Etym. M. 400, 10. versum exsifat, neque ῑ productum Homero erit abiudicandum, vid. quae disserui ad 5, 180. Exordio et posteriorum et Latinorum poetarum imitatione nobilitato Homerus ter quaterque est usus, vid.

Digitized by Google

νούσῳ ὑπ' ἀργαλέῃ φθῖσθαι οἷς ἐν μεγάροισιν,
ἢ μετ' Ἀχαιῶν νηυσὶν ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι·
τῷ ῥ' ἅμα τ' ἀργαλέην θωὴν ἀλέεινεν Ἀχαιῶν,
νοῦσόν τε στυγερὴν, ἵνα μὴ πάθοι ἄλγεα θυμῷ.
τὸν βάλ' ὑπὸ γναθμοῖο καὶ οὔατος· ὦκα δὲ θυμὸς
ᾤχετ' ἀπὸ μελέων, στυγερὸς δ' ἄρα μιν σκότος εἷλεν.
Ὣς οἱ μὲν μάρναντο δέμας πυρὸς αἰθομένοιο·
Ἕκτωρ δ' οὐκ ἐπέπυστο Διὶ φίλος, οὐδέ τι ᾔδη,
ὅττι ῥά οἱ νηῶν ἐπ' ἀριστερὰ δηϊόωντο

669. *θωὴν* Roth. — Ib. *ἀχεύων* Bentlei. voluit. — V. 670. *πάθῃ* Eustath. 953, 16. Rom. et H. — V. 672. *ἀπαὶ μελίων* Vind. quint. —

5, 9. 10, 314. Od. 20, 287., neque ita raro praesens eodem modo ponitur in versus vestibulo, sicut 2, 811. 11, 722.

V. 667. Vocalem longam circumflexum sibi expetere recte, ut puto, ostendi ad 9, 246.

V. 669. Bothius, Elmsleii praeceptis ad Eurip. Med. 1267 inductus, nomen *θωὴν ῑ* subscripto oneravit. Britannum Etymol. magni movit auctoritas, quo referente (vid. 26, 24.) Archilochus habuit: *ὡς δ' ἂν σε θωῖὴ λάβοι*, cf. Liebel. Archiloch. fragm. CIX. Itaque cum Etymologo *ἀθῶος* Atticum esse existimarunt. Mihi quidem, nisi certiora proferuntur argumenta, lyrici usus non modo non ad Homerum, sed ne ad Atticos quidem transferendus videtur. Certe de illo quum libri tum grammatici manifesto contradicunt, vid. scholl. Eust. 953, 16. Apoll. in Lex. 354. Arcad. de acc. 103, 29. Hesych. I, 1753. et alios.

V. 670. Il. 5, 567., ubi optativum cum Hermanno et Vind. quinto eram repositurus, operae voluntati non responderunt. Eundem modum, ut in re historica maxime congruum, Venet. et omnes omnino hic certum reddunt, add. 10, 26. Subiunctivum contra, si res coram fit, bene et commode tenebimus, 11, 470. 17, 242. 20, 126. Od. 7, 195. 17, 596. Thiersch. gr. §. 340.

V. 672. Vind. quintus pro suo more ter iteravit, Veneto repugnante, *ἀπαὶ μελίων*, cf. 7, 131. 16, 607.

V. 674. Hermannus in dissertatione de interpolationibus Homeri p. 14. ea, quae sequuntur, cum versu 344. arctissima copula cohaerere et interposita inde a v. 345. usque ad v. 673. in alienum locum irruisse demonstrare studuit. Longe alia fuit Heynii sententia: is enim, nihil fraudis in superioribus odoratus; v. 684 sqq. e variis variorum rhapsodorum laciniis consarcinatos iudicavit, nec Spohnius de agro Troi. p. 24. ab eo prorsus dissensit. Haec sigillatim persequi nunc non vacat. Quare unum monuisse satis esto: versibus istis, qui molesti atque importuni Hermanno videntur, resectis neque Idomenei virtutem factis exsplendescere neque ullam fere Troum esse cladem, qua cognita et animadversa Hector Polydamantis iussu in alterum exercitus cornu se confert. Heynii autem et Spohnii dubitationes cum castrorum situ et acie Graecorum Troumque disposita proximo esse coniunctas fu-

λαοὶ ὑπ' Ἀργείων· τάχα δ' ἂν καὶ κῦδος Ἀχαιῶν
ἔπλετο· τοῖος γὰρ γαιήοχος Ἐννοσίγαιος
ὦτρυν' Ἀργείους, πρὸς δὲ σθένει αὐτὸς ἄμυνεν·
ἀλλ' ἔχεν, ᾗ τὰ πρῶτα πύλας καὶ τεῖχος ἐσᾶλτο
ὀηξάμενος Δαναῶν πυκινὰς στίχας ἀσπιστάων·
ἔνθ' ἔσαν Αἴαντός τε νέες καὶ Πρωτεσιλάου,
θῖν' ἐρ' ἁλὸς πολιῆς εἰρυμέναι· αὐτὰρ ὕπερθεν
τεῖχος ἐδέδμητο χθαμαλώτατον, ἔνθα μάλιστα
ζαχρηεῖς γίγνοντο μάχῃ αὐτοί τε καὶ ἵπποι.
Ἔνθα δὲ Βοιωτοὶ καὶ Ἰάονες ἑλκεχίτωνες,
Λοκροὶ καὶ Φθῖοι καὶ φαιδιμόεντες Ἐπειοὶ
σπουδῇ ἐπαίσσοντα νεῶν ἔχον· οὐδ' ἐδύναντο
ὦσαι ἀπὸ σφείων φλογὶ εἴκελον Ἕκτορα δῖον·
οἱ μὲν Ἀθηναίων προλελεγμένοι· ἐν δ' ἄρα τοῖσιν

V. 679. ταπρῶτα W. et Both. — V. 682. εἰρυμέναι H. proponit. — V. 685. Ἰάονες apud Hippocrat. de med. offic. t. XIII. p. 18., teste Heynio. — V. 686. Φθῖοι editt. antiqq.; male. — Ib. φαιδιμοι ἑντεα Ἐπ. V. L. ap. schol. B. et Eust. — V. 687. δύναντο V. Eust. 954, 63. H. et all. vid. ad v. 552. —

giet neminem. Quibus de rebus alio et loco et tempore erit quaerendum.

V. 685. Ionas sive Iaonas, qui non re, sed forma differant, Athenienses hic appellari iam veteres concesserunt, vid. Apoll. in Lex. 357. scholl. et Eust. 954, 43 sqq. et de Androtionis fragmento, cuius uterque memor est, Sibelis. in Ei. fragm. p. 117. Adiectum ἑλκεχίτωνες, quod praeterea novit hymn. in Apoll. 147., alii ridicule explicant: οἱ ἐν τοῖς χιτῶσι τῶν ἐναντίων ἕλκεα ποιοῦντες, alii melius: ὅτι μέχρι τῆς Περικλέους στρατηγίας ποδήρεις εἶχον τοὺς χιτῶνας, vid. scholl. et Eust. 954, 50 sqq.

V. 686. Phthiorum et Phthiotarum discrimen, ex quo illos Protesilai et Philoctetae, hos Achillis imperio subiectos volunt scholl. Eust. 954, 54. Etym. M. 793, 10. Ammon. 142., a grammaticis excogitatum scite reiecit Heynius, cf. Strabon. IX, 660. l. c. Idem Strabo cum aliis praestantioribus φαιδιμόεντες, semel ab Homero usurpatum, pro derivato habet. Alii in eo vel compositum quaesiverunt, vel, quod magis est verisimile, distraxerunt in duo φαίδιμοι ἕντεα Ἐπειοί. Huc spectat Eustathii nota 950, 57.: τὸ δὲ φαιδιμόεντες ἢ παράγωγόν ἐστιν ἐκ τοῦ φαίδιμος, ἢ σύνθετον κατά τινας ἐκ τοῦ φαίδιμα ἔχειν πανοπλίαν. In Ald. secunda librarii oscitantia φαιδιμόεντες admisit.

V. 691. Vindobon. Alteri corrigunt plurimi. De nominis huius tenore egimus ad v. 195.

V. 692. Errorem Zenodoti a scholiis aliquoties notatum attigi ad 10, 175. Idem num hic quoque cum aliis scripserit ψυλ. τε

ἦρχ' υἱὸς Πετεῶο, Μενεσθεύς· οἱ δ' ἅμ' ἕποντο
Φείδας τε Στιχίος τε Βίας τ' ἐὺς· αὐτὰρ Ἐπειῶν
Φυλείδης τε Μέγης, Ἄμφιών τε Δρακίος τε.
πρὸ Φθίων δὲ Μέδων τε μενεπτόλεμός τε Ποδάρκης·
ἦτοι ὃ μὲν νόθος υἱὸς Ὀϊλῆος θείοιο
ἔσκε, Μέδων, Αἴαντος ἀδελφεός, αὐτὰρ ἔναιεν
ἐν Φυλάκῃ γαίης ἄπο πατρίδος, ἄνδρα κατακτάς,
γνωτὸν μητρυιῆς Ἐριώπιδος, ἣν ἔχ' Ὀϊλεύς·
αὐτὰρ ὃ, Ἰφίκλοιο πάϊς τοῦ Φυλακίδαο·
οἱ μὲν πρὸ Φθίων μεγαθύμων θωρηχθέντες,
ναῦφιν ἀμυνόμενοι μετὰ Βοιωτῶν ἐμάχοντο.
Αἴας δ' οὐκέτι πάμπαν, Ὀϊλῆος ταχὺς υἱός,
ἵστατ' ἀπ' Αἴαντος Τελαμωνίου, οὐδ' ἠβαιόν·
ἀλλ' ὥςτ' ἐν νειῷ βόε οἰνοπὲ πηκτὸν ἄροτρον,

V. 688. φλογὶ ἴκελον vel ἴκ. ol. vulgo, cf. ad v. 53. — V. 691. Στίχος Vind. ed. — V. 692. Μέγης τ' Ἀμφ. Z., ut videtur. — V. 693. Μενεπτόλιμος all., Eust. teste. — V. 696. ἀπὸ πατρ. schol. Ven. ad Il. 18, 64. et H. — V. 702. χάζες' ἀπ' Αἴ. Z. — Ib. ἠδ' ἠβ. Ald. sec. — V. 703. νηῷ V. —

Μέγης τ', Ἀμφ. τε Δρ. τ., parum constat, quanquam id colligi possit e scholiastae Ven. verbis: οὕτως Μέγης, ἴσως τοῦ τε, οὐ γὰρ ἔστι Φυλείδης. Sed certum exploratumque est ista, quibus Phylidem et Megetam unum eundemque fuisse affirmare voluerit, nobis transmissa esse mutila. Quem defectum ita fere resarciendum putaverim: οὐ γὰρ ἔστι Φυλείδης ἄλλος.

V. 693. Utrum Μενεπτόλεμος an Ποδάρκης sit proprium, minus apparere dicit Eust. 955, 10., additque suavitatem quandam in iis inesse, quod Phthiorum dux, qui commemoratur, alias quidem pedum pernicitate eminuerit, in pugna vero firmus sit ac stabilis. Ceterum Podarcen, Protesilai fratrem, Phthiis praefuisse navium index v. 704. docet.

V. 694 cum tribus proximis redit in libr. 15, 333 sqq.

V. 696. Aristarchum γαίης ἀπὸ πατρίδος verum existimasse schol. parum accurate ad Il. 18, 64. tradit, neque in eo libri communes conciunt; certe enim tenor, ut res postulat, inclinatur, in Vindd. Ald. Steph. et plurimis.

V. 700. Etym. M. 598, 23.: ἀπὸ τοῦ ναῦς, inquit, ναὸς γίνεται, καὶ κατὰ χρᾶσιν, ναῦφιν ἀμυνόμενοι, ἀντὶ τοῦ ἐκ τῶν νεῶν ἀποσοβοῦντες. Genitivum autem ναῦφι certum reddunt 2, 794. 16, 246. et 15, 731.

V. 702. Zenodoti ratio ab imagine, quae sequitur, abhorret. Aldinam vero typothetae manus foedavit.

V. 703. In Venetum νηῷ forte fortuna intrasse et res ipsa et libri plurimi indicio esse possunt.

ἶσον θυμὸν ἔχοντε, τιταίνετον· ἀμφὶ δ' ἄρα σφιν
πρυμνοῖσιν κεράεσσι πολὺς ἀνακηκίει ἱδρώς·
τὼ μέν τε ζυγὸν οἷον ἐΰξοον ἀμφὶς ἔεργει
ἰεμένω κατὰ ὦλκα· τέμει δέ τε τέλσον ἀρούρης·

V. 705. ἀνεκηκίει V. πολὺς δ' ἀνεκήκιεν vel ἀνακηκίει all. — V. 707. ἰεμένω V. Et. Or. 171, 1. et ol. vulgo. — Ib. τέμνει Vindd. et vulgo. τεμεῖ W. — V. 708. πὰρ βεβαῶτε Eust. 957,

V. 705. Turbata et confusa scholia pariter ac libri praebent: nam nec Veneti ἀνεκηκίει, nec Vindob. quint. ἀνακήκιεν quadrant. Alios autem πολὺς δ' ἀνακηκίει vel ἀνεκήκιεν, alios ut nunc fertur, scribendum iudicasse lector attentus intelliget. Haec nobis persuadet schol. Victor. ita praecipiens: πολὺς δ' ἀνακηκίει, χωρὶς τοῦ δ, αἱ πᾶσαι, cuius ad normam Venet. verba affecta erunt sananda. Nam quum vulgata: χωρὶς τοῦ ν̄, ἀνεκηκίει, καὶ διὰ τοῦ ῑ̄, absona sint censenda, legamus oportebit: χωρὶς τοῦ δ̄, ἀνακηκίει, καὶ διὰ τοῦ ῑ̄. Quo facto, ab interprete tum adversativum tum imperfectum exterminari patebit, vid. Eustath. 155, 24 et 62.

V. 707. Eust. 955, 25. et schol. ad Apoll. Rh. II, 396. ἰεμένω, quanquam scholio ν̄ male adhaesit. Id autem verum aptumque esse aliquoties asseveravi, cf. ad 2, 154. In extrema versus parte gravissimas nobis obiici difficultates intelligere licet ex eo, quod plurimi ad poetae verba vel enodanda vel rectius constituenda quasi convolaverint. Quorum decreta ut via ac ratione persequar, initium faciam a codicibus. Ex illis igitur Vindd. cum plurimis, Eustath. 955, 24. et editt. prioribus τέμνει afferre annotavi, Veneti et Harl. τέμει, nec τεμεῖ, quemadmodum Wolfio placuit, fuisse et res ipsa docet et Heynius affirmat, etsi Wolfianum editoris consilio potius quam operarum negligentia acceptum refertur. Schol. Venet. ait: τέμει ἀντὶ τοῦ τέμνῃ. Unde Hermannus in Opusc. II, 57. colligit fuisse qui τεμῇ legerent, ut esset coniunctivus aoristi secundi passivus. Quam formam, cui Hermannus confidere videtur, levi admodum praesidio niti postea demonstrabo. Alii et syllabae correptione, et eo offensi, quod novale iugo secari negandum putabant, medicam manum applicuerunt. Itaque Barnesius ταμὸν δέ τε τέλσον ἀρ., Iortinus ταμόντε δὲ τ. ἀρ. Homero conducere statuerunt. Tollius contra, Clarkii et Ernestii signa sequutus, ad Apoll. Lex. 759 sq. et vocalem correptam tolerabilem habet, et iugo rus secari posse arbitratur. Illis obviam iverunt Heinrichsius et Heynius, qui plenius distinguendo τέμει vel τέμνει ad aratrum pertinere docere studuerunt. Quod ut luculentius pateat, Heynius versum 706. et sequentis dimidium παρενθέτως inserta dicit. Hoc si verum fuerit habitum, certe neque interpunctio communis adesse poterit, nec duo versus integri, quemadmodum Bothius instituit, parenthesi sunt includendi. Ea ipsa autem res, de qua modo commemoravi, in causa fuit, ut scholiastae τέμει sive τέμνει, quod, unde penderet, nesciebant, pro intransitivo haberent. Si-

Digitized by Google

ὡς τὼ παρῴβαῶτε μάλ' ἔστασαν ἀλλήλοιιν.
ἀλλ' ἤτοι Τελαμωνιάδῃ πολλοί τε καὶ ἐσθλοὶ
λαοὶ ἕπονθ' ἕταροι, οἳ οἱ σάκος ἐξεδέχοντο,
ὁππότε μιν κάματός τε καὶ ἱδρὼς γούναθ' ἵκοιτο.

28. et Rom. — Ib. ἕστασι V. Ald. sec. et H. — V. 710. ἄλλοι | ἔπ. Vind. quint. et Both. alii ἑπ. ἑτ. Heynii coniectura. —

cut enim schol. Lipsiensis, Ernestio teste, ait: ἢ τίμνεται, ἢ τίμνει τὸ ἄροτρον, ita apud Venetum simili modo erit legendum: τίμνει ἀντὶ τοῦ τίμνεται. Quo cognito, aoristus ille passivi evanescit. Alii longius etiam a librorum vestigiis recesserunt, ut Bentleius, Köppenius et Vossius. Illorum autem coniecturas ἰ. κ. ὠλκ', ἵν' ἰκοίατο τ. ἀρ. et ἰ. κ. ὠλκα ἰκέσθαι τ. ἀρ. violentas sane et duras non moror. Elegantius et blandius est, quod Vossius ad h. in Cer. p. 110. proposuit: ἰεμένω κατὰ ὠλκα ταμέσθ' ἐπὶ τέλσον ἀρούρης, ut poeta dicat boves sulcum perarandi cupidos ad finem usque campi, sive quemadmodum ipse interpretatur Germanice: „begierig, hinab die Furche zu schneiden an das Ende des Feldes.“ Apte cum his componit Apoll. Arg. III, 411 sq.:

τοὺς ἑλάω ζεύξας στυφελὴν κατὰ νειὸν Ἄρηος
τετράγυον, τὴν αἶψα ταμὼν ἐπὶ τέλσον ἀρότρῳ.

Sed huic coniecturae duo obstare crediderim: primum enim, quod levius est, ἐπὶ de suo interponit Vossius; deinde κατατεμεῖν sive καταταμέσθαι ὠλκα non tam sulcum per campum producere, quam sulcum arando perfringere (zerreiben) significabit, vid. dissertat. meam de vi et usu praepositionum ἀνὰ et κατὰ apud Homerum p. 18. Quae quum ita sint, vulgatum cum Buttmanno in gr. ampl. I, p. 388. et aliis intactum erit relinquendum. Ne vero a loco paene conclamato ἀσύμβολος decedam, si in versus fine τίμνει δέ τε τέλσον ἄροτρον restitueris, omnia plana atque aperta esse liceat adiicere. Neque Apollonius, Homerum saepe imitatus, illi suspicioni magnopere adversabitur. Germanum autem et verum a vulgari, ex Il. 18, 544. huc tradueto, pridem esse depulsum tum libri et schol. ostendunt, tum Apoll. in Lex. 727. Etym. M. 751, 30. comprobant. De qua mea coniectura penes doctiores sermonis Homerici existimatores esto iudicium.

V. 708. Ven. Vindd. et plurimi recte obnituntur Eustathio, e quo hausit Rom.

V. 710. Nihil disparis lectum fuisse ab Eustathio eius interpretatio docet, vid. 956, 16.: τὸ δέ, inquit, πολλοί τε καὶ ἐσθλοὶ λαοὶ ἕποντο, ἕταροι δὲ ἦσαν οἱ τοιοῦτοι, πάνυ βαρὺ δηλοῖ τὸ Αἰαντεῖον εἶναι σάκος, εἴ γε τοσοῦτοι αὐτῷ ἦσαν ἐκδεχόμενοι τὸ σάκος ἄλλοτε ἄλλος μετὰ κάματον, ὃς ἥπτετο αὐτοῦ ὡς μὴ πάνυ φερεπονοῦντος εἰς τοσοῦτο βάρος, εἰ καὶ βουγάϊος ἦν, εἰπεῖν καθ' Ἕλληνα. Heynio vulgatum λαοὶ ἕπονθ' ἕταροι incommode dictum videtur, „milites enim non esse socios, proinde λαοὶ male substitutum putat, verbo olim hic lecto, idque ἀλλ' fuisse iudicat. Si

οὐδ' ἄρ' Ὀϊλιάδῃ μεγαλήτορι Λοκροὶ ἕποντο·
οὐ γάρ σφι σταδίῃ ὑσμίνῃ μίμνε φίλον κῆρ·
οὐ γὰρ ἔχον κόρυθας χαλκήρεας ἱπποδασείας,
οὐδ' ἔχον ἀσπίδας εὐκύκλους καὶ μείλινα δοῦρα·
ἀλλ' ἄρα τόξοισιν καὶ εὐστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ
Ἴλιον εἰς ἅμ' ἕποντο πεποιθότες· οἷσιν ἔπειτα
ταρφέα βάλλοντες Τρώων ῥήγνυντο φάλαγγας.
δή ῥα τόθ' οἱ μὲν πρόσθε σὺν ἔντεσι δαιδαλέοισιν
μάρναντο Τρωσίν τε καὶ Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ·
οἱ δ' ὄπιθεν βάλλοντες ἐλάνθανον· οὐδέ τι χάρμης

V. 712. ἀλλ' οὐκ Ἰλ. Z. — V. 713. σφιν σταδίῃ Aristoph. — Ib. ἔργ' ἐμεμήλει V. L. ap. schol. Vict. — V. 717. πεπιθότες Vind. ed., male. — Ib. οἷσι μάλιστα Vind. quint. Rom. — V. 721. οὐδ' ἔτι χ. H. — V. 722. μιμνησκοντο V. — V. 726.

quid autem mutandum est, magis consentaneum erit habendum id, quod, Vindobon. quinto duce, Bothius restituit ἄλλοι ἑπ. ἑταροι. Cuius confusionis exemplum luculentum praebet Quint. Smyrn. VII, 348, ubi pro vulgari λαοῦ δ' εἵκοσι φῶτες Struvius egregie emendavit ἄλλοι δ' εἵκοσι φῶτες. Sed vereor, ne intempestivo corrigendi studio poetae manum deleamus potius quam instauremus. Primum enim milites imperio alicuius traditos convenienter et apte ἑτάρους appellari non modo Romanorum commilitones indicat, sed Homerus etiam similia praebet, vid. 16, 269, 290. 24, 473, et in Odyssea Ulixis socii eo nomine semper vocantur, deinde Aiacis milites sive socii Locris sunt oppositi, vid. v. 712. Illi enim, ut levi armatura instructi, in proelium non sunt progressi. Denique λαοὶ ἕποντο militum, duci signa subsequentium, proprium est, cf. 2, 578. 13, 492. 16, 551, nec multum distant 4, 91, 202.

V. 712. Zenodotum Ἰλιὺς et Ἰλιάδης cum aliis meliora existimasse cognovimus ad Il. 2, 527.

V. 713. Aristarchi consonarum trium concursum improbanti, vid. ad 6, 69, editt. vulgares et Eust. 955, 43. obedierunt, Aristophanis rationem Harl. Vind. un. et alii sunt amplexi. Sub finem versus aliis e locis ἔργα μέμηλε, quod Victor. schol. erit reddendum, praeter eum Strabo X, 689. 6. commemoravit, vid. 2, 614. Pressius Strabone librorum vestigia, paucis corruptelis et lacunis exceptis, sequitur Tzetza exeges. Il. 140, 15 sqq.

V. 714. Hunc versum respicere putant Apollon. in Lex. 705., sed eadem fere bis suppeditat Odyssea 22, 111. 145.

V. 716. Locros Homericos funditores esse supra cognovimus, vid. v. 599.

V. 717. Superlativus μάλιστα crebro obvenit in versus clausula, sicut 5, 5. 6, 77, 493. 8, 500. 9, 180. 10, 59. 11, 123, 499, 528. 12, 89, 187, 370. alibi. Nihil tamen e duobus tribusve libris erit novandum, commune enim cum pluribus tuetur Tzetza l. all.

Τρῶες μιμνήσκοντο· συνεκλόνεον γὰρ ὀϊστοί.
Ἔνθα κε λευγαλέως νηῶν ἄπο καὶ κλισιάων
Τρῶες ἐχώρησαν προτὶ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν,
εἰ μὴ Πουλυδάμας θρασὺν Ἕκτορα εἶπε παραστάς·
Ἕκτορ, ἀμήχανός ἐσσι παραῤῥητοῖσι πιθέσθαι.
οὕνεκά τοι πέρι δῶκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
τοὔνεκα καὶ βουλῇ ἐθέλεις περιίδμεναι ἄλλων;
ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα' δυνήσεαι αὐτὸς ἑλέσθαι,
ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα·
[ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν·]

παραρητοῖσι Ald. sec.— V. 727. περίδωκε Ven. B. — V. 728. πέρι ἴδμεναι H. περιέμμεναι libr. duo Heynii, St. et V. L. ap. Eust. 956, 38. — V. 730. ἄλλῳ μὲν γὰρ δῶκε Vind. quint.—

V. 721. Heynii coniecturae facili et commodae nemo veterum accedit. Contrarium nostro est *μνήσαντο δὲ χάρμης*, de iis dictum, qui ad rem strenue gerendam se accingunt, vid. 4, 222. 8, 252. 15, 380. Hinc in cohortationibus frequenter scribit poeta *μνησώμεθα χάρμης*, ut 15, 477. 19, 148. Od. 22, 73, quibus concinit fere Il. 17, 703. Negandi particula a pugnando desistentibus apta adest 12, 203, 393. Troes autem, nisi Hectoris adventu essent recreati, ab opere prorsus fuisse cessaturos proxima indicant. Qua de causa vulgari erit quo defendatur.

V. 722. Literam subscriptam, cuius nullum video neque usum nec rationem, alibi recte negligit Venetus, sicut 22, 268. 24, 9, 167.

V. 726. Consonam et Venet. cum aliis libris et Apoll. Lex. 526. ingeminant, cf. 9, 526.

V. 727. Omnes propemodum codices *πέρι δῶκε* ratum habent, et de ultimo schol. A. disertis admonet verbis. Tenorem autem inclinari consentaneum est, vid. quaestiunc. meam de inclinat. part. *περὶ* p. 10.

V. 728. Ad Il. 1, 258. virtutem militarem consilio principum opponi vidimus. Itaque Polydamas Hectori obiiciet, quod, quia manu sit fortissimus, aliis etiam melius sapere sibi videatur. Quam ob causam *περιδμεναι* alteri *περιέμμεναι* non erit posthabendum. Hoc enim probato, *βουλὴ* non principum consilium, sed mentis sagacitatem praeter Homeri usum significare statuendum esset. Ceterum *περιειδέναι* sive *εἰδέναι περί τινος*, quod Bentleius insolens habuit, exemplis certis firmatur, vid. Il. 11, 329. Od. 3, 244. 14, 433. 17, 317. Hes. Op. 54. Theog. 559. Quint. Sm. Posthom. IX, 456. Haec si vere sunt disputata, accusativo *βουλὴν*, a Bentleio commendato, non opus esse intelligitur.

V. 730. Nihil recedunt ab usitato Eust. 957. 9 et schol. ad Pind. Nem. I, 36.

V. 731. Zenodotum Malloten vel Crateta, quae Heynii est suspicio, hunc versum importune attexuisse schol. Vict. et Eust. 957, 9. narrant. E quibus hic ait: *δῆλον δ', ὡς ἀχρηστοῖ τὸ Ἴσος*

ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τιθεῖ νόον εὐρύοπα Ζεὺς
ἐσθλόν, τοῦ δέ τε πολλοὶ ἐπαυρίσκοντ' ἄνθρωποι·
καί τε πολέας ἐσάωσε, μάλιστα δὲ κ' αὐτὸς ἀνέγνω·
αὐτὰρ ἐγὼν ἐρέω, ὥς μοι δοκεῖ εἶναι ἄριστα.
πάντῃ γάρ σε περὶ στέφανος πολέμιοι δέδηεν·
Τρῶες δὲ μεγάθυμοι, ἐπεὶ κατὰ τεῖχος ἔβησαν,
οἱ μὲν ἀφεστᾶσιν σὺν τεύχεσιν, οἱ δὲ μάχονται

V. 732. τίθει Vindd. Aristoph. ol. vulgo et H. — V. 733. πολλὸν Aristoph. — V. 734. πόλεις Vindd. ol. vulgo et H. πολεῖς codd. pars. Rom. Both. — Ib. δέ κ' αὐτὸς W. — V. 735. ἄρισιον V. L. ap. Eust. 956, 62. — V. 736. πάντῃ vulg. et

τοῦτο τὴν Ὁμηρικὴν ἔννοιαν, ἧς ὁ σκοπὸς εἷς καὶ μόνος ἀνδρίαν συγχρῖναι φρονήσει, μᾶλλον δὲ τὸν ἀνδρεῖον Ἕκτορα τῷ σοφῷ Πουλυδάμαντι. διὸ καὶ ὁ λόγος τρόπον τινὰ οὕτω προάγεται· ἄλλῳ μὲν δίδοται πολέμου ἔργα, οἷον σοὶ τῷ Ἕκτορι, ἄλλῳ δὲ νοῦς ἐσθλός, ὡς νῦν ἐμοὶ τῷ Πολυδάμαντι. ἐκ περισσοῦ νῦν ὁ ῥηθεὶς στίχος παρεντέθειται, ὡς ἂν μερικαῖς ἐννοίαις ἐπιχειρηματικώτερον πυκνωθῇ ὁ τόπος οἷα ἐλλιπής. Venet. obelum non appinxit, sed in eodem, Montbelio teste, quemadmodum Bothius tradit, margini est adscriptus, idemque evenit Vindob. uni et aliis duobus, Heynio auctore. Haec autem veterum testimonia dilucida et aperta parum refellere poterunt Clemens Al. Stromat. IV. p. 625 et Lucian. de salt. c. 23, eius memores, praesertim si reputaveris Lucianum nostrum cum alio, qui est in Od. 1, 421. 18, 304., commiscuisse. Recitat enim haec ita: ἄλλῳ τ' ὀρχηστύν τε καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδήν. His ergo causis motus versum, et a veteribus reiectum et a Daceria, Vossio aliisque damnatum, adulterinum habeo.

V. 732. Schol. quum Aristophani det imperfectum, Aristarchi praesens fuisse divinare licet. Eius autem fidem auget Eust. 957, 50. hisce: τὸ δὲ τιθεῖ, ὃ ἐστι τίθησιν, οἷον ἀρχὴ ἐστι τοῦ λέγειν συνθέτως συνθετεῖν. εἰ δὲ καὶ βαρυτόνως τίθει γράφεται, σημαίνει μὲν τὸ αὐτό, εἴληπται δὲ χρόνος ἀντὶ χρόνου, ἀντὶ ἐνεστῶτος δηλαδὴ παρατατικός.

V. 734. Formae ambiguitas duplicem peperit sive interpretationem sive lectionem. De qua nobiscum communicant schol. Bl. et Eust. 956, 53. Hic quidem brevius ait: καί τε πολεῖς ἐσάωσεν, ἤτοι πολλοὺς ἀνθρώπους, ἢ καὶ ἄλλως πόλεις ἐσάωσεν, ἀμφοτέρως γὰρ γράφεται, illi uberius tradunt hisce: πολεῖς, πολλούς. ἤδη δὲ πρεῖπε „τοῦ δέ τε πολλοὶ ἐπαυρίσκοντ' ἄνθρωποι." ἰὼν δὲ πόλεις ἀκούσωμεν, μεῖζων ἔσται ὁ ἔπαινος, ὅτι ἀνδρὸς ἑνὸς εὐβουλία καὶ πόλεις ὅλως σώζει, vid. Sophocl. Antig. 669 sqq. Quae etsi speciose praetexi possint, oppositum tamen πολεῖς sive πολέας Homeri simplicitas commendat. Nec raro poeta sententiam generatim dictam ad singula quaedam adstringit, ut 6, 493. 13, 418. 14, 487. 22, 422. Omni autem errore et ambiguitate liberi erimus, si cum Aristarcho scripserimus πολίας: πολεῖς enim

Digitized by Google

παυρότεροι πλεόνεσσι, κεδασθέντες κατὰ νῆας.
740 ἀλλ' ἀναχασσάμενος κάλει ἐνθάδε πάντας ἀρίστους·
ἔνθεν δ' ἄν μάλα πᾶσαν ἐπιφρασσαίμεθα βουλήν,
ἤ κεν ἐνὶ νήεσσι πολυκλήϊσι πέσωμεν,
αἴ κ' ἐθέλῃσι θεὸς δόμεναι κράτος, ἤ κεν ἔπειτα
πὰρ νηῶν ἔλθοιμεν ἀπήμονες. ἦ γὰρ ἔγωγε

Ft. M. 253, 3. — Ib. *πέρι* Vind. ed. — V. 737. *Τρῶες δὴ μεγάθ.* Rom. — V. 738. *ἐν μὲν ἀφ.* Vind. ed., male. — V. 742. *πέσοιμεν* Eust. 957, 3. cll. 958, 10. — V. 743. *ἤ μὲν ἔπειτα* Vind. ed. — V. 744. *ἔλθωμεν* V. W.

Zenodoti fuit, cf. ad 1, 559 et Thiersch. gr. Gr. §. 193. 34, qui Wolfii editionem novissimam iterum neglexit. De postremis copiosius disserui in Exc. XIII. §. 2 ad Il. 6, 165.

V. 735. Pluralem an singularem elegeris, non multum interest. Attamen illum poetae familiarem esse nemo nescit, vid. ad 9, 314.

V. 736. Interpretes Graeci *στέφανον πολέμοιο* pugnam, corona quasi Hectora cingentem, dici putant, imagine a mulierum coronis petita; cf. Comanum apud Apollon. in Lex. 613 sq. Apud Homerum enim nec Penelopae procos nec Phaeacas nec sacra facientes coronari adiiciunt. Haec nobis indicant, quomodo schol. Venet. verba sint accipienda. Ille enim ait: ἡ διπλῆ, ὅτι στέφανος ἡρωϊκὸν πρόσωπον ὠνόμακε διὰ τῶν γενομένων αὐτῶν. Interpres igitur *πολέμου στέφανον* pro *πόλεμον* per προσωποποιΐαν quandam dici putavit, quemadmodum saepissime legitur Ἄρης. Eodem modo *Πριάμοιο βίη*, *Πατρόκλοιο μένος* multaque alia eius generis frequentantur. Praepositionem cum verbo insequente iungendam esse tum schol. animadvertunt, tum similia ostendunt, vid. 2, 93. 6, 329. 12, 35. 17, 253. 20, 18.

V. 737. Eust. 957, 1. cum libris fidem derogat Romanae.

V. 742 sqq. Modorum ratio, saepe non ita facile cognoscenda, turbas hic quoque excitavit. Nam libri communes primum subiunctivum, deinde optativum *πέσοιμεν* et *ἔλθοιμεν*, solent offerre. Eustathius bis posuit optativum, coniunctivum vero duplicem ex solo, nisi fallor, Veneto Wolfius adscivit. Iam si poetae usum perpenderis, liberam eligendi potestatem nobis factam esse intelliges; subiunctivos vidimus 9, 619, 701, optativo bis utitur Od. 8, 517, denique modus uterque crebrius etiam reperitur, ut 18, 308. Od. 12, 156. 14, 183. 15, 300. 22, 197, quod qua conditione sit legitimum, paucis exponit Hermann. in Opusc. II, 31. Eam vero rationem in Polydamantis verba transferendam esse non negaverim. Nam Polydamas, id quod revera posthac evenisse scimus, metuebat, ne Troianis gravi et magna clade accepta ex Achivorum munimentis esset refugiendum. Quae quum ita sint, optativum rei ac personae aptissimum multisque aliis exemplis satis probatum retinendum duxi. In fine

δείδω, μὴ τὸ χθιζὸν ἀποστήσωνται Ἀχαιοὶ
χρεῖος, ἐπεὶ παρὰ νηυσὶν ἀνὴρ ἅτος πολέμοιο
μίμνει, ὃν οὐκέτι πάγχυ μάχης σχήσεσθαι ὀΐω.
Ὣς φάτο Πουλυδάμας· ἅδε δ' Ἕκτορι μῦθος ἀπήμων,
[αὐτίκα δ' ἐξ ὀχέων σὺν τεύχεσιν ἅλτο χαμᾶζε,]
καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Πουλυδάμα, σὺ μὲν αὐτοῦ ἐρύκακε πάντας ἀρίστους·
αὐτὰρ ἐγὼ κεῖσ' εἶμι, καὶ ἀντιόω πολέμοιο·
αἶψα δ' ἐλεύσομαι αὖτις, ἐπὴν εὖ τοῖς ἐπιτείλω.
Ἦ ῥα, καὶ ὡρμήθη, ὄρεϊ νιφόεντι ἐοικώς,
κεκληγώς, διὰ δὲ Τρώων πέτετ' ἠδ' ἐπικούρων.
οἱ δ' ἐς Πανθοίδην ἀγαπήνορα Πουλυδάμαντα
πάντες ἐπεσσεύοντ', ἐπεὶ Ἕκτορος ἔκλυον αὐδήν.
αὐτὰρ ὃ Δηϊφοβόν τε, βίην θ' Ἑλένοιο ἄνακτος,
Ἀσιάδην τ' Ἀδάμαντα καὶ Ἄσιον, Ὑρτάκου υἱόν,
φοίτα ἀνὰ προμάχους διζήμενος, εἴ που ἐφεύροι.
τοὺς δ' εὖρ' οὐκέτι πάμπαν ἀπήμονας, οὐδ' ἀνολέθρους·

— V. 745. ἀποτίσωνται Vindd. editt. antiqq. et V. L. ap. Eust. 957, 7. cll. 958, 20. — V. 748. ἄδε Eust. 958, 31. et Ald. sec. — V. 763. Ἀργείοισι

versus 743. Vindob. corruptelam vel tenoris pravitas manifesto prodit.

V. 745. Et veteres et recentiores interpretes ἀποστήσωνται, i. e. ne quasi ad libram appensum hesternum debitum reddant, verum esse copiosius docuerunt, vid. schol. Eust. 958, 20. Etym. M. 725, 15. Apoll. in Lex. 148. et alios, quos laudabili diligentia in unum collegit Tollius ad Apoll. Lex. p. 748 sqq. Verbum autem στῆσαι eius rei proprium fuisse Homerus ipse testatur 19, 247. 22, 350. Bene igitur egerunt qui, Romana et Eustathio ducibus, ἀποτίσωνται, nec metro nec sententiae consentaneum, eliminarunt.

V. 749. Antiquiores, etsi Troiani curribus relictis in Graecorum munimenta impetum fecisse dicantur, hoc versu nihil impediti esse videntur, nisi quod Vratisl. et Vindob. unus eum praeterierunt. Nostra aetate illum vel spurium habuerunt, vel eo excusandum putarunt, quod currus via demum ad Graecorum navale patefacta et muris revulsis arcessitos censerent. Qua ratione non ita multum proficimus, praesertim quum alia, quae huc pertinere existimant, ad difficultatem removendam nihil propemodum conferant. Nam v. 684. Achaeorum potius quam Troum bigas intelligamus necesse erit, ut Il. 14, 428 sqq. Hectoris currum post pugnantium terga fuisse relictum luculenter appareat. Neque Bothio 16, 867 sqq. erant commemorandi; Apollinis enim nutu

Digitized by Google

ἀλλ' οἱ μὲν δὴ νηυσὶν ἔπι πρύμνῃσιν Ἀχαιῶν
χερσὶν ὕπ' Ἀργείων κέατο ψυχὰς ὀλέσαντες·
οἱ δ' ἐν τείχει ἔσαν βεβλημένοι οὐτάμενοί τε.
τὸν δὲ τάχ' εὖρε μάχης ἐπ' ἀριστερὰ δακρυόεσσης
δῖον Ἀλέξανδρον, Ἑλένης πόσιν ἠϋκόμοιο,
θαρσύνονθ' ἑτάρους καὶ ἐποτρύνοντα μάχεσθαι.
ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος προσέφη αἰσχροῖς ἐπέεσσιν·
Δύσπαρι, εἶδος ἄριστε, γυναιμανές, ἠπεροπευτά,
ποῦ τοι Δηΐφοβός τε, βίη θ' Ἑλένοιο ἄνακτος,
Ἀσιάδης τ' Ἀδάμας ἠδ' Ἄσιος, Ὑρτάκου υἱός;
ποῦ δέ τοι Ὀθρυονεύς; νῦν ὤλετο πᾶσα κατ' ἄκρης
Ἴλιος αἰπεινή· νῦν τοι σῶς αἰπὺς ὄλεθρος.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπεν Ἀλέξανδρος θεοειδής·
Ἕκτορ· ἐπεί τοι θυμὸς ἀναίτιον αἰτιάασθαι·
ἄλλοτε δή ποτε μᾶλλον ἐρωῆσαι πολέμοιο
μέλλω, ἐπεὶ οὐδ' ἐμὲ πάμπαν ἀνάλκιδα γείνατο μήτηρ.

Ald. sec., male. — V. 772. κατάρχης all. — V. 776. ἐρωήσειν Harl. — Ib. πολέμοιο Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 777. οὐδέ με V. —

et divina vi latum et amplum aditum Troianis fuisse apertum Il. 15, 355 sqq. ostendunt. Quare ut poetam oblivionis crimine liberemus, versum ex 12, 81. huc esse transfusum erit statuendum.

V. 760. Eadem clausula terminatur 4, 88. 5, 168, add. Od. 5, 439.

V. 769. Convicia ab Hectore in Parin iactata cognovimus 3, 39.

V. 772. Tria sibi confinia κατ' ἄκρης, κατὰ κρατὸς et κατὰ κράτος passim confundi a grammaticis accuratius exposui in dissert. de vi et usu praepositionum ἀνὰ et κατὰ p. 21 sq. Optimi quique iudices illorum primum Homero fuisse conveniunt, sicuti hunc locum afferunt Et. M. 608, 51. et schol. ad Od. 5, 313, haud dissimilia sunt 15, 557. 22, 411. 24, 728.

V. 773. Extrema ad Ulixem, qui Antinoum inter pocula et epulas sagitta prostravit, commode accomodantur in Od. 22, 28. Persona mutata sibimet ipsi, maris tempestate iactata, Ulixes animo praesagit idem Od. 5, 328.

V. 776. Futurum a Paridis mente alienum nemo nec probabit, neque aoristum sollicitabit. Venet. πολέμοιο, cuius sedem πτολέμοιο occupaverat, nobis transmisit. Quo existimatore lites de tantilla re agitatae componuntur, vid. 19, 170.

Digitized by Google

ἐξ οὗ γὰρ παρὰ νηυσὶ μάχην ἤγειρας ἑταίρων,
ἐκ τοῦδ' ἐνθάδ' ἐόντες ὁμιλέομεν Δαναοῖσιν
νωλεμέως· ἕταροι δὲ κατέκταθεν, οὓς σὺ μεταλλᾷς.
οἵω Δηΐφοβός τε βίη θ' Ἑλένοιο ἄνακτος
οἴχεσθον, μακρῇσι τετυμμένω ἐγχείῃσιν
ἀμφοτέρω κατὰ χεῖρα· φόνον δ' ἤμυνε Κρονίων.
νῦν δ' ἄρχ', ὅππῃ σε κραδίη θυμός τε κελεύει·
ἡμεῖς δ' ἐμμεμαῶτες ἅμ' ἑψόμεθ', οὐδέ τί φημι
ἀλκῆς δευήσεσθαι, ὅση δύναμίς γε πάρεστιν.
πὰρ δύναμιν δ' οὐκ ἔστι, καὶ ἐσσύμενον, πολεμίζειν.
Ὣς εἰπὼν παρέπεισεν ἀδελφειοῦ φρένας ἥρως.
βὰν δ' ἵμεν ἔνθα μάλιστα μάχη καὶ φύλοπις ἦεν,
ἀμφί τε Κεβριόνην καὶ ἀμύμονα Πουλυδάμαντα,

V. 784. ὅππη nunc vulgo. — V. 785. δὲ μεμαῶτες all. ap. schol. A. — Ib. οὐδ' ἔτι φ. libr. pauci, οὐδέ τε φ. editt. priores. — V. 787. πτολεμίζειν Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 791. Πολυφοίτην Vind. ed. et editt. antiqq. — V. 792. Μόριν δ' υἱὲ Ἱπποτ. ol. vulgo. υἱὸν Ἱππ. Strab. XII, 847. b. — V. 793. οἵγ'.

V. 784. Literam subscriptam a me, ut spero, recte instauratam et libri praestantiores et Eust. 959, 62. defendunt, vid. ad 2, 389. 11, 156.

V. 785. Heynius Aristarcheum immerito habet inferius. Ei enim fidem addunt Ven. Vindd., si ab uno discesseris, omnes, alii et Eust. 959, 63. Iidem οὐδέ τι φ. maxima consensione ratum faciunt. Neque aliud quidquam Odyssea 23, 127 sq. nobis suppeditat, quanquam versus illic recepti pro spuriis sunt habiti.

V. 787. Consona simplex iterum iudicio meliorum nititur, ut Ven. Vind. quint. et Eust. 959, 64, quorum auctoritatem editiones vulgares minime possunt elevare.

V. 791. Polyphoeti in Vind. et editis plerumque lecto Ven. Vindd. duo et alii, quibus nunc morem gesserunt, Polypheten substituerunt. Cui mutationi codicum praesidio sustentatae repugnat lib. 14, 515, ubi iidem fere sociorum Troicorum principes a variis exercitus Achivi ducibus caeduntur. Quare quum illic Prothoon et Periphetes a Teucro interficiantur, fuere qui Περιφήτην eundem huc traducendum censerent. Huic autem opinioni eo aliquid ponderis accedit, quod Polydamantis nomen versu superiore commemoratum occasionem depravandi potuit praebere. Sed errat Bothius, qui reiectis iis, quae paullo ante verisimilia habuerit, dicit: se non intercedere, quominus Mycenaeo, Coprei filio, quem Hector 15, 638. occiderit, alterum nomen relinquatur. Nam ille ipse Periphetes nec Polyphoetes quum ab omnibus aliis Iliados editoribus, tum etiam a Bothio nominatur.

V. 792. Priores metro invito υἱὲ Ἱπποτίωνος scripserunt. Ad

Digitized by Google

Φάλκην Ὀρθαῖόν τε καὶ ἀντίθεον Πολυφήτην,
Πάλμυν τ' Ἀσκάνιόν τε, Μόρυν θ', υἱ' Ἱπποτίωνος·
οἳ ῥ' ἐξ Ἀσκανίης ἐριβώλακος ἦλθον ἀμοιβοὶ
ἠοῖ τῇ προτέρῃ· τότε δὲ Ζεὺς ὦρσε μάχεσθαι.
οἳ δ' ἴσαν, ἀργαλέων ἀνέμων ἀτάλαντοι ἀέλλῃ,
ἥ ῥά θ' ὑπὸ βροντῆς πατρὸς Διὸς εἶσι πέδονδε,
θεσπεσίῳ δ' ὁμάδῳ ἁλὶ μίσγεται, ἐν δέ τε πολλὰ
κύματα παφλάζοντα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
κυρτά, φαληριόωντα, πρὸ μέν τ' ἄλλ', αὐτὰρ ἐπ' ἄλλα·
ὣς Τρῶες πρὸ μὲν ἄλλοι ἀρηρότες, αὐτὰρ ἐπ' ἄλλοι,
χαλκῷ μαρμαίροντες ἅμ' ἡγεμόνεσσιν ἕποντο.
Ἕκτωρ δ' ἡγεῖτο, βροτολοιγῷ ἶσος Ἄρηϊ,
Πριαμίδης· πρόσθεν δ' ἔχεν ἀσπίδα πάντοσ' ἐίσην,

ξ Ἀσκ. Strab. l. all. — V. 797. θεσπεσίῳ ὁμ. V. L. ap. schol. A., ut videtur. — Ib. ἔνθα δὲ πολλὰ libr. pauci. — V. 798 sq. pauci libri in unum contrahunt: κύματα παφλ. πρὸ — αὐτὰρ ἐπ' ἄλλα. — Ib. παμφλάζοντα Vind. quint. — V. 803. πρὸ ἔθεν V. Vindd. vulgo. —

quae emendanda Barnesius triplici usus via proposuit: vel υἱ' vel υἷε Ἱπποτίωνος, vel denique Μόρυν τε καὶ Ἱπποτίωνα, ex Il. 14, 514. quodammodo allectum. Primo autem, Veneti aliorumque subsidio firmato, contenti fuerunt editores. Quo probato Hippotionem patrem et Moryn eius filium in Troum exercitu stipendia fecisse sequitur. Nec desunt similia aliorum exempla, velut Asium patrem Acamas filius comitatur, vid. 12, 140, Pylaemenen Harpalion paullo antea v. 643 sqq.

V. 793. Particulam a Strabone mutatam libri tuentur, ut Ven. Vindd. et alii, add. Apoll. Lex. 107.

V. 797. Schol. A.: οὕτως, inquit, μετὰ τοῦ συνδέσμου, θεσπεσίῳ δ' ὁμάδῳ. E quibus aliis adversativam defuisse colligere licebit.

V. 798 sq. Comparationis vim et concinnitatem multis laudibus exornant veteres iudices, ut Eust. 960, 41. scholl. Aristotel. rhet. III, 11. Poetam enim, fluctuum natura repraesentata, maris agitati murmura sono expressisse et tum literarum asperitate, tum pari verborum casu quasi adumbrasse narrant. E singulis autem, quae adduntur, primum strepitum, alterum molem, ultimum denique undarum colorem respicere censent. Quo quidem modo φαληριόωντα κύματα fluctus e maris tumultu albescentes passim reddunt, cf. scholl. Apoll. Lex. 672. Hesych. II, 1491. et schol. ad Theocr. Id. VIII, 26.

V. 803. Ven. schol. A. et omnes propemodum libri πρὸ ἔθεν δ' ἔχ. ἀσπ. testatum reliquerunt. Cui nec sensus neque Homeri sermo congruit. Itaque ex Harlei. Vind. uno et sex aliis, quos

Digitized by Google

ῥινοῖσιν πυκινήν· πολλὸς δ' ἐπελήλατο χαλκός·
ἀμφὶ δέ οἱ κροτάφοισι φαεινὴ σείετο πῆληξ.
πάντῃ δ' ἀμφὶ φάλαγγας ἐπειρᾶτο προποδίζων,
εἴ πώς οἱ ἔξειαν ὑπασπίδια προβιβῶντι·
ἀλλ' οὐ σύγχει θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν.
Αἴας δὲ πρῶτος προκαλέσσατο μακρὰ βιβάσθων·
Δαιμόνιε, σχεδὸν ἐλθέ· τίη δειδίσσεαι αὔτως
Ἀργείους; οὔτοι τι μάχης ἀδαήμονές εἰμεν,
ἀλλὰ Διὸς μάστιγι κακῇ ἐδάμημεν Ἀχαιοί.
ἦ θήν πού τοι θυμὸς ἐέλπεται ἐξαλαπάξειν

V. 806. πάντη nunc vulgo. — V. 807. ὑπ' ἀσπίδια V. ὑπ' ἀσπίδα all. vid. ad v. 158. — V. 808. Zenod. recensio addit: λίην γάρ σφιν πᾶσιν ἐκέκριτο θάρσει πολλῷ — V. 809. προκαλίζετο Vind. un. — Ib. βιβάσκων Vind. quint. — V. 810. οὔτως Vindd. et ol. vulgo. — V. 814. ἄφαρ δὲ χ. Et. M. 175,

Heynius enumerat, πρόσθεν δ' ἴχεν ἀσπ. recepi. De quo eo minus dubitabis, quo crebrius Homerum ita locutum esse videbis, cf. 5, 300. 17, 7. 12, 294. 20, 163. 21, 581. et 13, 157, ubi nemo unquam aliter dedit.

V. 809. Vind. uni aliisque paucis non tanta est fides, ut his sponsoribus vulgare expellendum ducamus. Homerus quidem προκαλίζετο aliquanto saepius habet, vid. 3, 19. 4, 389. 5, 807. 7, 150. Od. 8, 228, nec vero ideo nostrum ignorat, cf. 7, 218, 285. In fine versus eadem bis iterantur 15, 676. 16, 534. Tenorem vero participii eius ambiguum fuisse inter veteres schol. A. tradit hisce: βιβάσθων Τυραννίων περισπᾶ οὐχ ὑγιῶς· ὁ γὰρ χαρακτὴρ βαρεῖαν τάσιν ἀπαιτεῖ, εἴτε ἀπὸ τοῦ βιβῶ βιβάσθω γενομένου τοῦ ῥήματος, περιπλεονάσαντος τοῦ ᾱ, ὥς φησι Φιλόξενος, εἴτε ἀπὸ ὀνόματος τοῦ βιβαστός, βιβάσθων, ὡς ἄϊστος, ἀΐσθων· γίνεται γάρ τινα ἀπὸ τῶν εἰς τὸν καὶ μεταβολὴν τοῦ τέλους εἰς θῶ βαρύτονα ῥήματα, ἐγερτὸς ἐγέρθω, ἐρεικτὸς ἐρέχθω, ἄϊστος ἀΐσθων (fort. ἀΐσθω), οὕτως καὶ παρὰ τὸ βιβαστὸς βιβάσθων. παραιτητέον δὲ καὶ τοὺς ὀξύνοντας ὡς δεύτερον ἀόριστον, cf. schol. ad 16, 676. Et. M. 197, 23. Eust. 1037, 36. 1071, 28. Phavor. 366, 13. Quare Hesych. I, 716. βιβάσσων, βίᾳ βαίνων, etsi repetit Phavor. 366, 17, valde suspectum esse dudum animadversum est. Forsitan autem eo latet Vindob. quinto lectum βιβάσκων, cui soli confidit Blomfield. ad Aeschyl. Prom. 668, idque librum illum sine mutatione ter offerre videmus. Sed aliis, inter quos Aristarchus ipse fuit, repugnantibus, manus erit cohibenda.

V. 810. Aristarchi αὔτως sive αὖτως, quod Vind. quint. exhibet, fuisse testatur schol. A., neque dissident aut Ven. aut Eust. 961, 2, etsi Roman. sentit cum vulgaribus et Plutarch. de Isid. et Osir. vol. VII, 360.

V. 811. Eust. 961, 13. ἀδαήμονές εἰμεν ἦγουν ἐσμέν, quorum alterum alterius habendum erit interpretamentum.

Digitized by Google

νῆας· ἄφαρ δέ τε χεῖρες ἀμύνειν εἰσὶ καὶ ἡμῖν.
ἦ κε πολὺ φθαίη εὐναιομένη πόλις ὑμὴ
χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν ἁλοῦσά τε περθομένη τε.
σοὶ δ' αὐτῷ φημι σχεδὸν ἔμμεναι, ὁππότε φεύγων
ἀρήσῃ Διὶ πατρὶ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισιν
θάσσονας ἰρήκων ἔμεναι καλλίτριχας ἵππους,
οἵ σε πόλινδ' οἴσουσι κονίοντες πεδίοιο.

Ὣς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπταto δεξιὸς ὄρνις,
αἰετὸς ὑψιπέτης· ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς Ἀχαιῶν
θάρσυνος οἰωνῷ· ὃ δ' ἀμείβετο φαίδιμος Ἕκτωρ·
Αἶαν ἀμαρτοεπές, βουγάϊε, ποῖον ἔειπες·

13. — V. 815. ἔμμι edd. antiqq. ὑμῖν Vind. quint. — V. 816. ἡμετέροισι Lips., male. — V. 819. ἰρήκων V. Vindd. Ald. sec. St. Et. M. 443, 13. — Ib. ἔμμεναι Rom. — V. 824. βουγήϊε Z. βουκάϊε Eust. 962, 11, ut videtur. — Ib. οἷον ἔειπας Vind. quint. et prius Rom. —

V. 814. Haud scio, an casu ex Etymol. magno exciderit vocula posterior: ei recte adesse et libros et Apoll. in Lex. 179. nemo negabit sermonis Homerici doctus, vid. 17, 392, 750.

V. 815. Possessivum, inde ab Aldina secunda receptum, Venet. et Eust. 961, 31. suo iudicio nobis confirmant; e quibus hic sic praecipit: τοῦ δὲ ὑμή, ὅπερ εἰς ὑπογραίαν οὐκ εὔχρηστον, εἰρῆται καὶ αἰτιατική, ἔτι καὶ τὸ οὐδέτερον ἐν τῷ· ὑμὰ κτήματ' ἴδοντες (Od. 1, 375), nec discrepat schol. A.

V. 816. Lipsiensem a vero aberrasse libri non minus quam poeta ipse nos commonefaciunt, cf. ad 2, 274.

V. 819. Plures quidem et Ven. ipse ἴρηξ adspirant, at Ionicum et alia exempla et meliores grammatici certum reddunt, velut schol. Vict. et Eust. 916, 37 τὸ ἰρήκων, inquit, ψιλοῦται Ἰωνικῶς, καθὰ καὶ τὸ ἱερεύς. Venet., nonnisi semel communibus exemplaribus consentiens, Ionicum proponit supra v. 62. 15, 237. 16, 582. 21, 494. Ex quo efficitur Vind. nullam habendam esse fidem, add. Herodian. περὶ λέξ. μον. 37, 14. Praeterea in Romana male fertur ἔμμεναι, quam in viam reducere debebat Eust. 961, 35.: ἐν δὲ τῷ σχεδὸν ἔμμεναι διπλασιασθὲν Αἰολικώτερον τὸ μ διὰ χρείαν μέτρου, ἐν τῷ θάσσονας ἰρήκων ἔμεναι ἀδιπλασιαστὸν μένει διὰ τὸ ἐκ μέτρου ἀκατανάγκαστον. Apud Herodianum l. all. vitiosius etiam ἤμεναι.

V. 821 sq. bis redit in Od. 15, 160, 525. De tenore nominis ὑψιπέτης dixi ad 12, 201.

V. 824. Convicium Hectoris in Aiacem sparsum Od. 18, 74. in Irum mendicum transfert. Veteres autem non tam de eius scriptura quam de explicatione inter se dissensisse intelligitur. Nam Zenodotus solus ᾱ verum habet, reliqui vero omnes, nisi quod βοϊκάϊε nonnullis potius est visum, cum Aristarcho ᾱ assumpserunt. Interpretatio autem triplex potissimum fuit. Etenim

εἰ γὰρ ἐγὼν οὕτω γε Διὸς παῖς αἰγιόχοιο
εἴην ἤματα πάντα, τέκοι δέ με πότνια Ἥρη,
τιοίμην δ', ὡς τίετ' Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων,
ὡς νῦν ἡμέρη ἥδε κακὸν φέρει Ἀργείοισιν
πᾶσι μάλ'· ἐν δὲ σὺ τοῖσι πεφήσεαι, αἴ κε ταλάσσῃς
μεῖναι ἐμὸν δόρυ μακρόν, ὅ τοι χρόα λειριόεντα
δάψει· ἀτὰρ Τρώων κορέεις κύνας ἠδ' οἰωνοὺς

V. 825. αἴ γὰρ V. ol. vulg. et H. — V. 828. φέροι Eust. 961, 58. — V. 829. τοῖς γε Vind. | quint. — V. 831. κορέσεις Ald. sec. Rom. et ol. vulg. — V. 832. παρὰ ν. V. L. ap. schol.

alii de Aiacis tarditate bovi simili acceperunt, alii ad clypei magnitudinem traduxerunt, eoque Aiacem ferocientem ab Hectore sic appellari putarunt, alii denique Aiacem rusticum et inficetum hoc nomine appellari sibi persuaserunt, quam qui sequebantur rationem *βουκάϊε* scripserunt, vid. scholl. Eust. 962, 3 sqq. Apoll. in Lex. 195 sq. schol. ad Od. l. all. Iam *βουκάϊε* posteriorum est verbum, apud quos *βουκαῖε* fertur, vid. Theocr. Id. X, 1. Nicand. Ther. 5, nec quidquam eius pertinet ad Homerum, unde interpretatio ista concidit. Priores vero duae non minus sunt reiiciendae, quum utraque, ab Aiacis vel magnitudine vel clypeo petita, Iro minus conveniat. Rectius igitur Aiacem et Irum stolide gloriantes intelligemus, cui et alia conveniunt, et *ἁμαρτοεπὴς* modo praemissum. Neque veteres ab ista interpretatione prorsus abhorruisse videmus, quippe quam et schol. ad Odysseam primum afferat, et Et. M. 142, 13. 207, 10, et plenius aliis pertractet Apoll. in Lex. 195 sq. hisce: *Βουγάϊε δὶς κέχρηται τῇ λέξει ὁ ποιητής· ἐν Ἰλιάδι ἅπαξ ἐπ' Αἴαντος, ἐν δὲ Ὀδυσσείᾳ ἐπὶ τοῦ Ἴρου. βουγάϊον δὲ λέγουσι τὸν ἐργάτην βοῦν· ἀπὸ δὲ τοῦ τὴν γῆν ἐργάζεσθαι βουγαῖον, ὡς οὖν βοώδη καὶ ἀναίσθητον ὀνειδίζεσθαι τὸν Αἴαντα μὲν ὑπὸ τοῦ Ἕκτορος, τὸν δ' Ἴρον ὑφ' ἑνὸς τῶν μνηστήρων, βέλτιον δὲ ἀποδίδοναι τὸν ἐφ' ἑαυτῷ μεγάλως γαυριῶντα. τὸ μὲν γὰρ βου ἤτοι ἐπὶ τοῦ μεγάλου, ὡς ἐπὶ τοῦ βούπαιδος καὶ βουσίνου.* In versus fine *οἷον ἴεπες* praeter Vindob. et Rom. Eust. 962, 34. et Etym. M. 207, 10, Veneto repugnante, praebent.

V. 825. Wolfius ex Il. 8, 538. et Vind. quint. *εἰ γὰρ* hausisse videtur, neque alia consentanea desunt, vid. 17, 561. Od. 17, 491. Iis autem conditio voto coniuncta inesse solet. *αἴ γάρ*, quod plerique tuentur, nil nisi votum indicare animo informatum ingens exemplorum copia ostendit, vid. 2, 371. 4, 189, 288. 7, 132. 10, 536. 18, 272, 464. 22, 146, 454.

V. 828. Eustathium non ignorasse indicativum ex eius commentariis 962, 48. perspicitur. Is autem Hectori animi plenō et Iovis promissis confidenti longe erit aptior, cf. Il. 8, 540 sq.

V. 831. Futurum Ionicum *κορέεις* merito reposuerunt recentiores, vid. 8, 379. 17, 241. et Bekker. l. all. p. 171. Bene de eo iam Eust. cum Rom. discors praecipit 962, 59: *τὸ δὲ κορέεις μέλλοντι ἰσοδυναμεῖ τῷ κορέσεις.*

V. 835. Uni Townlei. obsequutus augmentum detraxit Hey-

Digitized by Google

δημῷ καὶ σάρκεσσι πεσὼν ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.
Ὣς ἄρα φωνήσας ἠγήσατο· τοὶ δ' ἅμ' ἕποντο
ἠχῇ θεσπεσίῃ, ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς ὄπισθεν.
Ἀργεῖοι δ' ἑτέρωθεν ἐπίαχον, οὐδ' ἐλάθοντο
ἀλκῆς, ἀλλ' ἔμενον Τρώων ἐπιόντας ἀρίστους.
ἠχὴ δ', ἀμφοτέρων ἵκετ' αἰθέρα καὶ Διὸς αὐγάς.

A. — V. 835. οὐδὲ λάθ. H. — V. 837. Διὸς αὐλάς Barnes. | emendatio. —

nius; contra stant Ven. Vindd. libri alii et Eust. 962, 62.

V. 837. Barnesii suspicio ducta est e schol. Victor., qui sic tradit: τὸν οὐρανόν· δι' αἰθέρος οὐρανὸν ἦκεν (Il. 2, 458). οἱ δὲ Διὸς τὸν οὕτως Πλατωνικῶς. οἱ δὲ τὰ ὑψηλὰ τῶν ὀρῶν. οἱ δὲ αὐλάς, ἐπεί φησι· Ζηνός που τοιήδε γ' Ὀλύμπιον ἔνδοθεν αὐλή (Od. 4, 74). Ζεὺς δ' ἷκε οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι (Il. 15, 188). E quibus fortasse colligere possis fuisse qui Διὸς αὐλὰς melius existimarent. Sed ei obstant quum libri tum testes alii, sicut Et. M. 409, 9. Moschopul. 80, 15.

# ΙΛΙΑΔΟΣ Ξ.

Nestor pugnae propioris clamore territus, ut quo statu res sit praesens inspiciat, tentorio egreditur, et in Diomedem, Ulixem et Agamemnonem, vulneribus tardatos et eadem de causa a navibus progressos incidit v. 1 — 40. Atrida, muri eversi adspectu fractus, fugae consilium denuo proponit v. 41 — 81. Sed ab Ulixe castigatus, consilio priore abiecto, quemadmodum Diomedes censuerat, cum reliquis principibus, ut suis animum addant, in proelium se confert et a Neptuno obvio nova spe erigitur v. 82 — 152. Quo animadverso Iuno, Iovi fraudem machinata, et alio apparatu et Veneris cingulo se exornat, Somnumque, qui maritum Veneris illecebris irretitum sopiat, e Lemno evocat v. 153 — 232. Somnus etsi ab initio deae preces ac dona recusat, eius tamen promissis captus tum Iovi, uxoris blanditiis delinito, soporem immittit, tum Neptuno nuntium defert v. 233 — 361. Is fratris desidia fretus Achaeos ad hostes acrius invadendos adhortatur et viam praeit v. 362 — 401. Hectorem inter primores conspicuum Aiax Telamonius saxi ictu terrae affligit, prostratum autem e belli tumultu Troianorum proceres eripiunt, curruique impositum ad Scamandri vadum aqua adspersa in vitam revocant v. 402 — 439. Achaei, Hectore represso, magnam hostium edunt stragem iisque in fugam inclinatis Aiax, Oilei filius, pedum pernicitate insignis, instat fortissime v. 440 — 522.

Digitized by Google

## Διὸς ἀπάτη.

Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχή, πίνοντά περ ἔμπης,
ἀλλ' Ἀσκληπιάδην ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
ἄνδα ὅ τι φρονέεις· τελέσαι δέ με θυμὸς ἄνωγεν,
εἰ δύναμαι τελέσαι γε, καὶ εἰ τετελεσμένον ἐστίν.
Τὴν δὲ δολοφρονέουσα προσηύδα πότνια Ἥρη·
δὸς νῦν μοι φιλότητα καὶ ἵμερον, ᾧτε σὺ πάντας
δαμνᾷς ἀθανάτους ἠδὲ θνητοὺς ἀνθρώπους.

ed. — V. 186. ὑπαὶ Vindd. et ol. vulgo. — V. 198. δὸς δή | μοι Vind. quint. —

V. 196. Particulas vi et potestate congruas νυν ac δή pro lubitu solent miscere librarii, quarum altera saepe utitur Vind. quint. Schol. A. alios singula transposuisse narrat, ita quidem: δός μοι νῦν, νῦν δός μοι Eust. 977, 4.

V. 199. Insolentia formae varia vel emendandi vel explicandi pericula peperit. Quae ut clarius pateant, a veterum praeceptis initium capiamus. Schol. igitur V. οἱ μὲν, inquit, ὁμοίως τῷ „πειρᾷ ἐμεῖο γεραιέ" (Il. 24, 390)· οἱ δὲ Ἀθήριον αὐτὸ ἀντὶ τοῦ δάμνασαι. οὕτως Ἀρίσταρχός φησιν ἐπίσιμ, δύνᾳ· ὅλον δὲ ἐπίστασαι. Eam apocopam Doricam scholl. BL. identidem commemorant. Eustath. vero 977, 62. δαμνῶμαι δαμνᾷ etymum esse tradit formae in μι desinentis δάμνημι, unde sint δάμναται, δάμνασθαι et eorum similia. Eustathium, ut solet, exscripsit Phavor. 449, 10. Alii partim corrupta, partim mutilata suppeditant, ut schol. ad Od. 11, 221., eaque emendare student Porson. et Buttmannus. Nec vero hic id, quod res postulabat, mihi quidem reperisse videtur. Nam si recte iudico, Ptolemaeus Ascalonita cum Aristarcho δάμνᾳ, e Dorica dialecto ortum, recipi iussit. Ut enim ex δύνασαι, παρίστασαι, δύνᾳ, παρίστᾳ fit, ita δάμνασαι δάμνᾳ ex se generare erit consentaneum. Quare non ita male coniecerunt Bentleius, Porsonus et Vossius ad hymn. Hom. in Cer. 115. δάμνασαι plenum atque integrum huic loco esse aptissimum, cf. Od. 3, 214. 16, 93 ὑποδάμνασαι. At iis adversatur Hermannus ad hymn. eundem v. all., dum dicit e persona altera δύνασαι et περίστασαι nondum colligi posse poetas πέλνασαι et δάμνασαι fuisse recepturos. Videri enim illos terminationem ᾷ secundae personae passivi praetulisse, si utraque forma et αω et αμαι fuerit in usu. Ad haec quidem Vossius respondit, nec tamen rem iis confectam puto. Nam si activum δαμνάω, quod negari non potest, Homerus novit, cf. Il. 16, 103. Od. 11, 220., passivum vel medium δαμνῶμαι, δαμνᾷ reiiciendum esse nemo affirmabit. Porro ex activo δαμνάω persona altera poterit duci δαμνᾷς, cuius mentionem facit Etym. M. 698, 58. Iam quum tria licet eligere δαμνᾷς, δαμνᾷ et δάμνασαι, vid. Od. 14, 488., a librorum auctoritate recedere lubricum duxi.

Digitized by Google

εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης,
Ὠκεανόν τε, θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν,
οἵ μ' ἐν σφοῖσι δόμοισιν ἐὺ τρέφον ἠδ' ἀτίταλλον,
δεξάμενοι Ῥείης, ὅτε τε Κρόνον εὐρύοπα Ζεὺς
γαίης νέρθε καθεῖσε καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης·
τοὺς εἶμ' ὀψομένη, καί σφ' ἄκριτα νείκεα λύσω.
ἤδη γὰρ δηρὸν χρόνον ἀλλήλων ἀπέχονται
εὐνῆς καὶ φιλότητος, ἐπεὶ χόλος ἔμπεσε θυμῷ.
εἰ κείνω γ' ἐπέεσσι παραιπεπιθοῦσα φίλον κῆρ
εἰς εὐνὴν ἀνέσαιμι ὁμωθῆναι φιλότητι,
αἰεί κέ σφι φίλη τε καὶ αἰδοίη καλεοίμην.
Τὴν δ' αὖτε προέειπε φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη·

V. 202. οἵ με σφοῖσι V. Lips. a pr. manu. — V. 203. Ῥείας Ar. et Aristoph. — V. 205. σφι ἄκρ. Thiersch. in Gr. §. 164. 7. — V. 208. κείνων Vind. quint. Z. et Aristoph. παραιπεπίθουσα editt. vulgar. παραι πεπιθ. V. — V. 209. ἀν' ἐσαιμι V. ὁμοιωθῆναι Apoll. in Lex. 123. φιλότητα Lips. — V. 211. φιλομειδὴς ol. vulgo. — V. 215. ἔνθα δέ vulgo. — V. 216. ἠδ',

V. 202. Aristarchum praepositionem genuinam habuisse discimus e schol. A., quem vid. ad 16, 775. 15, 187., unde Heynio contrarium affirmanti fides erit deroganda.

V. 203. Ῥείας eundem Aristarchum voluisse schol. perhibet, quod cur statuerit se non assequi fatetur Heynius. Movit haud dubie grammaticum nominativus Ῥέα 15, 187, eique, ut videtur, morem gessit Göttling. in Hes. Theog. 135, alia exempla cumulavit Thiersch. in gr. Gr. §. 176. 3. Libris autem repugnantibus, in genitivo praesertim vocalis longa erat tenenda.

V. 205. Thierschius fallitur, etsi eodem errore implicuit Nitzschium ad Od. 8, 300., vid. Excurs. VIII. §. 2.

V. 208. Casuum enallagen magis Homericum Aristarchus habuit, vid. schol. A. et Eust. 979, 4.

V. 209. Apollonii mendum corrigunt editores et Eust. 979, 62.

V. 211. Consonam geminari iubent libri, vid. ad Δ, 10.

V. 215. Hermanno ad hymn. in Ven. 49. suadente, relativo locus erat concedendus, vid. ad 8, 48.

V. 216. E commentariis quibusdam ἠδ' ἀριστόν commemoravit schol. A. At ei libri non minus atque alii testes obstant, velut Eust. 979, 37. schol. ad Od. 8, 288. Etym. M. 546, 13. 612, 49. Quibus eo magis erit credendum, quo certius reddit vulgare poetarum consuetudo, vid. Il. 5, 740. 18, 483 sqq. Hes. scut. 154 sqq. Nic. Ther. 92, 93., cui loco olim affecto libri bene prospiciunt, vid. ephemerid. liter. Ien. a. 1819. in complement. vol. I. p. 221. Praeterea Eustathius simile alius poetae fragmentum Homericis contulit.

V. 217. Etymologicum leviter vitiatum corrigunt alii. Vind.

Digitized by Google

οὐκ ἔστ' οὐδὲ ἔοικε τεὸν ἔπος ἀρνήσασθαι·
Ζηνὸς γὰρ τοῦ ἀρίστου ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαύεις.
Ἦ, καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα,
ποικίλον· ἔνθα τέ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο·
ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς
πάρφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων.
τόν ῥά οἱ ἔμβαλε χερσίν, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν·
Τῇ νῦν, τοῦτον ἱμάντα τεῷ ἐγκάτθεο κόλπῳ,
ποικίλον, ᾧ ἔνι πάντα τετεύχαται· οὐδέ σέ φημι
ἄπρηκτόν γε νέεσθαι ὅ τι φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς.
Ὣς φάτο· μείδησεν δὲ βοῶπις πότνια Ἥρη,
μειδήσασα δ' ἔπειτα ἑῷ ἐγκάτθετο κόλπῳ.

ὀαριστὺς V. L. ap. schol. A. — V. 217. φρονέοντα Etym. M. 546, 54. φρονέοντος Etym. M. plurali supra scripto Vind. quint. et Aristoteles. — V. 219. τῇ νυν Both. — Ib. τεῷ δ' ἐγκ. Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 221. γενέεσθαι Demetrius, Ald. sec. — V. 222. γήθησεν Harl. Lips. Eust. 977, 60. — V. 223. μέσῳ ἐγκ. V. et all. —

quint. φρονέοντος abstergere videtur plurali supra notato, fuit tamen singularis bis apud Aristotel. eth. ad Nicom. VII, 7. et Eud. VI, 6. Apollonii denique glossa πάρφασις· παραμυθία, vid. Lex. p. 536., magis congrua videtur Il. 11, 792. 15, 404., nostrum enim respicit ib. 487.

V. 219. Bothius Homero largitus est νυν causale; temporis adverbio succurrunt libri, ut Vindd. et Eust. 980, 1., add. Il. 23, 618. Interpuncto autem priora duo a proximis distingui iussit Clarkius, vid. Od. 5, 346. 8, 477. 9, 347. 10, 287., add. Etym. M. 756, 20. Apoll. in Lex. 644. Buttm. in Lex. 164. et Iacobs. ad Anthol. Pal. 498. Ea igitur de causa δέ, a Venet. et Harlei. praetermissum, eiecerunt editores recentissimi.

V. 221. Demetrius Sidonius, ut puto, ἄπρηκτον γενέσθαι, a nonnullis adoptatum. Nec dubium erit, quin id noverit Apoll. in Lex. 154., quanquam aliter iudicavit Villoisonius. Aristarchi νέεσθαι Iunonis proposito, de quo modo fecerat mentionem, magis idoneum esse quilibet videbit.

V. 222. Vulgatum μείδησεν non improbabis collato Il. 1, 595 sq. Etenim γήθησεν vel glossae instar erit habendum, vel acceptum refertur sedulitati eius, qui poetae orationem magis variam optavit, vid. Wolfii praef. ed. nov. p. XCI.

V. 223. Aristarchus num μέσῳ an ἑῷ potius habuerit, vix dirimas, scholiastis in diversa abeuntibus, e quibus Victor. prius Zenodoteum esse dicit. Heynius id e glossa profectum esse sibi persuasum habet, verum ubi recordatus fueris Iunonem Veneris cingulum occuluisse, ne Iupiter fraudem sentiret, ab eo dissidebis.

Digitized by Google

Ἡ μὲν ἔβη πρὸς δῶμα Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη·
Ἥρη δ' ἀΐξασα λίπεν ῥίον Οὐλύμποιο,
Πιερίην δ' ἐπιβᾶσα καὶ Ἠμαθίην ἐρατεινὴν
σεύατ' ἐφ' ἱπποπόλων Θρηκῶν ὄρεα νιφόεντα,
ἀκροτάτας κορυφάς· οὐδὲ χθόνα μάρπτε ποδοῖιν·
ἐξ Ἄθῳ δ' ἐπὶ πόντον ἐβήσετο κυμαίνοντα,
Λῆμνον δ' εἰσαφίκανε, πόλιν θείοιο Θόαντος.
ἔνθ' Ὕπνῳ ξύμβλητο, κασιγνήτῳ Θανάτοιο,
ἕν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρί, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν·
Ὕπνε, ἄναξ πάντων τε θεῶν, πάντων τ' ἀνθρώπων·
ἦ μὲν δή ποτ' ἐμὸν ἔπος ἔκλυες, ἠδ' ἔτι καὶ νῦν

V. 227. ἕσυτ' ἐφ' ἱππο. V. L. ap. schol. A. ἱπποκόμων et ἱπποκόμων VV. LL. ap. schol. — Ib. ὄρεα σκιόεντα Vind. quint. — V. 229. Ἄθοω grammat. pars. — Ib. ἐς πόντον Z. et Aristoph. — Ib. ἐβήσατο ol. vulgo W. — V. 230. εἰς ἀφ. V. — Ib. θείοιο ἄναχτος Vind. quint. — V. 234. εἰ μὲν Vind. ed. St. Rom. — Ib.

V. 227. Quotidianum, aliis exemplis tutum, statione non erit depellendum, cf. Od. 5, 51. Thracum vero epitheton, ἱπποπόλων iam vidimus 13, 4., cui quidem ἱπποκόμων, nec vero ἱπτονόμων surrogari poterit. Id enim agasonum potius quam equitum esset. Sub finem versus Vindob. quintus de metro sollicitus ὄρια σκιόεντα dedit, sed Thraciae nivosae atque hiemali magis quadrant montes alta nive candidi, numero vero satis concinere νιφόεντα ostendunt 13, 754. 20, 385. Od. 10, 338.

V. 229. Ἄθῳ et Ἄθοω suos invenit patronos: tertiam a fine syllabam acuerunt ii, qui ex Atticorum more in nominibus declinationis tertiae conspicuo rem aestimandam putarunt, velut Eust. 989, 49. et scholl. BLV. Paroxytonum vero magis consentaneum existimavit Herodianus in Etym. M. 220, 10. 847, 9. De vocali duplici nostra aetate alii aliter praeceperunt; nam Buttmanno in gr. Gr. §. 37. annot. 6. orta illa videtur ex ᾱᾰ: quod falsum habuerim, etsi φῶς φόως φάος eique finitima eius sententiam stabilire videantur. At declinationis secundae ω̄ simplex in ο̄ο̆ et ο̆ω̄ resolvi posse indicio sunt alia, veluti γάλως γαλόω, cf. Thiersch. in gr. §. 184. 21. et Matth. §. 70. 4. Sequentia iterum minus accurate exponunt schol., dum enim Venetus ἐς πόντον Zenodoto Aristophanique tribuit, Victor. eam vocalem ad Aristarchum refert auctorem. Equidem illi accesserim cum Wolfio. Denique ἐβήσετο, ut fere semper, Venet. cum Aristarcho praebet, ideoque reducendum erat, utpote antiquius.

V. 230. Vindob. quinto glossa obrepsit. Nomen enim proprium regis hic exspectari manifestum est, vid. Eust. 980, 51. Urbem autem eam Myrinam postero tempore appellatam esse Apoll. Arg. I, 634. cum aliis iudicat.

V. 234. Initium versus iam prisco tempore dubium fuisse Eust. 981, 31. et schol. Lips. ostendunt. E quibus ille: γράφεται καὶ εἰ μέν, ὃ καὶ χρεῖττον, hic vero ἦ μὲν e priorum norma

πειθευ· ἐγὼ δέ κέ τοι εἰδέω χάριν ἤματα πάντα.
κοίμησόν μοι Ζηνὸς ὑπ' ὀφρύσιν ὄσσε φαεινώ,
αὐτίκ' ἐπεί κεν ἐγὼ παραλέξομαι ἐν φιλότητι.
δῶρα δέ τοι δώσω καλὸν θρόνον ἄφθιτον αἰεί,
χρύσεον· Ἥφαιστος δέ κ' ἐμὸς πάϊς ἀμφιγυήεις
τεύξει ἀσκήσας, ὑπὸ δὲ θρῆνυν ποσὶν ἧσει,
τῷ κεν ἐπισχοίης λιπαροὺς πόδας εἰλαπινάζων.
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσεφώνεε νήδυμος Ὕπνος·
Ἥρη, πρέσβα θεά, θύγατερ μεγάλοιο Κρόνοιο,
ἄλλον μέν κεν ἔγωγε θεῶν αἰειγενετάων
ῥεῖα κατευνήσαιμι, καὶ ἂν ποταμοῖο ῥέεθρα

ἐμὸν Ἶπος Vind. quint. — V. 235. καί τοι editt. antiqq. — Ib. ἰδέω χάριν V. Harl. Etym. M. 806, 56. et nunc vulgo. — V. 236. ἐπ' ὀφρύσι Z. — Ib. κοίμισσον Vind. quint. — V. 239. παῖς W. — V. 241. ἐπισοῖες Herod. et V., ut videtur.

commendat. Recentiores non minus fluctuant, velut Clarkius Eustathio, Heynius scholiastae assentitur, vid. ad I, 453.

V. 235. Importunum καὶ librorum ope sublatum est, deinde ἰδέω χάριν utpote Aristarcheum recentissimi quique recipi iusserunt. Ea autem de re aliter statuo, etsi schol. A. apud Villoisonium sic tradit: Ἀρίσταρχος ἰδέω χάριν, αἱ δὲ δημώδεις εἰδέω. Nam si Bekkero fides est habenda, ista et depravata et truncata sunt transcripta. Legenda potius sunt ita: Ἀρίσταρχος χάριν εἰδέω, αἱ δὲ δημώδεις εἰδέω χάριν. Itaque, singulis aliter dispositis, Aristarchus idem atque alii verum habuit. Sequitur ergo εἰδέω χάριν, cui libri plerique et Eust. 981, 21. adsunt, minime fuisse reiiciendum. Plus autem fidei illi inde paratum erit, quod εἰδέω εἰδῶ ἴης ἴῃ poetae trita ac certa sunt, vid. Od. 16, 236. et Thiersch. gr. §. 232. 50., ἰδέω nullo alio exemplo firmari potest. Ne quis vero Il. 11, 243. et hymn. in Apoll. 153. huc advocet, vix erit verendum.

V. 236. Zenodoteum cum Aristophane Aristarchoque merito improbatur, cf. 13, 88. Od. 4, 153. 8, 521, 531. 16, 249. Apoll. Rh. III, 371, 1023. Quint. Sm. I, 58. IX, 374. X, 182. XII, 402.

V. 239. Venet. et omnes, quos novi, πάϊς bisyllabum tradiderunt, vid. Excurs. VI. p. XIV.

V. 241. Herodianus libr. XVII. τῆς καθόλου ἐπισχοῖες, cuius vestigium est in Ven., defendendum putavit, utpote ortum vel e communi ἐπίσχοις, ε̄ abundante, vel ex Attico ἐπισχοίης, η̄ in vocalem brevem extenuato. Sed quum σχοίην (vide de hoc Atticorum optativo Etym. M. 664, 27. Buttm. in gr. Gr. §. 88. annot. 4. Matth. §. 198. 2.) sit legitimum, melius profecto Alexander Cotyaensis ἐν τῷ ι' τῶν παντοδαπῶν, quemadmodum nunc fertur, ἐπισχοίης dedit, cui et libri plurimi et grammatici docti

Ὠκεανοῦ, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται·
Ζηνὸς δ' οὐκ ἄν ἔγωγε Κρονίονος ἄσσον ἰκοίμην,
οὐδὲ κατευνήσαιμ', ὅτε μὴ αὐτός γε κελεύοι.
ἤδη γάρ με καὶ ἄλλο τεὴ ἐπίνυσσεν ἐφετμὴ
ἤματι τῷ, ὅτε κεῖνος ὑπέρθυμος Διὸς υἱὸς
ἔπλεεν Ἰλιόθεν Τρώων πόλιν ἐξαλαπάξας.
ἤτοι ἐγὼ μὲν ἔλεξα Διὸς νόον αἰγιόχοιο
νήδυμος ἀμφιχυθείς· σὺ δέ οἱ κακὰ μήσαο θυμῷ
ὄρσας' ἀργαλέων ἀνέμων ἐπὶ πόντον ἀήτας·

V. 248. κελεύει Lips. Eust. 981, 60. cll. 982, 41. 983, 16. — Ib. αὐτός γε Κρονίων Apoll. in Lex. 311. — V. 249. ἄλλοτε ἠ Harl. H. ἀλλότε σὴ vel ἀλλόθ' ἑῇ grammaticor. pars. — V. 250. ὅτ' ἐκεῖνος ol. vulgo. — V. 252. ἔθελξα Ald. sec.

assensum praebuerunt, vid. schol. A. Eust. 983, 1. In nonnullis exemplaribus, schol. Victor. teste, duo versus hic erant attexti:

αὐτὰρ ἐπὴν δὴ νῶϊ κατευνηθέντας ἴδηαι,
ἀγγεῖλαι τάδε πάντα Ποσειδάωνι ἄνακτι.

V. 246. Crates, ut Oceanum omnium rerum patrem plenius et accuratius describeret, versum subiecit hunc: ἀνδράσιν ἠδὲ θεοῖς, πλείστην δ' ἐπὶ γαῖαν ἵησιν, cf. Plutarch. de facie in orb. lunae Vol. IX, 702.

V. 247. Foede corruptus legitur in Etym. M. 540, 29. Ζηνὸς κἂν ἔγωγε Κρονίωνος.

V. 248. Iovem, sicut alios deos, sopiri scimus. Unde indicativus, quia nihil novi insolitique eo dicitur, consentaneus esse possit. Subiunctivus, a Thierschio olim probatus, prorsus alienus est, vid. Herm. Opusc. II, 36., cf. ad 13, 319.

V. 249. Varie admodum et singula constituisse et explicuisse veteres schol. Ven. enarrat, cuius sunt haec: Ἀρίσταρχος ἐλλείπειν φησὶ τὴν κατά, καὶ ἐκδέχεται τὴν ἀντωνυμίαν εὐθείας πτώσεως, καὶ κατ' ἄλλο ἡ σὴ ἐσωφρόνισεν ἐντολή, ὥστε εἶναι ἡ τεή. Παρμένισκος δὲ ἐκδέχεται ἐπιρρήμα τὸ ἄλλοτε, καὶ δασύνει τὸ ἤ, καὶ περισπᾷ ἐπὶ δοτικῆς πτώσεως, ἵνα ὑπάρχῃ, ὁ Ζεὺς τῇ ἡ με ἐσωφρόνισεν ἐντολῇ. Ἀλεξίων δὲ προκρίνει τὴν Ἀριστάρχου· φησὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ τ ἀρκτέον. καὶ ἡμῖν δὲ δοκεῖ· πρὸς γὰρ τὴν Ἥραν ἡ ἀπόπαυσις ἐστιν. αὐτὸς γοῦν ἐπεξηγεῖται αὐτό· „νὺν αὖ τοῦτό μ' ἄνωγας ἀμήχανον ἄλλο τελέσσαι“ (Il. 15, 262.). τοιοῦτον γὰρ λέγει, ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτε ἡ σὴ ἐσωφρόνισεν ἐντολή. ὁ δὲ ἐπιθετὴς Πτολεμαῖος καὶ Ζηνόδοτος οὐν τὸ ῑ γράφουσιν, οἷον τῇ σῇ ἐντολῇ ἐσωφρόνισέ με, cf. Eust. 981, 61. 983, 18. Apoll. Lex. 379., qui ἄλλο ex apocopa adverbii ἄλλοτε prognatum volunt dorica e dialecto, vid. Pseudoplutarch. de vit. et poes. Hom. p. 287. ed. Gal. Nec vero ea opus est, nam ἄλλο significat praeterea, ceterum, vid. 22, 322. 23, 454. Verbum πινύσσειν et πινύσκειν tum tran-

Digitized by Google

καί μιν ἔπειτα Κόωνδ' εὐναιομένην ἀπένεικας
νόσφι φίλων πάντων. ὃ δ' ἐπεγρόμενος χαλέπαινεν,
ῥιπτάζων κατὰ δῶμα θεούς, ἐμὲ δ' ἔξοχα πάντων
ζήτει· καί κέ μ' ἄϊστον ἀπ' αἰθέρος ἔμβαλε πόντῳ,
εἰ μὴ Νὺξ δμήτειρα θεῶν ἐσάωσε καὶ ἀνδρῶν,
τὴν ἰκόμην φεύγων· ὃ δ' ἐπαύσατο, χωόμενός περ.
ἄζετο γὰρ, μὴ Νυκτὶ θοῇ ἀποθύμια ἔρδοι.
νῦν αὖ τοῦτό μ' ἄνωγας ἀμήχανον ἄλλο τελέσσαι.
Τὸν δ' αὖτε προξείπε βοῶπις πότνια Ἥρη·

Barnes. — V. 255. Κόωνδ' εὐν. V. L. ap. schol. AV. — V. 259. μήτειρα Z. et Aristoph. — V. 260. ὃ δὲ παύσατο Vind. un. in marg. — V. 261. ἔρδοι all., vid. ad I, 315. Apoll. Lex. 45. —

sitive tum intransitive dici admonet Eust. l. all., vid. Ruhnk. ep. crit. I, 37. et de forma Lobeck. ad Phryn. 607.

V. 250. Ionicum librorum consensione tutum poetae nuper reddiderunt.

V. 252. Ab Aldina secunda inde ἴθελξα, cuius causam egit Barnesius, erat propagatum. Hodie restituto praeter codices et editiones antiquissimas praesidio sunt grammatici, sicut Eust. 983, 22. Apoll. in Lex. 254., add. Il. 24, 635.

V. 255. Schol.: ἔνιοι διὰ δύο ὀὸ γράφουσι Κόον· καὶ Καλλίστρατος ἐν τοῖς διορθωτικοῖς. Ad quod stabiliendum σόον et ei finitima commemorare solent, at quidquam mutari vetant libri, add. 15, 28. hymn. in Ap. 42. Et. M. 507, 58. et schol. Pindar. ad Nem. IV, 40.

V. 256. Eust. 981, 64 ἐπεγρόμενος ἢ ἀνεγρόμενος. Quo prius explicatum voluit, quemadmodum paullo infra 983, 50. ipse indicat, ubi ἐπεγρόμενος ἀντὶ τοῦ ὕστερον ἐγερθείς poni dicit. Multo autem crebrius utuntur epici ἀνείρειν et ἀνεγρέσθαι, nostrum tamen praeter poetam 10, 124. Od. 20, 51. 22, 431., adhibuerunt gnomici, velut Theogn. 469. Solon. fr. XV, 19.

V. 259. Zenodotei insuper meminit Eust. 983, 55. Sed infausta fabrica excusum illud videtur: quandoquidem feminina in ειρα exeuntia a masculinis in ηρ desinentibus solent oriri, veluti κυβερνητὴρ κυβερνήτειρα, κραντὴρ κράντειρα, σωτὴρ σώτειρα, vid. Etym. M. 318, 54. Carebit ergo μήτειρα analogia, a qua vulgare non destituitur, add. Etym. M. 609, 12., Orion. 44, 9. Apoll. Lex. 479. Quare illud nonnisi infimae aetatis poetis erit concedendum. Ne quis, vero mihi obiiciat παμμήτειρα et eius similia, masculinum παμμήτωρ illud vindicare addo.

V. 263. Alios versu adiecto scripsisse refert schol. Viet.:

ὣς φάτο· μείδησεν δὲ βοῶπις πότνια Ἥρη,
χειρί τέ μιν κατέρεξεν (ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν).

Ultima enim a scholiographo neglecta alionde suppleantur erit necesse, cf. v. 232. 5, 372. 6, 485. 24, 127. Od. 4, 610. 5, 181.

Digitized by Google

Ὕπνε, τίη δὲ σὺ ταῦτα μετὰ φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς;
ἦ φῂς ὡς Τρώεσσιν ἀρηξέμεν εὐρύοπα Ζῆν',
ὡς Ἡρακλῆος περιχώσατο, παιδὸς ἑοῖο;
ἀλλ' ἴθ', ἐγὼ δέ κέ τοι Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων
δώσω ὀπυιέμεναι, καὶ σὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν.
[Πασιθέην, ἧς αἰὲν ἐέλδεαι ἤματα πάντα.]

V. 265. ἦ Ptolem. Ascalonit. — Ib. ἀρηγέμεν ol. vulgo et H. — Ib. sq. Ζῆ — Ν', ὡς V. Eust. 984, 2. Rom. et W. — V. 266. πέρι χώσατο V. Vindd. St. et all. — V. 269 a codd. nonnullis abest. — Ib. ἱμείρεαι ol. vulgo. — V. 270. χαίρε δ'

V. 265. Futurum ἀρηξέμεν Ven. Harl. Lips. Vindd. et alii nobis servarunt. In fine huius versus de apostropho et veteres solliciti fuerunt, et recentiores alii aliter quaestionem inde motam componendam putant. Wolfius quidem, sicut Aristarchus, Eustathius ac Venet. liber praescribunt, tribus Iliados versibus 8, 206. 24, 331. et nostro, unique Hesiodi Theog. 884. nomen Ζῆνα, vocali resecta, ita distribuit, ut ν̄ in proximi initio collocaret. Cuius instituti Aristarchum auctorem esse habendum testificatur schol. Ven. ad 24, 331 hisce: οὕτως τὴν συναλοιφὴν διεῖλεν Ἀρίσταρχος, Ζῆ — ν', ἐν ἀρχῇ τοῦ στίχου τὸ ν̄ θείς. Neque idem ille causam, cur grammaticorum princeps sic existimaverit, nos ignorare voluit, cf. ad 8, 206., ubi ita praecipit: ἐν ἀρχῇ τοῦ στίχου τὸ Ν θετέον, ὅτι τὸ πρὸ τῆς ἀποστρόφου σύμφωνον τῷ ἐπιφερομένῳ συνάπτεται φωνήεντι. μετὰ δὲ τὸ Ν ἡ στιγμή. Neque Eustath. 984, 13 sqq. rem uberius persequutus ullum aliud protulit argumentum. Similia vero circumspiciens nihil nisi Simonidis et alius cuiusdam poetae reperire potuit epigramma, quibus nomina quaedam propria et ea composita ita implicantur, ut prior eorum pars hexametrum claudat, a posteriore ordiatur pentameter. His nihil effici iure censuit Hermann. elem. doctr. metr. 350 sq. Quam ob rem Ζῆν sine ulla elisione Homericum habet, id quod Eustathius non quidem prorsus reiicit, at durum certe et novum putat: εἰ μέντοι τις, inquit, τὸν πρῶτον στίχον οὐκ εἰς ῆ μόνον, ἀλλ' εἰς τὸ νῦ ἀπαρτίζει, Ζῆν λέγων, εἶτα γράφων ὡς Ἡρακλῆος καὶ ἑξῆς θεραπεύει μὲν τὴν καινότροπον τοῦ πρώτου στίχου κατάληξιν καὶ τὴν ὁμοίαν τοῦ δευτέρου ἀρχήν, καινοτομεῖ δὲ ὅμως τὴν ἔκθλιψιν, μὴ ἀφεὶς τὸ νῦ τῷ ἑπαγομένῳ στίχῳ ἑπακολουθεῖν. τὸ δέ γε ἀποκοπὴν προσάγειν ἐνταῦθα παράδοξον μέν ἐστιν, οὐκ ἀσύνηθες δὲ κ. τ. λ. Weichertus, his Eustathii monitis nihil territus, in dissert. de vers. hypermetr. p. 9 sq. omnem lapidem movit, ut nomen Ζῆν Homero largiretur. Id enim repetendum esse dicit a nominativo Dorico Ζής, qui inter alia ab Eust. ad Od. 1385, 25. et ad Il. 436, 10. commemoretur, add. Maittair. de dial. Gr. 202 sqq. et Buttm. ad schol. in Od. p. 585. At si verum fateri volueris, his et similibus Doriensium formis, quales sunt Τυδῆς, Ὀρφῆς, eundem Homeri usum fuisse non poterit probari. Nec maioris momenti sunt exempla Homerica ex Il. 5, 909. et Od. 12, 313. deprompta Ἄρηϊ et ζαήν, quippe quae a genitivo puro invenerint originem; sin autem genitivus Ζηνὸς fuit, casum

Ὣς φάτο· χήρατο δ' Ὕπνος, ἀμειβόμενος δὲ προσηύδα·
ἄγρει νῦν μοι ὅμοσσον ἀάατον Στυγὸς ὕδωρ·
χειρὶ δὲ τῇ ἑτέρῃ μὲν ἕλε χθόνα πουλυβότειραν,
τῇ δ' ἑτέρῃ ἅλα μαρμαρέην· ἵνα νῶϊν ἅπαντες
μάρτυροι ὦσ' οἱ ἔνερθε θεοὶ, Κρόνον ἀμφὶς ἑόντες·
ἦ μὲν ἐμοὶ δώσειν Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων,

ἄρ' Ὕπνος Bentlei. coniectura. — V. 271. ἄγρει δή Et. M. 1, 21. — Ib. ἄατον editt. antiquiss. Apoll. Lex. 6. — V. 274. μάρτυρες Z., vid. ad 2, 302. — Ib. ὦσιν ἔνερθε Eust. 984, 51. Rom. ὅσσοι ἔν. V. L. Eust. ibid. —

quartum *Ζῆνα* esse sequitur. Quapropter ne ea quidem, quae a nominibus in *ευς* progignuntur, velut *Μηκιστῆ*, *Ὀδυσῆ*, *Τυδῆ* huc licebit transferre, vid. Göttling. ad Hes. theog. 884. Haec si consideraveris, et Homerum nonnisi vocali insequenti *Ζῆν'* offerre memineris, vid. 5, 756. 8, 22. 17, 339. 19, 96. 23, 43. Od. 20, 339., *Ζῆν* et ignotum et ab Ionicae dialecti proprietate alienum esse profecto concedes. Itaque apostropho relicta nomen integrum priori cuique versui apposui. Vanum enim antiquorum esse metum non uno exemplo ostendit Sophocles, cf. OT. 29, 332, 785, 791, 1184, 1224. OC. 17, 1164. Antig. 1031. Electr. 1017,, add. Hermann. de el. doctr. metr. 36.

V. 266. Verbo praepositio erat copulanda, vid. ad 9, 449.

V. 269 a Veneto utroque Harl. Vind. quinto aliisque neglectus suspicionem movit eo auctam, quod scholl. BLV. ad vers. 276. nomen Gratiae, quam Somnus deperiret, a Iunone verecunde emissum Somnum demum, ut promissi maior esset fides, adiecisse narrant. Libri quidam, ut Vind. unus, *ἱμείρεαι* exhibent, metro repugnante; qua ratione motus Barnesius illud eiecit.

V. 270. Medium, quo Datin, Persarum imperatorem, usum esse ferunt, tanquam barbarum reprehendunt veteres, vid. grammat. in Bekkeri anecd. Gr. I, 179, 15: *τοῦτο δὲ τὸ ῥῆμα παθητικὸν ἐνεστῶτα ἢ παρατατικὸν οὐκ ἔχει. βαρβαρίζει ὁ λέγων χαίρομαι, καὶ λέγεται Δατισμός. Δᾶτις γὰρ ὁ Πέρσης ἔφη χαίρομαι*, add. Aristoph. in Pac. 288 sq. cum schol. et Eust. ad Il. 376, 33. 984, 45. Sed Bentleius iusto suspicacior ne aoristo quidem habuit fidem, etsi eum poetae non refugiunt, vid. Apoll. Arg. IV, 55. et Iacobs. ad Anthol. Gr. VII, 121.

V. 271. Nec de origine nec de potestate nominis *ἀάατος* interpretes Graeci consentiunt, cf. scholl. Eust. 985, 22. Et. M. 1. all. et Apoll. Lex. 3. Accuratius in id nostra memoria inquisiverunt Buttm. in Lexil. 1, 231. et Putschius in dissertatione peculiari.

V. 274. Eustathii *διττογραφίαν*, quarum prior in libris paucis reperta est, leviorem iudicavit Wolf. praef. ed. nov. p. XCI. Extrema Etym. M. 94, 21. adscripsit.

*Πασιθέην, ἧς τ' αὐτὸς ἐέλδομαι ἤματα πάντα.*
*Ὣς ἔφατ'· οὐδ' ἀπίθησε θεὰ λευκώλενος Ἥρη,*
*ὤμνυε δ', ὡς ἐκέλευε, θεοὺς δ' ὀνόμηνεν ἅπαντας*
*τοὺς Ὑποταρταρίους, οἳ Τιτῆνες καλέονται.*
*αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ὅμοσέν τε, τελεύτησέν τε τὸν ὅρκον,*
*τὼ βήτην Λήμνου τε καὶ Ἴμβρου ἄστυ λιπόντε,*
*ἠέρα ἐσσαμένω, ῥίμφα πρήσσοντε κέλευθον.*
*Ἴδην δ' ἱκέσθην πολυπίδακα, μητέρα θηρῶν,*
*Λεκτόν, ὅθι πρῶτον λιπέτην ἅλα· τὼ δ' ἐπὶ χέρσου*
*βήτην· ἀκροτάτη δὲ ποδῶν ὕπο σείετο ὕλη.*
*ἔνθ' Ὕπνος μὲν ἔμεινε, πάρος Διὸς ὄσσε ἰδέσθαι,*
*εἰς ἐλάτην ἀναβὰς περιμήκετον, ἥ τότ' ἐν Ἴδῃ*
*μακροτάτη πεφυυῖα δι' ἠέρος αἰθέρ' ἵκανεν·*

V. 276. ἧς αὐτὸς Ald. sec. W. H. Both. τῆς τ' αὖτ' Vind. quint. — V. 281. *Λήμνοιο κατὰ μέγα ἄστυ* λ. V. L. ap. schol. Vict. — V. 282. *ἀέρα* Harl. — V. 285. *ὑπευείετο* V. ol. vulgo et Eust. 986, 1. *ὑπ' ἐσείετο* Vind. ed. Barnes. — Ib. *Ἴδῃ* V. L. ap. schol. Lips. — V. 286. *ὄσσε ἰκέσθαι* libr. pauci. — V. 292. *προσιβήσατο*

V. 276. Schol. A. apud Villoisonium annotat haec: *Ζηνόδοτος καὶ Ἀριστοφάνης ἐξω τοῦ τ̄, ἧς αὐτὸς ἐέλδομαι.* Ea, quae Bekkerus silentio transmisit, Wolfium impulerunt, ut τε amoveret. Sed Zenodoto et Aristophani, ut alias saepe, ita h. l. adversatum esse Aristarchum librorum consensus et Eust. 985, 32. nobis persuadent. Revocavi igitur Veneti et aliorum lectionem.

V. 278. Iunonem, ut par erat, iurasse amanti et minus credulo schol. Victor. observat, additque: *τινὲς δὲ γράφουσιν· ὤμνυε δ' ἐκ πέτρης καταειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ.* Unde versum istum eius, qui plerumque fertur, locum occupasse coniicere licet. At si Eustathio 985, 32. credideris, is versus 279. erat subiectus. Neque id a veri specie abhorret: haec enim ab eo, qui nihil eorum, quae Somnum poposcerat, negligendum putavit, submissa videntur.

V. 280. Crebrius offertur in Odyssea, cf. 2, 378. 10, 346. 12, 304. 15, 438. hymn. in Ap. 87.

V. 282. Ionicum Homero acceptum confirmat schol. Victor., add. Hesiod. Op. 125. ab Heynio in auxilium vocatum.

V. 283 sq. Prioris partem, de cuius structura iam veteres egerunt (add. Matth. in gr. Gr. §. 432. 3.), schol. Theocr. ad Id. IX, 15. excitavit; utrumque adduxit Strab. XIII, 874. a., poetae veritatem et diligentiam admiratus. In Apoll. Lex. 284. *Λέκτον* prave a tenore insigniri ex scholiis cognoscimus, cf. Schaefer. ad Plut. vit. vol. V, 140. et Wenschii dissertat. de Horatii Graecos imitandi studio p. 16 sq.

Digitized by Google

ἔνθ' ἦστ' ὄζοισιν πεπυκασμένος εἰλατίνοισιν,
ὄρνιθι λιγυρῇ ἐναλίγκιος, ἥντ' ἐν ὄρεσσιν
χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύμινδιν.
Ἥρη δὲ κραιπνῶς προσεβήσετο Γάργαρον ἄκρον
Ἴδης ὑψηλῆς· ἴδε δὲ νεφεληγερέτα Ζεύς.
ὡς δ' ἴδεν, ὥς μιν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν,
οἷον ὅτε πρῶτόν περ ἐμισγέσθην φιλότητι
εἰς εὐνὴν φοιτῶντε, φίλους λήθοντε τοκῆας.
στῆ δ' αὐτῆς προπάροιθεν, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν·
Ἥρη, πῇ μεμαυῖα κατ' Οὐλύμπου τόδ' ἱκάνεις;
ἵπποι δ' οὐ παρέασι καὶ ἅρματα, τῶν κ' ἐπιβαίης.
Τὸν δὲ δολοφρονέουσα προσηύδα πότνια Ἥρη·
ἔρχομαι ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης,

Vind. ed. Eust. 986, 6. Rom. — V. 294. *ἴρος* Eust. 986, 6. Rom. H. Both. — V. 295. *οἷος* Vind. quint. et V. L. ap. schol. A. — Ib. *πρώτιστον* Vind. ed. et ol. vulgo. *περ ἐμισγέσθην* Harl. — V. 296. *φίλους ἐλάθοντο τοκ.* schol. ad Theocr. Id. XV, 64. — V. 298. *τίφθ' Ἥρη* V. L. ap. Eust. 987, 36. — V. 299. *τῶν ἐπιβαίην* Z. et Aristoph. —

V. 285. Aristarchi de sententia ὕπο secreverunt a verbo instante, vid. schol. Ven.

V. 288. Schol. A. ait: *ἡ διπλῆ, ὅτι καθ' Ὅμηρον ἀὴρ ὁ ἀπὸ γῆς μέχρι νεφῶν τόπος· ὁ δὲ ὑπὲρ τὰ νέφη αἰθήρ, καὶ ὁμωνύμως τῷ στερεμνίῳ οὐρανός*, cf. Apoll. Lex. 47. Et. M. 421, 26. Heraclid. Pont. p. 46. et alios, quos Heynius commemoravit.

V. 291. Syllaba una metrum excedente apposuit Tzetz. exeg. Il. 15, 9. *ἄνδρες δέ τε κύμινδιν*: male, vid. Apoll. Lex. 423. 704. Exordium antecedentis receperunt schol. ad Od. 1, 320. Athen. IX, 373. b.

V. 294. Heynius Bothiusque praeter necessitatem ex Eustathio solo *ἴρος* adoptarunt, cf. ad. 3, 442.

V. 295. Eust. 986, 59. *οἷον ὅτε* reddit *ὥσπερ ὅτε*, sequutus librorum suffragia, quae similia adiuvant, ut 9, 447. Od. 10, 462. 13, 388. et alia. Postea *πρῶτόν περ* Aristarcho debetur, olim autem lectum *πρώτιστον* librorum fuit communium.

V. 296. Clandestinas Iovis et Iunonis nuptias multis fabulis exornarunt veteres, vid. schol. Theocr. l. all., scholl. et Eust. Ille vero Homeri verba minus accurate recitavit, cf. Apoll. Lex. 248. et Plat. de rep. III, 390.

V. 298. Eust. 987, 36. vel *ποῖ* vel *τίπτε* in suis exemplaribus, quanquam Homeri usus contradicit, reperisse credibile est. *Τόδε* poetice idem esse atque *τῇδε* schol. et Eust. 987, 33. affirmant, vid. Matth. Gr. §. 471. 13., nisi melius etiam pronominis accusativum habueris, vide Rost. Gr. §. 104. annot. 7.



Digitized by Google

'Ωκεανόν τε, θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν,
οἵ μ' ἐν σφοῖσι δόμοισιν ἐὺ τρέφον ἠδ' ἀτίταλλον·
τοὺς εἶμ' ὀψομένη, καί σφ' ἄκριτα νείκεα λύσω.
ἤδη γὰρ δηρὸν χρόνον ἀλλήλων ἀπέχονται
εὐνῆς καὶ φιλότητος, ἐπεὶ χόλος ἔμπεσε θυμῷ.
ἵπποι δ' ἐν πρυμνωρείῃ πολυπίδακος Ἴδης
ἑστᾶσ', οἵ μ' οἴσουσιν ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρήν.
νῦν δὲ σεῦ εἵνεκα δεῦρο κατ' Οὐλύμπου τόδ' ἱκάνω,
μήπως μοι μετέπειτα χολώσεαι, αἴ κε σιωπῇ
οἴχωμαι πρὸς δῶμα βαθυῤῥόου 'Ωκεανοῖο.
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς·
Ἥρη, κεῖσε μὲν ἔστι καὶ ὕστερον ὁρμηθῆναι·
νῶϊ δ' ἄγ' ἐν φιλότητι τραπείομεν εὐνηθέντε.

V. 303. οἵ μα θρφοῖσι V. et all. — V. 307. πολυπιδάκου Eust. 987, 51. — V. 309. νῦν δέ σευ εἵνεκα Vind. ed. ol. vulgo et Eust. 988, 1. — V. 310. μετόπισθε Z. et Aristoph. μετ' ἐπ. V. — V. 315. ἔρως V. — V. 321. τηλεκλητοῖο Lips. — V.

V. 303. Maior et librorum et grammaticorum pars id tuetur, de quo supra disserui ad v. 202.

V. 307. Eustath. 987, 50. ὅρα δέ, inquit, ὡς πρὸ ὀλίγου μὲν πολυπίδαξ πολυπίδακος ἐκλίνετο, ἐνταῦθα δὲ τῆς τοιαύτης γενικῆς ἀναχθείσης εἰς εὐθεῖαν, τὸ πολυπιδάκου προηνέχθη. Sed istam formae abundantiam doctiores ex Homericis eiecisse vidimus ad v. 157.

V. 308. Homerica imitatur Apoll. Rh. II, 545, ubi scholiasta nostra respicit.

V. 309. Schol. A.: τὴν σεῦ περισπαστέον· ἔστι γὰρ ἀντιδιαστολή, cui editores morem gesserunt.

V. 310. Zenodotus et Aristophanes, quod μετέπειτα plerumque opponitur πρώτῳ, μετόπισθε potius duxerunt. Nolim autem tam arctis finibus circumscribere poetae usum, qui quidem parce utitur illo adverbio, cf. Od. 10, 519. 11, 27, 640. 14, 403., at eo delectantur Alexandrini, velut Apollonius Rhodius.

V. 314. Schol. Bl.: τραπείομεν ἀντὶ τοῦ τερφθῶμεν· ἐκτρέπει γὰρ τοῦ δέοντος ἡ ἡδονή. Quo duo diversa male in unum commiscentur, etsi Eust. 989, 3 sqq. similia adscripsit, cf. Il. 3, 441. Od. 8, 292. Etenim si verbi origo τέρπω fuit, alterum adiungere non potest; sin autem τρέπω eius stirpem duxeris, nihil aliud significabitur, nisi toro iuncti amice consuescamus. Quod quum veteribus parum aculei habere videretur, seria, quorum amantes, voluptate deliniti, obliviscantur, advocarunt. Rectius autem cum Heynio τέρπειν subesse statuemus, vid. eius observatt. ad Il. 3, 441. Nitzsch. ad Od. 8, 292. et Passov. in Lex. h. v. Alii, velut Matth. in gr. Gr. p. 490 et Both. ad h. l. minus scite contrarium amplectuntur.

οὐ γὰρ πώποτέ μ' ὧδε θεᾶς ἔρος οὐδὲ γυναικὸς
θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι περιπροχυθεὶς ἐδάμασσεν·
[οὐδ' ὁπότ' ἠρασάμην Ἰξιονίης ἀλόχοιο,
ἣ τέκε Πειρίθοον, θεόφιν μήστωρ' ἀτάλαντον·
οὐδ' ὅτε περ Δανάης καλλισφύρου Ἀκρισιώνης,
ἣ τέκε Περσῆα, πάντων ἀριδείκετον ἀνδρῶν·
οὐδ' ὅτε Φοίνικος κούρης τηλεκλειτοῖο,
ἣ τέκε μοι Μίνων τε καὶ ἀντίθεον Ῥαδάμανθυν·
οὐδ' ὅτε περ Σεμέλης, οὐδ' Ἀλκμήνης ἐνὶ Θήβῃ,
ἣ ῥ' Ἡρακλῆα κρατερόφρονα γείνατο παῖδα·
ἣ δὲ Διώνυσον Σεμέλη τέκε, χάρμα βροτοῖσιν·
οὐδ' ὅτε Δήμητρος καλλιπλοκάμοιο ἀνάσσης·
οὐδ', ὁπότε Λητοῦς ἐρικυδέος, οὐδὲ σεῦ αὐτῆς·]

322. *Μίνω* Z. Eust. 988, 37. et vulgo. — V. 325. *Διόνυσον* Eust. 988, 48. 989, 42. — V. 327. οὐδ' ὅτε περ Athenagor. legat. 17. —

V. 317 sqq. Nec Iovis ardori nec Iunonis dignitati haec concinere iudicarunt. Alexandrini igitur grammatici versus undecim una litura induxerunt. [Si quis alius in Homeri carminibus de interpolatione suspectus esse potest, hic certe est, in quo sciolus omnes doctrinae suae copias effudisse videtur. Nihil pro meo quidem sensu insulsius hoc amorum catalogo, neque quidquam ineptius hoc certe loco et tempore, quo Iupiter coniugi amabilis videri cupit. F. I.].

V. 318. Dian, Ixionis coniugem, his describit schollasta: *Ἰξιονίης ἀλόχοιο· τῆς Ἴξιονος γυναικὸς Δίας· ἦν δὲ αὕτη θυγάτηρ Ἰηονέως* (Ἠϊόνος V. *Ἰονέως* d). Heynius *Δηϊονέως* iure, ut opinor, emendavit, vid. schol. ad I, 268. Kioneus idem dicitur a schol. Apollon. ad Arg. III. 62, Hesioneus a Diodor. Sic. IV, 69.

V. 319. Acrisii filiam, Danaen, Homeri versu adscripto, commemoravit Etym. M. 52, 45.

V. 322. Aristarchi manum solus servavit Vind. quintus. Constat autem *Ἄρην* 5, 909. Herodiani, qui Aristarchi vestigia legit, auctoritate niti, unde *Μίνων* poetae reddatur oportebit.

V. 325. *Διώνυσον* numeris gratificati omnes paene scripserunt. Rem dilucide explicat Eustathius, cui *Διόνυσον* propter literam liquidam satisfacit.

V. 327 sq. Utroque versu pronomen sibi expetere tenorem Apollon. de const. orat. II, 18, 137. et 22, 166. prudenter admonuit, vid. ad II, 383.

Digitized by Google

ὡς σέο νῦν ἔραμαι, καί με γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ.
Τὸν δὲ δολοφρονέουσα προσηύδα πότνια Ἥρη·
αἰνότατε Κρονίδη, ποῖον τὸν μῦθον ἔειπες.
εἰ νῦν ἐν φιλότητι λιλαίεαι εὐνηθῆναι
Ἴδης ἐν κορυφῇσι, τὰ δὲ προπέφανται ἅπαντα·
πῶς κ' ἔοι, εἴ τις νῶϊ θεῶν αἰειγενετάων
εὕδοντ' ἀθρήσειε, θεοῖσι δὲ πᾶσι μετελθὼν
πεφράδοι; — οὐκ ἂν ἔγωγε τεὸν πρὸς δῶμα νεοίμην
ἐξ εὐνῆς ἀνστᾶσα· νεμεσσητὸν δέ κεν εἴη.
ἀλλ' εἰ δή ῥ' ἐθέλεις, καί τοι φίλον ἔπλετο θυμῷ,
ἔστιν τοι θάλαμος, τόν τοι φίλος υἱὸς ἔτευξεν,
Ἥφαιστος, πυκιναὶς δὲ θύρας σταθμοῖσιν ἐπῆρσεν·

V. 332. τὰ δὲ προπέφανται Eust. 989, 63. Rom. — V. 340. κίοντες Ven. ed. Ernest. — Ib. εὕαδεν grammaticor. pars. — Ib. εὐνήν Z. et Aristoph. — V. 342. μήτε θεὸν V. Vind. un. et all. — Ib. μήτε τιν' ἄλλον glossa Vind. un. — V. 347. ποιήν

V. 332. Accentu ab Eustathio forte fortuna neglecto, Romanam invasit editionem vitium, sine ullo negotio emendandum et removendum.

V. 333. Optativi formam poeticam ex nostro versu transtulit Apoll. in Lex. 271., ubi vid. Villoisonium, codicis menda emaculantem.

V. 335. Verbum πεφράδοι inde explicuit Apoll. Lex. 549 πεφράδοι διασημαίνειε (l. διασημάνειε), quod nuper etiam invenit Lehrs. de stud. Arist. Homer. p. 93 sq.

V. 336. Infamiam, quam manifesto peccando vel minus decenter agendo aliquis sibi sit conflaturus hac formula aliquoties averruncant Homeri vel dei vel mortales, vid. 3, 410. 24, 462. Od. 22. 469.

V. 338. Clausulae, Homero familiaris, exempla vidimus ad 10, 531, add. Od. 8, 511. 13, 145. 18, 113.

V. 339. Vid. supra 167.

V. 340. Nonnisi operarum negligentia factum est, ut diphthongo una litera surriperetur, vid. Etym. M. 508, 3. Aristarchum, Herodianum aliosque Homeri interpretes, ut de etymologia certius ac manifestius constaret, mediis nominibus adspirationem inserendam censuisse tum schol. Ven. tum alii magistri passim annotant. Eam quaestionem nuper attigit Bischoffius in programmate: de spiritus asperi in mediis verbis Graecis pronunciandi ratione, Vesaliae a. 1826. in lucem emisso. Quae ad Homeri carmina pertinent studiosius et plenius investigavit Lehrsius de stud. Arist. Homer. 116 sqq., haud immemor exempli nostri 126. Equidem non ita magnam utilitatem inde nos percipere cum Lehrsio statuerim. Nec tamen silentio premendum est εὕαδεν, utpote ex Aeolica dialecto prognatum, Ptolemaeum

Digitized by Google

ἔνθ' ἴομεν κείοντες, ἐπεὶ νύ τοι εὖαδεν εὐνή.
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς·
Ἥρη, μήτε θεῶν τόγε δείδιθι μήτε τιν' ἀνδρῶν
ὄψεσθαι· τοιόν τοι ἐγὼ νέφος ἀμφικαλύψω,
χρύσεον· οὐδ' ἂν νῶϊ διαδράκοι Ἠελίοιο
αὐγή, οὕτε καὶ ὀξύτατον πέλεται φάος εἰσοράασθαι.
Ἦ ῥα, καὶ ἀγκὰς ἔμαρπτε Κρόνου παῖς ἣν παράκοιτιν·
τοῖσι δ' ὑπὸ χθὼν δῖα φύεν νεοθηλέα ποίην,
λωτόν θ' ἑρσήεντα ἰδὲ κρόκον ἠδ' ὑάκινθον,
πυκνὸν καὶ μαλακόν, ὃς ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἔεργεν.
τῷ ἔνι λεξάσθην, ἐπὶ δὲ νεφέλην ἕσσαντο
καλήν, χρυσείην· στιλπναὶ δ' ἀπέπιπτον ἔερσαι.

Etym. M. 677, 55. — V. 348. ἑρσήεντ' ἠδὲ coniect. Heyn. — V. 349. ἔν' ἀπὸ χθονὸς ἀγκαζέσθην Z. ὕψοσ' ἄειρε vel ἷερπε VV. LL. ap. schol. A. ἔκανε Chia. — V. 350. τῷ δ' ἔνι Vind. un. δεξάσθην V., male. — V. 351. ἀνέπιπτον sive ἐπέπιπτον Z. —

Ascalonitam et Eustath. 990, 36. leni spiritu insignire, add. Etym. M. 388, 23.

V. 342. Schol. Bl. et Eust. 990, 43 θεῶν, ut sequenti respondeat, merito praeferunt. Indicatur autem eo neminem omnino Iovem et Iunonem esse conspecturum. Utrumque vero θεῶν τις et θεός τις bene et commode dici a Graecis exposuit Hermann. ad Soph. Ai. 977.

V. 344. Solis radios omnia penetrare notum est, vid. 3, 277. Od. 11, 109. 12, 323. Nostra affert Etym. M. 286, 15.

V. 347. Etymologico magno ποιὰν acui iubenti adversatur Arcad. de acc. 100, 15, neque ab eo scriptorum praestantissimorum usus dissidet, cf. Steph. thes. vol. V. 7769. d. Quare, si quid veri Etymologi praecepto subest, ποίαν et ποιὰν vi et potestate differre probabile est, vid. Lobeck. ad Phryn. 496.

V. 348. Apoll. in Lex. 241. ἑρσήεντα ἠδὲ κρόκον, quo Heynii nititur coniectura. Sed rectius, credo, statuit Villois. ἑρσήεντα ἰδὲ κρ., cui libri accedunt, legendum esse. Heynio tamen Tollius adstipulatus est.

V. 349. Pro arbitrio suo Homeri verba constituerunt interpretes. Zenodotus emendationem ex Il. 17, 722. petiit, alienam ab hoc loco; Chiae ἔκανεν tenuius est. Reliquis autem duobus, alterum ἷερπεν insolens inauditumque, alterum a similibus haud dubie translatum, vid. 10, 465. 23, 501. Od. 8, 375. 9, 240, 340. 12, 432. Aristarcho vero, cui ἔεργεν placuit, praeter libros convenit Heraclid. Pont. allegor. Homer. p. 462, neque quidquam diversi in superioribus dedit idem.

V. 351. Si penes schol. Victor. fides est, Zenodotus ἀνέπιπτον, cuius interpretamentum erat ἐπέπιπτον, posuit. Nomen ἅπαξ εἰρημένον στιλπνὸς grammatici haud raro explanant, vid. scholl. Eust. 991, 20. Etym. M. 489, 51. Ἔέρσαι paroxyto-

Ὣς ὃ μὲν ἀτρέμας εὗδε πατὴρ ἀνὰ Γαργάρῳ ἄκρῳ
ὕπνῳ καὶ φιλότητι δαμείς, ἔχε δ' ἀγκὰς ἄκοιτιν.
βῆ δὲ θέειν ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν νήδυμος Ὕπνος
ἀγγελίην ἐρέων γαιήοχῳ Ἐννοσιγαίῳ.
ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Πρόφρων νῦν Δαναοῖσι, Ποσειδαον, ἐπάμυνον,
καί σφιν κῦδος ὄπαζε μίννυθά περ, ὄφρ' ἔτι εὕδει
Ζεύς· ἐπεὶ αὐτῷ ἐγὼ μαλακὸν περὶ κῶμ' ἐκάλυψα·
Ἥρη δ' ἐν φιλότητι παρήπαφεν εὐνηθῆναι.
Ὣς εἰπὼν ὃ μὲν ὤχετ' ἐπὶ κλυτὰ φῦλ' ἀνθρώπων·
τὸν δ' ἔτι μᾶλλον ἀνῆκεν ἀμυνέμεναι Δαναοῖσιν.
αὐτίκα δ' ἐν πρώτοισι μέγα προθορὼν ἐκέλευσεν·
Ἀργεῖοι, καὶ δ' αὖτε μεθίεμεν Ἕκτορι νίκην,

V. 357. πρόφρων δὴ libr. pars. — Ib. Ποσειδάων Vindd. et omnes ante Wolf. — Ib. ἐπάμυναι Vind. ed. Turneb. St. ἐπάμυνε V. editt. antiqq. H. W. Both. — V. 358. ἔτι γ' εὕδει coniectura Heyn. et Bentlei. — V. 359. κῶμα κάλυψα V. Vind. ed. vulgo et H. — V. 364. μεθίετε Ἕ. Harl. μεθιεμεν V. — V. 365.

num habet Ptolemaeus Ascalonita, quod nominativus sit ἵρση, quemadmodum Ἑλένη, Ἑλέναι. Absurdum censet schol. A. et Eust. 991, 23: ὅτι τὸ ἑνικὸν διὰ τὴν μετάληψιν τοῦ ᾱ εἰς ῆ πρὸ τέλους ἔχει τὸν τόνον, ὁμοίως τῷ ἄελλαι ἄελλη οὕτως ἕρσαι ἕρση, pluralem vero formam vulgarem sequi addunt. Sed vereor, ne fallantur: primum, quod ἕρση ortum trahit a bisyllabo ἕρη, deinde ἄελλη Graecis ignotum existimo. Attamen in re dubia et incerta a plurimorum partibus stare malui. Schol. Victor teste nonnulli subiungebant versum huncce: δή ῥα τότ' ὀφθαλμοῖσι Διὸς χύτο νήδυμος ὕπνος, profecto supervacaneum et inutilem.

V. 356. Homero perquam usitata sunt, cf. 4, 92, 203. 5, 123. 13, 462. 18, 169. 22, 215, 228. Od. 4, 25. 17, 552. 22, 100.

V. 357. Ποσειδάων in omnibus et scriptis et impressis habetur, excepto Veneto, cuius est Ποσιδαον. Illud Bothius aliis nominativi exemplis tuendum putavit. Neque, si argumentum certius suppeteret, improbassem. Longius enim absunt ea, quae vel ipse vel Matth. in gr. Gr. §. 312 nominavit. In fine autem ἐπάμυνον, quod ab Aldina secunda ad sequiores permanavit, reducendum duxi, quum Vindob. quinto probante tum etiam poeta haud recusante, vid. 5, 865. 18, 171. Nec dubitari potest, quin aoristus et metro et sententiae sit magis accomodatus, add. Etym. M. 70, 2.

V. 359. Augmentum, a Ven. Eust. 992, 63. et aliis pluribus praecisum, tutantur schol. A. Vind. quint. et Od. 8, 201.

V. 360. In Homericis παρήπαφεν, quod Apoll. in Lex. 535 ἠπάτησεν reddidit, nonnisi semel reperitur; aliquanto crebrius id in suum converterunt usum epici posteriores, velut Apoll.

*Πριαμίδη, ἵνα νῆας ἕλῃ, καὶ κῦδος ἄρηται;*
*ἀλλ' ὃ μὲν οὕτω φησὶ καὶ εὔχεται, οὕνεκ' Ἀχιλλεὺς*
*νηυσὶν ἔπι γλαφυρῇσι μένει κεχολωμένος ἦτορ.*
*κείνου δ' οὔτι λίην ποθὴ ἔσσεται, εἴ κεν οἱ ἄλλοι*
*ἡμεῖς ὀτρυνώμεθ' ἀμυνέμεν ἀλλήλοισιν.*
*ἀλλ' ἄγεθ', ὡς ἂν ἐγὼν εἴπω, πειθώμεθα πάντες.*
*ἀσπίδες ὅσσαι ἄρισται ἐνὶ στρατῷ ἠδὲ μέγισται*
*ἐσσάμενοι, κεφαλὰς δὲ παναίθῃσιν κορύθεσσιν*
*κρύψαντες, χερσίν τε τὰ μακρότατ' ἔγχε' ἑλόντες,*
*ἴομεν· αὐτὰρ ἐγὼν ἡγήσομαι, οὐδ' ἔτι φημὶ*
*Ἕκτορα Πριαμίδην μενέειν, μάλα περ μεμαῶτα.*
*[ὃς δέ κ' ἀνὴρ μενέχαρμος, ἔχει δ' ὀλίγον σάκος ὤμῳ,*
*χείρονι φωτὶ δότω, ὃ δ' ἐν ἀσπίδι μείζονι δύτω.]*

κῦδ. Ἕλοιτο Lips. — V. 366. Ἕλπεται Z. — V. 368. *πόθος* Harl. — V. 371. *ἀσπίδας, ὅσσαι* Vindd. ol. vulgo et H. — V. 372. *παναιθῇσιν* gr. pars. — V. 374. *οὐδέ τι φημὶ* ol. vulgo et H. — V. 376. *ἔχῃ* V. libr. all. et H. —

Rh. Arg. II, 952. Quint. Sm. I, 645. XIV, 364. Theocr. Id. XXVII, 9.

V. 364. Exsilium indicunt diphthongo Vindd., all. et Eust. 992, 9, vid. 4, 351.

V. 366. Hectorem armorum successu intumescentem gloriari potius quam sperare contra Zenodotum monent scholl. ABL. Quod autem praecedit *φησίν*, id minas Troiani imperatoris in Achivos sparsas (vid. ad v. 25.) spectare perperam iudicant. Nihil enim aliud est, nisi existimat, e noto poetae usu, cf. similia 5, 119. 9, 305. 15, 507. Scitius aliis suam administrarunt provinciam interpretes Latini et Vossius.

V. 368. Homerum promiscue dicere *ποθὴν* ac *πόθον* recte docet Passov. in Lex. Illo quum crebrius utatur alias, libri femineum in masculini locum suffecerunt, velut Vindob. Alteri 17, 439, sed cfr. Od. 4, 596. 11, 202. 14, 144. Si quid autem verbum iungitur, *ποθὴ* legitimum est, ut Il. 1, 240. 11, 471. 17, 690, 704. Od. 8, 414. 10, 505. 15, 546.

V. 371. Mirum est coniunctionem doctiorem et vere Graecam *ἀσπίδες ὅσσαι* in solo Veneto, e quo Wolfius hausit, superstitem esse.

V. 372. Euphranoris regulam de tono nominis *πάναιθος* scholl. ABLV. nobiscum communicarunt, add. Eust. 992, 53, qui illis de accentu barytono assentitur, quanquam *παναιθῇσιν* aliis placuisse refert.

V. 374. Verba melius aliis dirimit Venetus, cui Wolfius idem habuit, vid. ad 12, 106.

V. 377 sq. Zenodotus et Aristophanes vel notarunt vel sustulerunt. Cuius rei causam schol. A. reddit hisce: *οὗτος καὶ ὁ*

Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα τοῦ μάλα μὲν κλύον ἠδ' ἐπίθοντο.
τοὺς δ' αὐτοὶ βασιλῆες ἐκόσμεον, οὐτάμενοί περ,
Τυδείδης Ὀδυσεύς τε καὶ Ἀτρείδης Ἀγαμέμνων·
οἰχόμενοι δ' ἐπὶ πάντας Ἀρήϊα τεύχε' ἄμειβον.
ἐσθλὰ μὲν ἐσθλὸς ἔδυνε, χέρεια δὲ χείρονι δόσκεν.
αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἔσσαντο περὶ χροὶ νώροπα χαλκόν,
βάν ῥ' ἴμεν· ἦρχε δ' ἄρα σφι Ποσειδάων ἐνοσίχθων
δεινὸν ἄορ τανύηκες ἔχων ἐν χειρὶ παχείῃ,
εἴκελον ἀστεροπῇ· τῷ δ' οὐ θέμις ἐστὶ μιγῆναι

V. 382. ἐσθλὸν ἔδυνε Ald. sec. χέρηα Eust. 992, 42. χέρηα W. Both. χέρηϊ δὲ χείρονα Vind. quint. — Ib. δόσκον Eust. 992, 43. δῶκεν Vind. quint. et V. L. ap. scholl. AL. — V. 383. αὐτοὶ ἐπ. Vind. quint. — V. 386. ἴκελον codd. pars et Eust. 993, 3. εἴκελος Etym. M. 337, 25. 63, 3. — V. 387. δαΐ Ptolem.

ἐξῆς ἀθετοῦνται, ὅτι γελοῖον μὴ τὰ ἁρμόζοντα ἀναλαμβάνειν, ἀλλὰ μείζονα εἰς ἐμποδισμὸν χρήσεως. τὸ δὲ μενέχαρμός φησιν οὐκ οἶδεν ὁ ποιητής· τί οὖν ἐστὶ τό· „τὸν δ' Ἀντίλοχος μενεχάρμης“ (Il. 13, 396). Ζηνόδοτος δὲ προηθέτει. Quibuscum coniungenda sunt ea, quae idem ad v. 382. scripsit. Ex eo enim apparere dicit priores tollendos esse, quod arma meliora nec vero maiora permutant. Heynius quidem obiicit clypeos maiores esse firmiores ac validiores, sed primum id iam adfuit v. 371. et moleste repetitur; deinde Neptuni adhortationem optime finiri v. 375, quum insuper addita eius gravitati officiant, verisimile est; denique μενέχαρμον ab Homero iure meritoque aufert criticus. Illius enim est μενεχέρμης, vid. 11, 121, 303. 15, 582. 23, 409. Subiunctivum, quem cum libris aliquot Heynius assumpsit, Aristarchi nomine arcet ab aditu scholiasta.

V. 379. Singula traiiciendo poetae manum inquinavit Apoll. in Lex. 415: melius eo rem instituit Etym. M. 532, 16.

V. 382. Multiplici criticorum varietate breviter defungi licet. Nam Aldina vitio est inquinata; χέρηα autem, quod veteres χέρρα scripserunt, minus probum esse vidimus ad 4, 400. Eustathii denique δόσκον, etsi id melioribus exemplaribus ille tribuit, in solo Vindob. edito conspicio.

V. 383. Pronomen falso invasisse in Vindob. quinto argumento sunt Od. 24, 467, 500.

V. 385. De tenore adiectivi τανυήκης vid. ad 7, 77.

V. 386. Qui sequentia ad Neptunum retulerunt, εἴκελος sive ἴκελος praeferendum existimarunt. At simplicius erit, quemadmodum Heynius vult, relativum cum gladio Neptuni fulgido coniungere, vid. 22, 134, eique codices addicunt. Diphthongum esse optimorum aliquoties animadvertimus, vid. ad 2, 478. 13, 53.

V. 387. Nominis δαΐς nonnisi tertium casum novit poeta, vid. 13, 286. 24, 739. Venet. schol. cum oxytonum esse pluribus demonstrat argumentis contra Ptolemaeum Ascalonitam, cui δαΐ

ἐν δαὶ λευγαλέῃ, ἀλλὰ δέος ἰσχάνει ἄνδρας.
Τρῶας δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ἐκόσμει φαίδιμος Ἕκτωρ.
δή ῥα τότ' αἰνοτάτην ἔριδα πτολέμοιο τάνυσσαν
κυανοχαῖτα Ποσειδάων καὶ φαίδιμος Ἕκτωρ,
ἤτοι ὃ μὲν Τρώεσσιν, ὃ δ' Ἀργείοισιν ἀρήγων.
ἐκλύσθη δὲ θάλασσα ποτὶ κλισίας τε νέας τε
Ἀργείων· οἳ δὲ ξύνισαν μεγάλῳ ἀλαλητῷ.
οὔτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοάᾳ ποτὶ χέρσον,
ποντόθεν ὀρνύμενον πνοιῇ Βορέω ἀλεγεινῇ·

Ascalonit. — V. 388. ἐκόσμεε Vind. ed. ol. vulgo et H. — V. 389. τάνυσσεν all., ut videtur. — V. 394 sqq. transposuit Z. — Ib. προτὶ Vind. ed. Eust. 993, 32. Rom. all. — V. 395. πνοιῇ ἀνέμων Lips. —

magis arrisit: δάϊ, inquit, ὁ Ἀσκαλωνίτης βαρύνει ὡς Θέτι· οἱ δὲ πλείους ὡς φλεαὶ (leg. φλογὶ) ὀξύνουσιν, οἷς συγκατατίθεμαι. Posterioribus idem maxime fuit in usu, vid. Apoll. Rh. IV, 402. Quint. Sm. I, 432, 448. II, 526. V, 206. VII, 554. alib. Callimachi ἐς δάϊν, vid. fragm. CCCCLXX, scholiasta ipse commemoravit, add. Etym. M. 266, 36. Schaefer. ad Gregor. Cor. 583. et Iacobs. ad Anthol. Pal. p. 867.

V. 388. Librariorum inscitia editores plerosque fefellit: nam quum tertiam imperfecti singularis perraro siverit Homerus trisyllabam, vel sine codicum ope ἐκόσμει fuit revocandum, vid. Thiersch. in gr. Gr. §. 221. 30. Neque ignorant illud optimi quique, ut V. Vindd. all. Eust. 993, 4, add. 4. 118.

V. 389. Schol. A. ait: οὕτως διὰ τοῦ ᾱ γραπτέον τάνυσσαν. Alii ergo utrumque, Hectorem et Neptunum singulari comprehendunt, vid. 13, 359. cll. 11, 336. 16, 662. 17, 547. alibi.

V. 391. Diple veteres signarunt, quod priora ad Hectorem, posteriora ad Neptunum, Hectore prius nominatum, pertinent. De hac rhetorum ac poetarum figura passim disserunt veteres, eamque, quod primum quarto, tertium secundo respondet et ita quasi forma literae X repraesentatur, χιασμὸν appellant, vid. Henr. Steph. thes. Gr. ling. II. 4660. d. et Heynium ad Il. 4, 441. Qua de causa Kühnerus ad Ciceron. disput. Tuscul. II. §. 11. in duplici versatur errore, primum enim figuram istam barbare vocat chiasma, deinde eam perperam quaerit in his Tullii verbis: „nam efficit hoc philosophia: medetur animis, inanis sollicitudinis detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores."

V. 393. cf. 12, 138. et Apoll. de const. orat. IV, 8, 328.

V. 394. Zenodotus eo, quod fluctuum strepitum modo descripserat, fortasse motus comparationem primam tertio collocavit loco. Schol. A. poetam a minus validis per gradus quasi ad vehementiora progredi observat. Nihil autem vehementius esse ventorum turbine, quo et mare et ignis agitentur. Sub finem

Digitized by Google

οὔτε πυρὸς τόσσος γε πέλει βρόμος αἰθομένοιο
οὔρεος ἐν βήσσῃς, ὅτε τ' ὤρετο καιέμεν ὕλην·
οὔτ' ἄνεμος τόσσον γε ποτὶ δρυσὶν ὑψικόμοισιν
ἠπύει, ὅστε μάλιστα μέγα βρέμεται χαλεπαίνων·
ὅσση ἄρα Τρώων καὶ Ἀχαιῶν ἔπλετο φωνὴ
δεινὸν ἀϋσάντων, ὅτ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν.

Αἴαντος δὲ πρῶτος ἀκόντισε φαίδιμος Ἕκτωρ
ἔγχει, ἐπεὶ τέτραπτο πρὸς ἰθύ οἱ, οὐδ' ἀφάμαρτεν,
τῇ ῥα δύω τελαμῶνε περὶ στήθεσσι τετάσθην,
ἤτοι ὁ μὲν σάκεος, ὁ δὲ φασγάνου ἀργυροήλου·
τώ οἱ ῥυσάσθην τέρενα χρόα. χώσατο δ' Ἕκτωρ,
ὅττι ῥά οἱ βέλος ὠκὺ ἐτώσιον ἔκφυγε χειρός.

V. 396. τοσσός γε Tyrannio. — Ib. ποτὶ βρ. V. vulgo οἱ et H. ποθι Vind. quint. — V. 397. βησσῃσ', ὅτε V. — Ib. ὤρορε V. L. ap. schol. A. — V. 398. τόσσος γε Z. et editt. antiquiss. — Ib. περὶ δρυσὶν V. Vind. quint. δρ. ἰξοφόροισιν Agathocles ap. Eust. — V. 399. ὅττε μάλ. Vind. quint. — 400. τόσση alb.

ποτί, metro sat idoneum, V. Vind. quint. et Eust. 993, 2. cll. 994, 33. stabiliunt, add. Od. 5, 402. 6, 91. 9, 147.

V. 396. Tyrannionem accentum perperam inclinantem reprehendunt critici, primum quod γε syllabae antecedentis tonum non mutat; deinde si quis id paragogicum esse velit, nihilominus accentum in tertia a fine syllaba sibi expetere, velut ἔγωγε, ἔμοιγε. Zenodoti τόσσος γε ad versum 398 spectat, a schol. Victor. ad hunc versum male traductum. Vocula insequens interpretum patientiam frustra tentavit, velut Eustathii, cuius sunt haec: ἐν δὲ τῷ πυρὸς ποτὶ βρόμος οὐ δοκεῖ πρὸς σύνταξιν οἰκειοῦσθαι ἡ πρόθεσις, ἀλλὰ περιττὴ κεῖσθαι πρὸς μέτρου τελείωσιν. Optime igitur poetae consuluit Wolfius reddendo πέλει βρόμος ex Etym. M. 214, 36. et schol. Apoll. ad Arg. III, 860, etsi apud eum πέλεται fertur. Aliam viam ingressus est Vindob. quintus, minus commodam.

V. 398. Zenodotus τόσσος γε, cui obloquitur schol. A.: τόσσον γε οὕτως διὰ τοῦ ῡ, τόσσον γε. Quibus ποτὶ ter repetitum offensioni fuit, ii περὶ coniectura adscivisse videntur. Agathoclis suspicionem Eust. 993, 40. expromsit ita commentatus: τὸ δὲ δρυσὶν ὑψικόμοισιν Ἀγαθοκλῆς, ὡς οἱ παλαιοί φασι, δρυσὶν ἰξοφόροισι γράφει. αἱ μὲν γὰρ ἄκαρποι, φησί, καὶ πλατύφυλλοι ἱρίφλοιοι καλοῦνται παρὰ Περγαμηνοῖς. αἱ δὲ λεπτόφλοιοι καὶ καρποφόροι ἡμερίδες, ὡς καὶ ὁ ποιητὴς ἐν Ὀδυσσείᾳ, ἡμερὶς ἠβωώσα (5, 69). καὶ τοὺς ἐπὶ τούτων εὐανθοῦντας βότρυς σταφυλὰς καλοῦσιν, ἐξ ὧν καὶ ὁ ἰξὸς γίνεται, ἡ γὰρ ἄκαρπος δρῦς, φησί, κηκιδοφόρος ἐστίν, vid. ad Od. 1524, 24.

V. 399 vid. Etym. M. 212, 19.

V. 400. Alii periodum novam ab hoc versu exorsi τόσση, cui et sententiarum nexus et eruditissimi quique, ut schol. A.

ἀψ δ' ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο Κῆρ' ἀλεείνων.
τὸν μὲν ἔπειτ' ἀπιόντα μέγας Τελαμώνιος Αἴας
χερμαδίῳ, τά ῥα πολλὰ θοάων ἔγματα νηῶν
πὰρ ποσὶ μαρναμένων ἐκυλίνδετο· τῶν ἓν ἀείρας
στῆθος βεβλήκειν ὑπὲρ ἄντυγος, ἀγχόθι δειρῆς·
στρόμβον δ' ὣς ἔσσευε βαλών, περὶ δ' ἔδραμε πάντη.
ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ πληγῆς πατρὸς Διὸς ἐξερίπῃ δρῦς
πρόῤῥιζος, δεινὴ δὲ θεείου γίγνεται ὀδμὴ
ἐξ αὐτῆς· τὸν δ' οὔπερ ἔχει θράσος, ὅς κεν ἴδηται
ἐγγὺς ἐών· χαλεπὸς δὲ Διὸς μεγάλοιο κεραυνός·
ὣς ἔπεσ' Ἕκτορος ὦκα χαμαὶ μένος ἐν κονίῃσιν.

— V. 401. ἀῦσσάντων Ald. sec., male. — V. 404. πειάσθην Ald. sec. — V. 407. ὅττι δὴ Vind. ed. Eust. 995, 41. Rom. all. — V. 409. ἐπιόντα Lips. — V. 412. βεβλήκει V. ol. vulgo et H. — V. 414. ὑπαὶ sive ὑπὸ ῥιπῆς ol. vulgo. — V. 416. τὸν δ' οὔτιν' ἔχει θράσος, ὅστις ἴδηται Aristoph. — V. 418. ὠκὺ Ar. —

Eust. 994, 20, Aristarchus, Aristophanes et Zenodotus repugnant, adsciverunt.

V. 404. Aldinam cum aliis paucis a vero aberrasse argumento sunt Eust. 494, 6. schol. ad Od. 2, 3.

V. 407. Vindob. editum in viam reduxit liber quintus, vid. 22, 292.

V. 409. Telamonium hastam in Hectorem sese recipientem vibrasse et sua sponte apparet et aliis firmatur testimoniis, vid. 13, 567, 516, 650. 14, 461.

V. 410. Numeri enallagen iam Eust. 995, 47 sqq. illustrat, cf. Matth. gr. Gr. §. 475. p. 890. Nomen ἔγματα retinacula sive fulcra navium designant, cf. 12, 260. 13, 139. 21, 259. et Apoll. Rh. 1, 1285.

V. 412. Aristarchum non minus quam Zenodotum βεβλήκειν Homericum habuisse veri simillimum est, vid. ad 3, 388. et Matth. in gr. Gr. §. 198. 4.

V. 413. Στρόμβον semel obvium vulgo reddunt ῥόμβον, cf. scholl. Eust. 995, 60. Apoll. Lex. 616. Etym. M. 730, 44.

V. 414. Olim ferebatur ὑπὸ sive ὑπαὶ ῥιπῆς, quo carere possumus; vid. schol. A. Eust. 996, 10. et Ambros. apud Buttm. schol. ad Od. 593. Sed Ven. ὑπὸ πληγῆς cum aliis quibusdam: idque, utpote rei aptius, induxit Wolfius.

V. 416. Aristophanis ratio quomodo verbis concinat, equidem non assequor. Versum proximum attulit Et. M. 804, 55.

V. 418. Massiliensis et Chia cum plerisque ὦκα, adiectivum ὠκύ, utpote Aristarcho probatum, schol. A. verum existimat: ἢ διπλῆ, inquit, ὅτι ὠκὺ γραπτέον, εἴτε ἐπιθετικῶς εἴτε κατὰ μεσότητα ἀντὶ τοῦ ὠκέως, ὡς „ὀξὺ δὲ κωκύσασα“ Il. 18, 71. In Ambros. a prima manu idem fuisse lectum Maius testis est, vid.

χειρὸς δ' ἔκβαλεν ἔγχος, ἐπ' αὐτῷ δ' ἀσπὶς ἐάφθη
καὶ κόρυς· ἀμφὶ δέ οἱ βράχε τεύχεα ποικίλα χαλκῷ.
οἱ δὲ μέγα ἰάχοντες ἐπέδραμον υἷες Ἀχαιῶν,
ἐλπόμενοι ἑρύεσθαι, ἀκόντιζον δὲ θαμειὰς
αἰχμάς· ἀλλ' οὔτις ἐδυνήσατο ποιμένα λαῶν
οὐτάσαι, οὐδὲ βαλεῖν· πρὶν γὰρ περίβησαν ἄριστοι,
Πουλυδάμας τε καὶ Αἰνείας καὶ δῖος Ἀγήνωρ,
Σαρπηδών τ', ἀρχὸς Λυκίων, καὶ Γλαῦκος ἀμύμων·
τῶν δ' ἄλλων οὔτις εὐ ἀκήδεσεν, ἀλλὰ πάροιθεν
ἀσπίδας εὐκύκλους σχέθον αὐτοῦ. τὸν δ' ἄρ' ἑταῖροι
χερσὶν ἀείραντες φέρον ἐκ πόνου, ὄφρ' ἵκεθ' ἵππους
ὠκέας, οἳ οἱ ὄπισθε μάχης ἠδὲ πτολέμοιο
ἕστασαν ἡνίοχόν τε καὶ ἅρματα ποικίλ' ἔχοντες·
οἳ τόνγε προτὶ ἄστυ φέρον βαρέα στενάχοντα.

V. 419. ἐάφθη W. et nunc vulgo. — V. 422. ἐρύσασθαι Ambros., male. — V. 423. δυνήσατο Vind. quint. — V. 424. ἅπαντες V. L. ap. schol. A. — V. 427. τῶν τ' ἄλλων Z. — Ib. εὐ V. εὖ Vind. ed. Ald. sec. εὖ ol. vulgo. H. — Ib. ἀκήδησεν ol. vulg. ἀκήδησ', ἀλλὰ Vind. quint. Ambros. St. all. — V. 429. ἀείροντες Vind. quint. — V. 433. ἐϋῤῥῆος id. — V. 437.

schol. Buttm. 593, et Aristarchus adverbio duplici commotus ei patrocinatur. Sed sive poetae usum sive vim propriam adiectivi reputaveris, nihil novandum esse apparebit.

V. 419. Cum antiquioribus et pluribus ἐάφθη iterum reduxi, vid. ad 13, 543.

V. 424. Excellentissimos quosque ad Hectorem ab hostium vi et armis defendendum accurrisse proxima ostendunt. Multitudo paullo post adiicitur.

V. 427. E multiplici librorum grammaticorumque lapsu bene se expedivit Wolfius: nam neque οὔτις σεῦ, quod Apollonii Lex. 79. et aliorum est, neque οὔτις εὖ, vid. ad 1, 114, ferendum est. Verbi instantis vocalem iam veteribus ambignam incertamque esse visam ea produnt, quae supra enotavi. Mendum commune Eustathio 996, 29. insidet. Brevem autem futuri vocalem, etsi codices valde dissentiant, κηδεσταί, κηδεμόνες aliaque approbant; ea porro utuntur praeter Venetum et alios grammatici, velut Etym. M. 47, 21. Apoll. Lex. 79. alii; denique Aristarchus ipse, teste schol. A., vel ἀκήδεσεν vel ἀκηδέσατ', ἀλλὰ π. suum fecit. Neque assentior Valckenario, qui ἀκηδεῖν ad Theocr. Adon. 203. in suspicionem vocavit, cf. Lobeck. ad Phryn. 83.

V. 433. Divinam Scamandri stirpem iisdem praedicat Homerus 21, 1 sq. 24, 692 sq.; cuius elogii alii sunt memores, velut Dio Chrysostom. Or. Vol. II. p. 9. Demetr. de eloq. 55, 56., schol. ad Od. 2, 319. Genitivi poetici originem schol. Vict. repetit hisce: ἐϋῤῥείτης, εὐρέος, εὐρεῖος, ὡς ἱππέες ἱππεῖς,

Digitized by Google

Ἀλλ' ὅτε δὴ πόρον ἷξον ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο,
Ξάνθου δινήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς,
ἔνθα μιν ἐξ ἵππων πέλασαν χθονί, καὶδ δέ οἱ ὕδωρ
χεῦαν· ὃ δ' ἀμπνύνθη, καὶ ἀνέδρακεν ὀφθαλμοῖσιν·
ἑζόμενος δ' ἐπὶ γοῦνα κελαινεφὲς αἷμ' ἀπέμεσσεν·
αὖτις δ' ἐξοπίσω πλῆτο χθονί, τὼ δέ οἱ ὄσσε
νὺξ ἐκάλυψε μέλαινα· βέλος δ' ἔτι θυμὸν ἐδάμνα.
Ἀργεῖοι δ' ὡς οὖν ἴδον Ἕκτορα νόσφι κιόντα,
μᾶλλον ἐπὶ Τρώεσσι θόρον, μνήσαντο δὲ χάρμης.
ἔνθα πολὺ πρώτιστος Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας
Σάτνιον οὔτασε δουρὶ μετάλμενος ὀξυόεντι,
Ἰνοπίδην, ὃν ἄρα Νύμφη τέκε νηΐς ἀμύμων
Ἴνοπι βουκολέοντι παρ' ὄχθας Σατνιόεντος·
τὸν μὲν Ὀϊλιάδης δουρικλυτὸς ἐγγύθεν ἐλθὼν

ἀπέμασσεν V. all. et Z. ἀπέσεισεν V. L. ap. scholl. BL.V. — V. 438. ἐξ ὀπισω V. καὶδ δέ οἱ ὅσσε ol. vulgo. — V. 440. οὖν ὡς Vind. ed. et editt. antiquiss.— Ib. νόσφιν ἰόντα V. et V. L. apud schol. A.— V. 444. Νῆϊς V. — V. 445. ὄχθης Z. Σαγγαρίοιο V. L. ap. schol. Vict. —

quae, leviter vitiata, sic emendes εὐρείος εὐρεῖος, vid. Etym. M. 396, 5. Aliter iudicavit Eust. 996, 41.

V. 437. Interpretes poetam pro varia interpunctione varia dicentem sistunt. Scholiastae plures genibus reflexis aliquem sedere posse negantes, virgula participio interposita, reliqua coniungunt τὸ αἷμα ἐπὶ τῶν γονάτων ἀπέμεσσεν ἀντὶ τοῦ ἤμει. Quam rationem et decori officere et a proximis abhorrere acute vidit schol. A., dum ait: βραχὺ δὲ διαστάλτέον μετὰ τὰ γοῦνα, ἐπὶ τὰ γόνατα καθίσας ἤμει. Zenodotum ἀπέμασσε, quod Venet. occupavit, elegisse idem interpres nos certiores facit. Nec vero hoc, neque ἀπέσεισεν Hectori, lapidis ictu prostrato et fracto, convenit. Optime igitur ἀπέμεσσεν tuitus est Aristarchus, add. 15, 11.

V. 438. Eust. 996, 36. utrumque et quotidianum et Aristarcheum, cui Wolfius aditum aperuit, nobis transmisit.

V. 440. Particulas a librariis pridem fuisse vel neglectas vel turbatas e Vind. quinto, a quo οὖν abest, intelligere licet; sed Venet. recte accinit ordini Homero familiari. Hectorem, a pugnae tumultu elatum, minus commode νόσφι κιόντα dici nonnulli existimasse videntur. Liberiori autem poetae ori id consentaneum habet schol. Vict. οὕτως· τὸ γὰρ κιόντα κατάχρησις, nec latuit verum aut schol. A. aut Eustath. 996, 10., vid. Il. 11, 284. Od. 8, 286.

V. 442. Zenodotus, ut videtur, ὁ Ἰλῆος ταχὺς υἱὸς scripsit, cf. ad 2, 527.

V. 445. Schol. Victor. Ζηνόδοτος παρ' ὄχθης lege vel ὄχθῃς

οὕτα κατὰ λαπάρην· ὃ δ' ἀνετράπετ', ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ
Τρῶες καὶ Δαναοὶ σύναγον κρατερὴν ὑσμίνην.
τῷ δ' ἐπὶ Πουλυδάμας ἐγχίσπαλος ἦλθεν ἀμύντωρ,
Πανθοίδης· βάλε δὲ Προθοήνορα δεξιὸν ὦμον,
υἱὸν Ἀρηϊλύκοιο· δι' ὤμου δ' ὄβριμον ἔγχος
ἔσχεν· ὃ δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ.
Πουλυδάμας δ' ἔκπαγλον ἐπεύξατο μακρὸν ἀΰσας·
Οὐ μὰν αὖτ' ὀΐω μεγαθύμου Πανθοίδαο
χειρὸς ἄπο στιβαρῆς ἅλιον πηδῆσαι ἄκοντα,
ἀλλά τις Ἀργείων κόμισε χροΐ· καί μιν ὀΐω
αὐτῷ σκηπτόμενον κατίμεν δόμον Ἄϊδος εἴσω.

V. 447 et 517. οὔτασε καλλαπάρην V. H. Both. — V. 448. ξύναγον R. Eust. 997, 9. — V. 449. ἦεν ἀμ. V. L. ap. schol. Vict. — V. 450. προθήνορα Ald. sec., male. — V. 453. ἔκπαγλος

vel ὄχθαις: alterum enim plerique edunt apud Strabon. XIII, 903. a, sed perperam, vid. eundem ib. 920. d. et ad Il. 6, 34. Nec maioris momenti aestimanda est schol. Vict. varietas Σαγγαρίοιο, utpote ab hoc loco aliena et ex Il. 3, 187, quem quis alleverat, temere transfusa.

V. 447. Venet. et sibimet ipsi repugnat et schol. A. infra ad v. 517 οὔτα κατὰ λαπάρην agnoscit. Quibus causis motus Wolfium, cuius auctoritatem Heynius et Bothius spreverunt, deserere nolui, vid. 6, 64.

V. 448. Consona duplici, praeiudicata Thierschii opinione a Bothio ex Eustathio assumta, abstinere iubent V. Vindd. et plurimi.

V. 449. Schol. ex Il. 15, 610. petitum alia excludunt, vid. 13, 384. 15, 540.

V. 451. Lips. Εὐρυλύκοιο, numeris refragantibus.

V. 453. Polydamas immensum gloriatur, nec vero ipse ἔκπαγλος dicitur. Augmentum ne pedestri quidem orationi semper et ubique congruum, vid. Matth. gr. Gr. §. 167. 6, librariis, Veneto discordante, erat relinquendum. Clausulam utramque Homero notam scimus; Polydamante vero in acie stante nec procursante, receptam, a qua Ven. infra v. 478. non abhorret, teneamus oportet, add. Eust. 997, 11.

V. 458 sq. Iam adfuerunt 13, 417 sq., cf. 14, 486 sq. 17, 123.

V. 460. Articulo Aiacem maiorem ab Oilei filio distingui Eustath. 998, 8. animadvertit. Nulla igitur idonea ductus causa Heynius versum reddit suspectum, vid. Matth. gr. Gr. §. 464. p. 542.

V. 463. Adverbium λικριφὶς nonnisi bis in Homericis lectum acui iussit Aristarchus, cuius praeceptum valuit. Grammatici explicare solent πλαγίως, vid. Eust. 998, 9. Etym. M. 565, 51

Digitized by Google

Ὣς ἔφατ'· Ἀργείοισι δ' ἄχος γένετ' εὐξαμένοισι·
Αἴαντι δὲ μάλιστα δαΐφρονι θυμὸν ὄρινεν,
τῷ Τελαμωνιάδῃ· τοῦ γὰρ πέσεν ἄγχι μάλιστα.
καρπαλίμως δ' ἀπιόντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ.
Πουλυδάμας δ' αὐτὸς μὲν ἀλεύατο Κῆρα μέλαιναν
λιχριφὶς ἀΐξας· κόμισεν δ' Ἀντήνορος υἱός,
Ἀρχέλοχος· τῷ γάρ ῥα θεοὶ βούλευσαν ὄλεθρον.
τόν ῥ' ἔβαλεν κεφαλῆς τε καὶ αὐχένος ἐν συνεοχμῷ
νείατον ἀστράγαλον· ἀπὸ δ' ἄμφω κέρσε τένοντε·
τοῦ δὲ πολὺ πρότερον κεφαλὴ στόμα τε ῥῖνές τε
οὔδεϊ πλῆντ' ἦπερ κνῆμαι καὶ γοῦνα πεσόντος.

V. L. ap. schol. Viet. — Ib. ἐπεύξατο μακρὰ βιβάσθων V. Harl. all. ἐπηύξατο H. — V. 464. Ἀρχίλοχος Barnes.; male. — V. 465. σύνοχμῳ Vind. quint. — V. 467. προτέρη libr. ol. vulgo et H. —

Cuius auxilio medela facienda est schol. ad Od. 19, 451: ἐτυμολογοῦσι δὲ λιχριφὶς οἷον λίαν κεκρυμμένως, imo κεκυμμένως, si huic formae fidem habere liceat.

V. 464. Neque Archilochus neque Archelochus Graecorum ore fuit indictus. Archelochum autem analogiae magis consentaneum existimavit Aristarchus, velut Pherenicum, Menelaum, alios, cf. 12, 100. et Eust. 997, 42.

V. 465. Vindob. quint. συνοχμὸς vulgare potius quam Ionicum invasit, et praesidium ferunt scholl. Etym. M. 735, 9. Eust. 998, 12 sqq. Cuius verba sunt haec: συνεοχμὸς δὲ κεφαλῆς εἰπεῖν καὶ συνοχὴν ταὐτόν ἐστιν· ἤγουν συγκόλλησιν, συγκράτησιν. Posterum quid sibi velit, quum nemo sane intelligere possit, repone mecum σύγχρότησιν: quo capitis et cervicis quasi compagem sive coagmentationem significat, imagine a fabrorum arte petita. Pergit deinde Eustathius: προϋπάρχει δ' αὐτῶν τὸ ἔχειν, ὅθεν καὶ τὸ ἔχμα περὶ οὗ προείρηται (995, 53). προϋπόκειται δὲ τοῦ συνεοχμοῦ ὁ ὀχμός, ἐξ οὗ καὶ ὀχμάζειν τὸ συνέχειν, ὡς τὸ „μέσον μ' ὀχμάζεις" (Eur. Or. 259) καὶ „πατρὸς ὀχμάσας δέμας" (Lycophr. 41). Haec ideo submittenda duxi, quod Phavorino 1709, 11 sqq. eadem multis modis depravata proferenti medicina quaerenda est ex Eustathii commentariis, ab illo descriptis.

V. 466. Etym. M. 159, 44 νείατον ἐς ἀστράγαλον tradenti detrahas particulam, vid. Apoll. Lex. 168.

V. 467. Libri omnes propemodum προτέρη, quod etsi poeticae ἀδείᾳ singulari, proxima complectanti, largiri possis, vulgare tamen, Rom. et Eust. 997, 47. fide nixum, aptius videbitur.

V. 468. Correptionem evitaturus Bekker. in censur. ed. Wolf. 126. οὔδει proponit. At vocalium διαίρεσιν non libri solum, sed etiam Etym. M. 676, 47. tutatur. Accedit, quod spondeorum continuorum tarditas rei ipsi disconvenit.

Αἴας δ' αὖτ' ἐγέγωνεν ἀμύμονι Πουλυδάμαντι·
Φράζεο, Πουλυδάμα, καί μοι νημερτὲς ἐνίσπες·
ἦ ῥ' οὐχ οὗτος ἀνὴρ Προθοήνορος ἀντὶ πεφάσθαι
ἄξιος; οὐ μέν μοι κακὸς εἴδεται, οὐδὲ κακῶν ἔξ,
ἀλλὰ κασίγνητος Ἀντήνορος ἱπποδάμοιο
ἢ παῖς· αὐτῷ γὰρ γενεὴν ἄγχιστα ἐφκει.
Ἦ ῥ' εὖ γιγνώσκων· Τρῶας δ' ἄχος ἔλλαβε θυμόν.
ἔνθ' Ἀκάμας Πρόμαχον Βοιώτιον οὔτασε δουρὶ
ἀμφὶ κασιγνήτῳ βεβαώς· ὃ δ' ὕφελκε ποδοῖιν.

V. 469. *γέγωνεν* ol. vulg. H. Both. — Ib. *ἀμύμονα Πουλυδάμαντα* Z. — V. 470. *ἐνισπε* vulgo. — V. 471. *ἦ δὴ οὐχ* ol. vulgo. — Ib. *ἀντιπέφαπται* Vind. ed. *ἀντιπεφᾶσθαι* Vind. quint. et all. — V. 474. *παῖς* Vind. ed. vulgo ol. H. et Both. — Ib. *αὐτῷ γάρ ῥα φυὴν* Aristophan. — V. 475. *θυμῷ* vul-

V. 469. Sonantiores numeros *ἐγέγωνεν* efficit, a Venet. oblatum. Zenodoteum poeta improbat, vid. 8, 227. et alibi.

V. 470. Pro more suo *Πουλυδάμαν* Zenod. In fine cum Ven. *ἐνίσπες* adoptavi, vid. ad 15, 186.

V. 471. Exordium e libris optimis melius est constitutum; in Vind. edito litera tenuis adverbio negativo male adhaesit. Verbum ultimum dispescendum esse ostendimus ad 8, 163.

V. 474. Monosyllabum *παῖς* Venet. iure praefert, cf. Excurs. VI. Neque Aristophaneo posthabendum erit commune, quanquam in illius gratiam excitant Il. 2, 58. Od. 6, 552 *εἶδός τε μέγεθός τε φυήν τ' ἄγχιστα ἐοικώς* sive *ἔοικα*. Ibi enim de ignotis, qui notis comparantur, sermo est, filium vero patri, fratrem fratri vultu et facie similem esse consequens est, vid. Od. 4, 27 et Excurs. IX. §. 2.

V. 475. Casum quartum Homeri consuetudinem sibi postulare recte dicit Heyn., vid. 23, 468. 24, 170.

V. 482. Genitivus, si pro appellativo acceperis *πρόμαχος*, erit ferendus. Sed *ὦμον* scribendum erat cum Bekker. 157. et Thiersch. gr. Gr. §. 205. 18. b.

V. 484. Metri causa Clarkius verba transposuit, quod *ἄτιτος* mediam solet corripere. De quo Britanni iudicio diversa statuunt Heynius et Wolfius: dum enim ille Clarkio fere adstipulatur, hic in editionis novae praefatione p. LXXV. eam coniecturam sibi nunquam placuisse scribit. Cuius dicti rationem etsi non assequor, nolui tamen a librorum auctoritate recedere, quod ne Bothius quidem sibi permisit. At, si eum audierimus, in promtu erit medicina, dummodo refinxeris — *ἵνα μήτι κασιγνήτοιό γε ποινὴ Ληρὸν ἄτιτος ἔῃ*, ne quis per fratrem quidem diu sit poena inhonoratus. Quae quo longius ab Homeri et elegantia et simplicitate absunt, eo minus nobis vel examinanda vel refutanda sunt.

V. 485. Discordiam a veteribus motam, neque adhuc satis ditemptam, ut quam brevissime componamus, hic versus admonet.

τῷ δ' Ἀχάμας ἔκπαγλον ἐπεύξατο μακρὸν ἀΰσας·
Ἀργεῖοι ἴομωροι, ἀπειλάων ἀκόρητοι,
οὔ θην οἵσισίν γε πόνος τ' ἔσεται καὶ ὀιζὺς
ἡμῖν, ἀλλά ποθ' ὧδε κατακτανέεσθε καὶ ὔμμες.
φράζεσθ', ὡς ὔμιν Ἱρόμαχος δεδμημένος εὖδει
ἔγχει ἐμῷ· ἵνα μή τι κασιγνήτοιό γε ποινὴ
δηρὸν ἄτιτος ἔῃ. τῷ καί κέ τις εὔχεται ἀνὴρ
γνωτὸν ἐνὶ μεγάροισιν ἀρῆς ἀλκτῆρα λιπέσθαι.
Ὣς ἔφατ'· Ἀργείοισι δ' ἄχος γένετ' εὐξαμένοισι.

go ol. et Eust. 998, 2. — V. 478. *μακρὰ βιβάσθων* Harl. — V. 482. *ὑμῶν* Harl. *ὑμῖν* vulgo. — V. 483. *ἐμῷ· μή τοί τι* V. L. ap. schol. A. — V. 484. *δηρὸν ἔῃ ἄτιτος* Clarkii coniectura. — V. 485. *ἄρεως* V. ol. vulgo. *ἄρεω* Ar., ut videtur. — 1b. *γενέσθαι* Eustath. 998, 47. Rom. —

Incerti enim fuerunt critici, num frater caeso superstes *ἄρεως*, an *ἀρῆς ἀλκτῆρ* sit appellatus. Atque illud quidem Aristarchi iudicio inniti nos non celarunt veteres, vid. scholl. ad h. l. et ad Il. 18, 100. Eust. ad Il. 998, 50. 1133, 1 sqq. 1139, 11. Cuius e commentariis maxime necessaria hic expromere lubet; ea habes 1133, 10: *τὸν δὲ Ἀριστάρχου φασὶ γράφειν Ἄρεω ἀλκτῆρα, ἵνα λέγῃ, ὅτι ἐμοῦ ἰδίησεν εἰς τὸ ἀλεξητῆρα* (corrige *ἀλεξητῆρα*) *γενέσθαι τοῦ Ἄρεω, ὡς ἀπὸ ἀσυνήθους εὐθείας τῆς ὁ Ἄρεως, ὡς Μενέλεως.* Copias illorum sibi excerpserunt Etym. M. 138, 2 sqq. et Phavor. 234, 36. Quanta autem Aristarchi apud alios fuerit auctoritas, ex eo potest colligi, quod *ἄρεως* sive *ἄρεος* bis hic et Il. 18, 213. omnes omnino libros occupaverit. Ut vero criticorum sollertiam fortuna haud raro eludit, ita, eo invito, Il. 18, 100. *ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι* remansit. Iam si in vocis vim ac potestatem inquisiveris, *ἄρεως ἀλκτῆρα* non tam belli propulsatorem quam caedis ultorem ea significari consequens erit. Inde veteres reddunt *φόνου τιμωρὸν* sive, ut Eustathius ait, *τὸν τοῦ φόνου ἐκδικητήν.* Quo perpenso, afflicta iacebit ratio Bothii; qui, quod Acamas fratrem interfectum non e pugna subtraxerit, sed nonnisi corpus eius ab hostium ludibrio defenderit, *ἄρεως* censet incommodum. Ernestium contra, Clarkium et Dorvillium in vann. crit. 489 sq. librorum et Aristarchi suffragium eo perpulit, ut non hic solum *ἄρεως* probandum, sed idem etiam iis locis, quos enumeravi ad 12, 334, reponendum putarent. Quam coniecturam nominis utriusque mensura adiuvari dicit Dorvillius: nam utpote a verbo *ἀρόομαι* ductum primam producere, *Ἄρην* vero ancipiti esse vocali. Neque alii poetae Aristarcheum ignorarunt, unde Quint. Smyrn. VIII, 206 *οὐ γὰρ ἀμείνονα Τρωσὶν ἀτομαι ἄλλον ἐκέσθαι Ἀλκτῆρα πτολέμοιο* petiisse censendus est. At altera ex parte tantum abest, ut *ἀρὴ* pernicies sponsoribus idoneis careat, ut, si recte sentio, gravioribus etiam praesidiis sustentetur. Primum enim poeta ipse, tetris profecto omnibus grammaticis, ne Aristarcho quidem excepto, magis locuples, ol

*Πηνέλεῳ δὲ μάλιστα δαΐφρονι θυμὸν ὄρινεν·*
*ὡρμήθη δ' Ἀχάμαντος· ὃ δ' οὐχ ὑπέμεινεν ἐρωὴν*
*Πηνελέοιο ἄνακτος· ὃ δ' οὔτασεν Ἰλιονῆα,*
*υἱὸν Φόρβαντος πολυμήλου, τόν ῥα μάλιστα*
*Ἑρμείας Τρώων ἐφίλει, καὶ κτῆσιν ὄπασσεν·*
*τῷ δ' ἄρ' ὑπὸ μήτηρ μοῦνον τέκεν Ἰλιονῆα·*
*τὸν τόθ' ὑπ' ὀφρύος οὖτα κατ' ὀφθαλμοῖο θέμεθλα,*
*ἐκ δ' ὦσε γλήνην, δόρυ δ' ὀφθαλμοῖο διαπρὸ*
*καὶ διὰ ἰνίου ἦλθεν· ὃ δ' ἔζετο χεῖρε πετάσσας*
*ἄμφω. Πηνέλεως δὲ ἐρυσσάμενος ξίφος ὀξὺ*

V. 489. *Πηνελεῶο* Thiersch. in gr. Gr. §. 184. 17. *Πηνελέω* Both. et Bentl. — V. 499. *ὁ δὲ, φὴ κώδ. Z. ὁ δ' ἔφη* Vind. quint. schol. ad Nic. Alex. 215. — V. 503. *Ἀλιγενοφίδαο* Vind.

succurrit, cfr. exempla ad Il. 12, 334. a me collecta, deinde Hesiodum eadem processisse via Hercul. scut. 29. 128. et Theog. 657. ostendunt, denique grammatico obstant alii, qui ea arte factitanda non minorem sibi pepererunt gloriam, velut Zenodotus et Ptolemaeus Ascalonita, quocum sentit interpres Ven. ad Il. 18, 100. hisce: *τινὲς δὲ περιέσπασαν τὸ ἄρῆς, ἵνα σημαίνῃ τὸ βλάβης· οὕτως καὶ Ἀσκαλωνίτης καὶ ἡμεῖς.* Ex quo efficitur librarios, codicibus plerisque consentientibus, id, quod h. l. improbarunt, sanxisse illo: minore fortasse constantia, sed eo ipso testati eligendi potestatem nobis esse factam. Aptissimum autem esse *ἀρῆς ἀλκτῆρα* vel recentiorum consensio, solus enim Vossius vulgatum est amplexus, docere potest. Praeterea et Acamas fratris caedem ultus est, neque Achilles Patroclum a Troum contumelia potuit defendere. Sin autem *ἄρεως* legeris, utrum bellum an interfectorum caedem eo indicatam voluerit poeta, erit dubium. Itaque *ἀρῆς ἀλκτῆρα*, quo recepto ab omni ambiguitate liberi erimus, praeferemus. Restat, ut adiiciamus, si duobus locis accommodatius fuerit visum, tertio etiam convenire Il. 18, 213, ubi plerique habent: *αἴ κέν πως σὺν νηυσὶν ἄρεως* sive *ἄρεος ἀλκτῆρες ἔωσιται.* Urbem enim hostium obsidione cinctam et ad ultimum fere discrimen adductam exspectare potius qui se e pernicie eripiant, quam qui bellum profligant, sua sponte apparet. Quemadmodum autem in Il. 18, 100. Aristarcheo depulso Zenodoteum invasit, ita ei versui, libris concinentibus, Aristarcheum est obtrusum. Melius igitur Heynio suo munere functus est Wolfius: dissimilitudo enim illa vel omnibus vel nulli omnino conveniet exemplo. Quare si quis Aristarcho fidem habuerit, ei non modo *ἄρεως* sive *ἄρεω*, sed *ἄρην* etiam sive *ἄρῃ* erit adoptandum. Cui quum libri adversentur, Zenodoto et Ptolemaeo obsequi satius duxi. — Ib. Res ipsa *λιπέσθαι*, librorum consensione tutum ac firmum, propter Eustathii discrepantiam minime esse movendum declarat.

V. 489. Minus certa sunt argumenta tum a Thierschio tum a Bothio prolata. Libri enim plerique in vulgari consen-

αὐχένα μέσσον ἔλασσεν, ἀπήραξεν δὲ χαμᾶζε
αὐτῇ σὺν πήληκι κάρη· ἔτι δ' ὄβριμον ἔγχος
ἦεν ἐν ὀφθαλμῷ· ὃ δὲ φῆ κώδειαν ἀνασχών·
[πέφραδέ τε Τρώεσσι καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα·]
Εἰπέμεναί μοι, Τρῶες, ἀγανοῦ Ἰλιονῆος
πατρὶ φίλῳ καὶ μητρὶ γοήμεναι ἐν μεγάροισιν.
οὐδὲ γὰρ ἡ Προμάχοιο δάμαρ Ἀλεγηνορίδαο
ἀνδρὶ φίλῳ ἐλθόντι γανύσσεται, ὁππότε κεν δὴ
ἐκ Τροίης σὺν νηυσὶ νεώμεθα κοῦροι Ἀχαιῶν.
Ὣς φάτο· τοὺς δ' ἄρα πάντας ὑπὸ τρόμος ἔλλαβε γυῖα·

quint. — V. 505. *ἐν νηυσὶ* V. Z. et Aristoph. — V. 506. *τοὺς δ' ἄρα πάντας ὑπὸ χλωρὸν δέος* εἷλεν Vindd. V. L. ap. schol. A. ol. vulg. et H. —

tiunt, neque aliud quidquam invenit Kust. 999, 8. Simili modo Atticum Ionicae dialecto immixtum est Od. 22, 131, 247.

V. 499. Ad Zenodoti *φὴ* sive *φῇ*, cui nec veteres nec recentiores critici fidem habuerunt, defendendum Homeroque vindicandum doctissimi quique quasi convolarunt. Sed ut quaestionem antiquitatis tenebris involutam accuratius pertractemus, plus studii et temporis in ea consumamus necesse est. Complectar igitur singula, quae huc faciant, Excursu XXV. In praesens sufficiat admonuisse me Lehrsio adstipulari, qui in libr. de Arist. stud. Homer. 93 sqq. et scitius et plenius aliis, quid fuerit, quod Aristarcho suspicionem iniecerit, exposuit. Illa enim non, ut plerique opinantur, in Zenodoti adverbio inusitato et Homeri aetate inferiore quaerenda est, sed in significatione verbi *φράζειν*, quod vel reputare vel iudicare, nec vero dicere, in Homericis declarare Aristarchus aliquoties affirmavit. Qua ratione certa et firma Aristarchus inductus versum proximum habuit spurium. Haec si probaveris, Zenodoteum sua sponte evanescere sequitur. Malui igitur grammatici eruditissimi iudicio stare, quam incertis nostrorum coniecturis temere subscribere. Versum autem priorem, etsi dura quaedam in eo inveniri non negaverim, praeter Aristarchum et libros tum scholl. Homeri et Nicandr. l. all. tum Apollonii Lexic. 426. agnoscunt.

V. 504. Cf. Od. 12, 42 sq.

V. 505. Zenodotus et Aristophanes vel aliorum similitudine moti vel σ iterato offensi *ἐν νηυσὶ νεώμ.* receperunt. Nemo certe veterum Thierschii Bothiique *ξὺν νηυσὶ* Homericum existimavit.

V. 506. Nihil expedit Bothius eo, quod certae originis scripturam incertae semper praeferendam esse dicat. Nam quod olim legebatur et libri vulgares et Vindd. omnes propemodum tuentur, Veneto vero Lipsiensis tres Heynii codices et Kust. 998, 61. cum Rom. accedunt, vid. ad 8, 77.

πάπτηνεν δὲ ἕκαστος, ὅπη φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον.
Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
ὅστις δὴ πρῶτος βροτόεντ' ἀνδράγρι' Ἀχαιῶν
ἦρατ', ἐπεὶ ῥ' ἔκλινε μάχην κλυτὸς Ἐννοσίγαιος.
Αἴας ῥα πρῶτος Τελαμώνιος Ὕρτιον οὖτα
Γυρτιάδην, Μυσῶν ἡγήτορα καρτεροθύμων·
Φάλκην δ' Ἀντίλοχος καὶ Μέρμερον ἐξενάριξεν·
Μηριόνης δὲ Μόρυν τε καὶ Ἱππότιωνα κατέκτα·

V. 507. ὅπη φύγοι nunc vulgo, φύγῃ Lips. et Cant. — V. 510. ἦρατ', ἐπεί V. L. ap. Eust. 999, 51. — V. 512. βαρβαροφώνων V. L. ap. schol. Vict. — V. 513. Φάϊκων Vind. quint. Φάλτην duo libr. ap. Heyn. — V. 515. Πολυφήτην Barnes. suasit. — V.

V. 507. Optativum finitima tuentur, vid. 16, 283. Od. 22, 43, in qua versus ad Penelopae procos, Ulixem reducem et perniciem iis imminentem extimescentes, transfertur.

V. 509. Nomen ἀνδράγρια interpretes Graeci similibus contendunt, qualia sunt ζωάγρια, βοάγρια, μοιχάγρια, cf. Od. 8, 332. Il. 12, 22. 18, 407. Veterum testimonia collata habes in Steph. thes. Gr. ling. I. 736. a b., add. Eust. ad Il. 870, 27. Apoll. Lex. 128. Scholia minus plena et integra nobis superesse docet Etym. M. 102, 29 hisce; Ἀνδράγρια. τὰ σκῦλα· ἤτοι ὅτι ἀπ' ἀνδρῶν ἀγρεῖται, ἢ ὅτι ἀντὶ ἀνδρῶν. ὅταν γὰρ μὴ δυνηθῶσιν ἀνάγειν αὐτοὺς ἀχαλώτους, τότε τὰ ὅπλα αὐτῶν σκυλεύουσιν, οὕτως Ἥρος. προπαροξύνεται δέ, ὡς τὰ ζωάγρια. Νίκανδρος δὲ τὰ καὶ' ἄνδρα λάφυρα· Πτολεμαῖος δὲ τὰ σκῦλα ἡρημένα παρὰ ἀνδρῶν. Ad quae Etymol. verba anonymus in annotat. vol. II. p. 742. animadvertit non Nicandri, sed Homeri haec esse. Recte quidem; at fugit eum Nicandrum non Colophonium poetam esse intelligendum, verum grammaticum Homericum, id quod bene perspexit Sylburgius in indice latino. Iam vero quum Nicandrum Homeri interpretis munere functum ignoramus, Nicanoris nomen etymologo esse reddendum haud inepte coniicias. Ceterum verbum hoc uno loco offerri schol. iure admonent.

V. 513. Nec quidquam dissidere libros aliquot videmus ex Il. 13, 791.

V. 515. Quum haud dubie sit idem, cuius mentio supra facta erat 13, 791, Barnesius Polyphoeten erat emendaturus. Rectius fortasse his scripseris *Περιφήτην*, cf. ad l. all.

V. 518. Integrum excitavit versum Etym. M. 819, 37., ultima repetita leguntur infra 17, 86.

V. 522. Modorum perturbatio molestior etiam fuit recentiore aetate. Nam optativum paene necessarium olim putarunt et Thiersch. act. Monac. I, 15. et Hermann. Opusc. I. 288. Uterque vero suam sententiam retractavit, ille in gr. Gr. 322. 4.

Τεῦκρος δὲ Προθόωνά τ' ἐνήρατο καὶ Περιφήτην·
Ἀτρεΐδης δ' ἄρ' ἔπειθ' Ὑπερήνορα, ποιμένα λαῶν,
οὖτα κατὰ λαπάρην, διὰ δ' ἔντερα χαλκὸς ἄφυσσεν
δμώσας· ψυχὴ δὲ κατ' οὐταμένην ὠτειλὴν
ἔσσυτ' ἐπειγομένη· τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψεν.
πλείστους δ' Αἴας εἷλεν, Ὀϊλῆος ταχὺς υἱός·
οὐ γάρ οἵ τις ὁμοῖος ἐπισπέσθαι ποσὶν ἦεν,
ἀνδρῶν τρεσσάντων, ὅτε τε Ζεὺς ἐν φόβον ὄρσῃ.

517. οὖτασε καλλαπάρην V. et all., vid. ad v. 447. et Bekk. l. all. 125. — V. 522. ὅτε δὴ Θεὸς V. L. ap. schol. Vict. — Ib. ὦρσεν ol. vulgo Eust. 100, 10. Rom. H. ὦρσῃ V. Vindd. et editt. antiquiss.

hic in Opusc. II, 22. Subiunctivus, cuius fides suspecta esse possit, insuper Wolfio placuit praef. ed. nov. p. XLVI. Quare eum, etsi ὦρσεν meliore nitatur auctoritate, intactum reliqui.

Digitized by Google

# ΙΛΙΑΔΟΣ O.

Iupiter in Ida monte expergefactus, Troum clade cognita, acerbius invehit in uxorem, eamque perterritam et mariti voluntati prudenter obsecundantem in Olympum ablegat, unde Irin et Apollinem ad rem Troianorum restituendam advocet v. 1 — 77. Dea, in Olympum reversa et de Iovis mente et sui fiducia pauca praefata, Marti Ascalaphi filii caedem denuntiat. Qua audita ille ira percitus continuo in terram descendere parat, sed a Minerva reprimitur v. 78 — 142. Iris et Apollo a Iunone missi ad Iovem veniunt, cuius mandato illa Neptunum invitum et fratri stomachantem, ut a bello decedat, permovet v. 143 — 219. Apollo Hectorem semianimem in vitam revocat ac novo implet robore v. 220 — 262. Eo in proelium reverso Achivorum multitudo Thoantis suasu ad naves remittitur, dum principes soli Troianis obsistunt v. 263 — 305. Sed Apolline praeeunte et viam ad hostium castra muniente, non sine multiplici strage Achaei usque ad naves repelluntur, ubi proelium exoritur acerrimum v. 306 — 389. Hoc tumultu exaudito ad Achillem, cuius iram leniat, propere se confert Patroclus. Hector autem hostilem catervam frustra studet perrumpere v. 390 — 414. Multis utrimque caesis Hectoris fortitudo et Troum constantia pervincit, ut adversarii intra naves se recipiant v. 415 — 658. Hic acie disposita naves a Troianorum vi et impetu haud segniter defendunt, atque Aiax, omnibus aliis longe superior, et Hectori Protesilai navi imminenti diu resistit, et duodecim hostes cum facibus irruentes deinceps prosternit v. 659 — 727.

Digitized by Google

## Παλίωξις παρὰ τῶν νεῶν.

Αὐτὰρ ἐπεὶ διά τε σκόλοπας καὶ τάφρον ἔβησαν
φεύγοντες, πολλοὶ δὲ δάμεν Δαναῶν ὑπὸ χερσίν,
οἱ μὲν δὴ παρ' ὄχεσφιν ἐριτύοντο μένοντες,
χλωροὶ ὑπαὶ δείους, πεφοβημένοι· ἔγρετο δὲ Ζεὺς
Ἴδης ἐν κορυφῇσι παρὰ χρυσοθρόνου Ἥρης.
στῆ δ' ἄρ' ἀναΐξας, ἴδε δὲ Τρῶας καὶ Ἀχαιούς,
τοὺς μὲν ὀρινομένους, τοὺς δὲ χλονέοντας ὄπισθεν,

V. 4. ὑπὸ δείους H. Thiersch. in gr. Gr. §. 166. 6. ὕπαι Tyrannio. — V. 10. εἵαθ', ὁ δ' ἀργ. Ar. — Ib. κῆρα πινύσσων all. ἀπινύσσων Aristoph. — V. 11. ἀφαυρότερος libr. pauc. —

V. 4. Vocalem nullo nisi coniecturae praesidio niti vidimus ad Il. 10, 376. Scholiastae enim Ven. verba multiplici errore Heynium implicarunt. Nam dum ille ait: ἡ ὑπὸ πρόθεσις ὑπαὶ ἐγένετο, ὁμοίως τῇ „ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης" (Il. 2, 824.). καὶ ἐστι τὸ ἐξῆς ὑπὸ δείους, οὕτω καὶ Ἀρίσταρχος, et ὑπαὶ δείους Tyrannionis commento ὕπαι i. e. ὕπαιθα melius existimat, et diphthongo ab Aristarcho non reiectae, fidem habet. Nec magis vera sunt ea, quae eodem interprete fretus de synaeresi ὑπαιδείους Heynius disputavit. Tantum enim abest, ut scholiasta Homerica ista ἐξ ἐριβενς, κατ' ἀμαξιτόν, κατὰ σπείους in unum conflaverit, ut de sola genitivorum istorum forma agat. Eam vero dicit a poeta vel pro Ionum more in εῦς contrahi, quemadmodum Ἐρέβενς, θάρσενς, γένενς, cf. 8, 368. 17, 513. Od. 15, 533., vel plenam efferri, uti βέλεος, ἄστεος Il. 13, 251. 22, 146., in paucis denique ἐο ad sonum ingratum evitandum, in οὖ colliquescere, cuius rei exempla sint ὑπαὶ δείους et Od. 9, 330. κατὰ σπείους.

V. 7. Vid. 14, 14.

V. 10. Aristarchus cum aliis εἵατο, i. e. ὑπῆρχον, Homero aliquoties reddidit, vid. ad 2, 137. et 24, 83. Sed non sine causa schol. A. dubitat, num verbo substantivo passivum concedat sermo Graecus; proinde εἵατο commodius adspirabitur. Hectorem enim iacentem amici sublevantes circumsedent, in quo libri et plurimi et optimi conciunt. Sub finem versus κῆρα πινύσσων, i. e. mortem sive fatum praesagiens et exspectans, nonnullos legisse veteres referunt interpretes. Quo quidem modo ὀϊόμενος sive ὀϊόμενον θανέεσθαι poeta alibi consociavit, cf. 4, 12. 15, 728. Od. 20, 21. At isti verborum iuncturae πινύσσειν, quod nunquam significat exspectare, aperte repugnat. Itaque κῆρ ἀπινύσσων, i. e. ἀλλοφρονέων, vid. 23, 698. praeter Aristarchum, Ascalonitam, Alexionem et Herodianum tuitl sunt Apoll. in Lex.

Ἀργείους· μετὰ δέ σφι Ποσειδάωνα ἄνακτα.
Ἕκτορα δ' ἐν πεδίῳ ἴδε κείμενον· ἀμφὶ δ' ἑταῖροι
εἵαθ'· ὁ δ' ἀργαλέῳ ἔχετ' ἄσθματι κῆρ ἀπινύσσων,
αἷμ' ἐμέων· ἐπεὶ οὔ μιν ἀφαυρότατος βάλ' Ἀχαιῶν.
τὸν δὲ ἰδὼν ἐλέησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,
δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδὼν Ἥρην πρὸς μῦθον ἔειπεν·
Ἦ μάλα δὴ κακότεχνος, ἀμήχανε, σὸς δόλος, Ἥρη,
Ἕκτορα δῖον ἔπαυσε μάχης, ἐφόβησε δὲ λαούς.
οὐ μὰν οἶδ', εἰ αὖτε κακουργαφίης ἀλεγεινῆς
πρώτη ἐπαύρηαι, καί σε πληγῇσιν ἰμάσσω.
ἦ οὐ μέμνῃ, ὅτε τ' ἐκρέμω ὑψόθεν, ἐκ δὲ ποδοῖιν
ἄκμονας ἦκα δύω, περὶ χερσὶ δὲ δεσμὸν ἧλα

V. 15. ἐφόβ. δ' Ἀχαιοὺς V. L. ap. schol. Vict. — V. 16. εἴ κ' αὖτε Thiersch. in gr. Gr. §. 329. 2. b. — V. 17. πρῶτον Harl. — V. 18. μίμνῃσ', ὅτε Phurnut. c. 17. — Ib. ὅτ' ἐκρέμω Lips.

Hom. 146. Eustath. 1002, 23. et schol. ad Od. 6, 258., cf. ad 14, 249.

V. 11. Enuntiationi negativae pro affirmante positae gratiam quandam subesse scholl. et Eust. 1003, 31. iudicant, vid. nostris cognata 16, 570. Od. 4, 199. 17, 415. Ubi negationi obstat contrarium, de qua rhetorum ac poetarum figura, nostri loci recordati, admonuerunt Eust. ad Il. 111, 21. Hermogenes περὶ μεθ. δειν. c. 37. Gregor. Cor. de dial. p. 99. Moschopul. ex edit. Titzian. 84, 3., add. Matth. gr. Gr. §. 468.

V. 15. Schol. Vict. ἐφόβησε δ' Ἀχαιοὺς interpretatur φοβεροὺς ἐποίησε, i. e. robore implevit Achivos, uti in Od. 2, 91 πάντας μὲν ῥ' ἔλπει: omnes spe accendit, significet. Quo nihil proficimus, quandoquidem φοβεῖν nil nisi perterrefacere iudicet.

V. 16. Nomen in Iliade semel obvium bis redit in Odyssea 2, 236. 12, 26. Thierschio et libri obnituntur et Etym. M. 354. 17., cf. Il. 6, 367.

V. 18. Iunonis poenam, utpote deae maiestati infestam, Zenodotus resecuit, alii, quorum hariolationes persequi longum est, Homeri commenta vel ad Klementorum temperationem vel ad vitae communis institutionem transtulerunt. Praeterea initio versus ἦ οὐ, quod commentarios Eustath. 1002, 32., scholia et editiones vulgares occupavit, particulae interrogandi merito cessit, μίμνῃ autem schol. Ven. non minus quam Eustath. 1002, 32. suo comprobant assensu, vid. Matth. gr. Gr. §. 283. 1. et Grasshoff. in diar. scholast. Darmstad. a. 1832. p. 960 sq. Plurimorum denique industriam et curam versus sibi expetiit propter caesurae legitimae defectum. Ac Vossius quidem olim, vid. sched. crit. I, 311., ὅτε περ κρέμω proposuit, quo nuper reiecto in Bentleii emendatione, a Bothio Iliadi illata, acquievit. Neque eam spreverim propterea, quod ἐκρέμω contractum sit ex

χρύσεον, ἄρρηκτον; σὺ δ' ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν
ἐκρέμω· ἠλάστεον δὲ θεοὶ κατὰ μακρὸν Ὄλυμπον,
λῦσαι δ' οὐκ ἐδύναντο παρασταδόν· ὃν δὲ λάβοιμι,
ῥίπτασκον τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ, ὄφρ' ἂν ἵκηται
γῆν ὀλιγηπελέων· ἐμὲ δ' οὐδ' ὣς θυμὸν ἀνίει

et all. ὅτε τε κρέμω Voss. ad h. in Cer. 203. Both. — V. 23. βήλου Crates. — Ib. ὄφρ' ἂν ἕοιτο Hermann. op. I, 288. — V. 24. θυμὸς ἀνίει ol. vulgo et prius V. ἀν' ἵει id. ἄνιεν Vind. quint. — V. 25. ὀδύνῃ ol. vulgo. ὀδύνῃ et θυμὸς Vindd.

aoristo primo ἐκρέμασο, ut fecit Ahlwardtius in progr. Oldenburgi a. 1805. in lucem edito. Primum enim illud non prorsus inauditum crediderim, deinde ἐκρέμω secunda imperfecti persona est. Multo minus placent coniecturae Ahlwardtii, qui plura tentando in eo tandem subsistit, ut Homerica sic fere constituat: ἢ οὐ μέμνῃ, ὅτε ὕψι οὐ ἐκρέμω, ἐκ δὲ ποδοῖιν. Quorum alterum Homeri sermoni, alterum Graecorum ori et usui adversatur. Quare si quid erit mutandum, Vossio et Bentleio accedamus necesse est. Sed libris omnibus contradicentibus eo minus aliquid novabimus, quo accuratius poeta caesura omissa Iunonem inter terram et nubes pendentem nobis quasi depinxerit, vid. Clarkium ad Il. 3, 363.

V. 22. Diasceuastarum manus haec experta esse Eust. 1003, 12. et schol. Victor. ostendunt, duo versus ab aliis adiectos testati. Quos versui 22. potius quam versui 30., cui illos submittunt Heynius ac Bothius, attextos fuisse et sua sponte apparet, et schol. docet. Itaque versui 22. ita fere scripto: λῦσαι δ' οὐκ ἐδύναιτο παρασταδόν, ἀχνύμενοί περ, accesserunt haec:

πρίν γ' ὅτε δή σ' ἀπέλυσα πεδίον, μυδρονς δ' ἐπὶ Τροίῃ
καββαλον, ὄφρα πέλοιτο καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

Qua vero compage proxima coaluerint, minus perspicitur. Ceterum singula a singulis vitiosius allata iam Heynius emendavit. Primum enim schol. πρὶν τότε falso profert, tum Eustathii mendo ποδῶν medicinam, ab editore Gottingensi repertam, schol. admovet, etsi, ut ille, πεδῶν, cui Ionicum erat substituendum, dederit. Singularem autem πέλοιτο, pro quo Heynio πέλοιντο placere videtur, verum et aptum habeo, cf. Il. 2, 117. Od. 3, 204. 24, 433.

V. 23. Crateti obiiciunt schol. Ven. et Eust. 1003, 39. Aristarchi auctoritatem, vid. schol. Ven. ad Il. 1, 591. Eust. 156, 37. Etym. M. 196, 19. et Arcad. de acc. 53, 3. cll. 52, 29 Optativum rei narratae magis idoneum nusquam licuit reperire: subiunctivus igitur, quo res velut praesens agitur, commotiori Iovis animo tribuendus videtur. Aliter rem expedire studuit Matth. in gr. Gr. §. 522. 1.

V. 24 sq. Priora Apoll. Lex. 495. et Etym. M. 621, 49. attigerunt. Quae postea insequuntur, ea a veteribus varie et constituta et intellecta esse patet. Nominativus vero duplex, e Vindd. ad alios transfusus, admitti nequit, proinde vel olim sancitum vel Aristarcho probatum, cui nuper aditum aperuerunt,

Digitized by Google

25 ἀζηχὴς ὀδύνη Ἡρακλῆος θείοιο,
τὸν σὺ ξὺν Βορέῃ ἀνέμῳ πεπιθοῦσα θυέλλας
πέμψας ἐπ' ἀτρύγετον πόντον, κακὰ μητιόωσα,
καί μιν ἔπειτα Κόωνδ' εὐναιομένην ἀπένεικας·
τὸν μὲν ἐγὼν ἔνθεν ῥυσάμην καὶ ἀνήγαγον αὖτις

et Ald. sec. — V. 26. *ἀνέμων* un. lib. ap. Heyn. — V. 29. *ἐγὼ ἔνθεν* Both. libris invitis. — Ib. *ἔνθ' εἰρυσάμην* Thiersch. in gr. Gr. §. 168. 9. c. *ἔνθεν ῥυσάμην* Bentl. coniectura. — Ib. *ἀπήγαγον* V. L. ap. schol. Vict. —

amplectamur oportet. Utrumque enim tum scholiastae tum Eustath. 1003, 50 sqq. commemorarunt. Iure autem meritoque adstipulati sunt Aristarcho, constructione durissima legitimae ac poetae propriae posthabita, vid. Wolf. in edit. noviss. praef. p. XXXVII.

V. 26. Non tam de lectione quam de singulorum interpretatione antiquiores disceptarunt. Ambiguum enim esse potest, num Iuno Boream et alios ventos ad suam perduxerit voluntatem, an Borea adiuvante reliquos ventos sibi conciliaverit. Eustath. 1003, 56. nihil dirimit, scholiastae alterum praeferendum censent ideo, quod Boreae filios occiderit Hercules. Eodem pertinent verba schol. ad Apoll. Arg. I, 1300: *τούτους* (*υἱοὺς Βορέου*), *Ἡρακλῆς ἀνεῖλεν ὕστερον εὑρὼν περὶ Τῆνον τὴν νῆσον, ἣ παρώκειτο Λήμνῳ, ἐπειδὴ Ἡρακλῆς ἐμνησικάκει Βορέᾳ*, iisque subiungit nostrum versum, add. Apollod. III, 15, 2. Neque omittendum est Homeri usu eam sententiam magis stabiliri, vid. 3, 439. 10, 290. 11, 790. 15, 493 alibi.

V. 29. Aoristi primi *ῥυσάμην* vocalis quum nove et insolenter correpta videatur, alii aliunde eius rei veniam petendam esse censuerunt. Buttmannus quidem in Lexil. I, 60 sqq. in gr. ampl. §. 399. annot. 7. et vol. II. p. 134 sq., *ἐρύειν* et *ῥύεσθαι* forma magis quam potestate ac mensura differre ratus, epicis *ἐρύσατο* et *ῥύσατο* sive *ἐῤῥύσατο* proprium fuisse existimat. Cuius decreta et ipse olim impugnavi de prosod. Gr. §. 62. 6. a. et Passov. in Lex. v. *ῥύομαι* idem sensit. Neque iniuria admonet Buttmanno non solum aoristum, sed praesens etiam respiciendum fuisse; nam ut *ἐρύω* vocalem semper corripit, ita *ῥύομαι* primam habere ambiguam negari nequit. Ea enim hic illic correpta offertur, aliquanto saepius producta, vid. Il. 9, 396. 10, 259, 417. Od. 14, 107. 15, 53. cll. Il. 12, 8. 15, 275. 16, 799. 17, 224. Quare grammatici veteres tria verba *θύω*, *λύω*, *ῥύω* sive *ῥυομαι* praesentis vocalem ancipitem, aoristi vero longam habere communi tradunt consensu, ut Etym. M. 458. 1. Drac. de metr. poet. 46, 24. 79, 23. Canon prosod. apud Hermann. de emend. rat. Gr. gr. 54., Maxim. Planudes in Bachmann. anecd. Gr. II, 25, 17. et alii. Ad haec accedit Homeri et epicorum usus et consuetudo, vid. Il. 14, 406. 17, 645. 24, 439. Od. 6. 129., neque Attici *ῥύομαι* vel *ἐῤῥυσάμην* unquam corripuerunt. At iis, si de epicorum dialecto iudicium sit faciendum, Buttmannus fidem detrahit, idem vero neque ipse neque alius

Ἄργος ἐς ἱππόβοτον, καὶ πολλὰ περ ἀθλήσαντε.
τῶν σ' αὖτις μνήσω, ἵν' ἀπολλήξῃς ἀπατάων·
ὄφρα ἴδῃ, ἤν τοι χραισμῇ φιλότης τε καὶ εὐνὴ,
ἣν ἐμίγης ἐλθοῦσα θεῶν ἄπο, καί μ' ἀπάτησας.
Ὣς φάτο· ῥίγησεν δὲ βοῶπις πότνια Ἥρη,
καί μιν φωνήσασ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ἴστω νῦν τόδε Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ὑπερθεν,
καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος
ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσιν,
σή θ' ἱερὴ κεφαλὴ καὶ νωΐτερον λέχος αὐτῶν

V. 31. ἀπολήξῃς Ar. et libror. pars. — V. 32. ὄφρ' ἐϑῇς Vind. ea et ol. vulgo, ὄφρα ἴδῃς V. Eust. 1002, 59. H. Plut. de aud. poet. VI. 70. ὄφρ' ἴδῃς Rom. — Ib. τι χραισμῇ Eust. 1002, 59. — V. 41. Ποσειδάων V., ut solet. — V. 44.

quisquam aliud exemplum ῡ correpti adducere potuit. Unde patebit ῥῦσσαι et ῥῦσάμην quum Atticis tum epicis esse concedendum. Quod autem ad nostrum attinet versum, eum vel mendo inquinatum, vel aoristum ad verbum ἐρύειν referendum esse sequitur. Hoc quidem Rostius in gr. Gr. §. 84. p. 306. censuit, neque alia Eustathii fuit sententia, vid. indicem Devarii v. ῥύεσθαι et ῥύω; illud placuit Bentleio, Heynio et Bothio, qui ῥυόμην vel ῥύμην erant emendaturi. Ab iis non ita multum recedit Thierschii suspicio, quam supra adscripsi. Eam vero nec poetae elegantiae nec rei veritati congruere putaverim, nec minus imperfecto, libris repugnantibus, erit abstinendum. Itaque aoristum, utpote a verbo ἐρύειν, cuius potestas optime quadrat, deductum, retinendum duxi.

V. 31. Literam liquidam ingeminandam esse vidimus ad Θ, 157.

V. 32. Libri quidem plerumque Heynio accedunt, medium vero Aristarchi iudicio tutum et certum esse cognovimus, vid. ad Α, 203. Β, 449. Neque aliud quidquam Barnesius afferre debebat, etsi e libris scriptis ὄφρα ἴδῃ', ἤν τοι enotavit.

V. 33. Hunc versum, a Zenodoto et Aristophane spretum, Plut. l. l. priori adiungit.

V. 34. Exordium eius passim habemus repetitum, cf. Γ, 259. Od. 5, 116, 171.

V. 35 sqq. Neptunum sua ipsius voluntate impulsum Achaeis subsidio venisse per Terram et Coelum ac Stygis aquam Iovi iurat Iuno. Commune illud deorum fuisse iusiurandum et aliunde constat et ex Od. 5, 184 sqq., add. hymn. in Ap. 84 sqq. Il. 14, 271. Hesiod. Theog. 775 sqq. et Pausaniam VIII, 18, 1., nostrorum memorem.

V. 37. Eustathium ὅ τι μέγιστον tanquam varietatem legendi apposuisse cupidius quam verius narravit Barnesius, iure ob id notatus ab Heynio. Ille enim se concordare cum aliis profitetur 1004, 10., postea demum Lex. 62. adiicit haec:

Digitized by Google

κουρίδιον, τὸ μὲν οὐκ ἂν ἐγώ ποτε μάψ ὀμόσαιμι·
μὴ δι' ἐμὴν ἰότητα Ποσειδάων ἐνοσίχθων
πημαίνει Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα, τοῖσι δ' ἀρήγει·
ἀλλά που αὐτὸν θυμὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει,
τειρομένους δ' ἐπὶ νηυσὶν ἰδὼν ἐλέησεν Ἀχαιούς.
αὐτάρ τοι καὶ κείνῳ ἐγὼ παραμυθησαίμην
τῇ ἴμεν, ἤ κεν δὴ σύ, Κελαινεφὲς, ἡγεμονεύῃς.
Ὣς φάτο· μείδησεν δὲ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,
καί μιν ἀμειβόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Εἰ μὲν δὴ σύγ' ἔπειτα, βοῶπις πότνια Ἥρη,

κτειρομένους all. — V. 45. κἀκείνῳ Vind. ed. Eust. 1005, 26. et ol. vulgo. — V. 46. ἡγεμονεύεις Vind. quint. all. edd. antiquiss. et H. ἡγεμοτεύοις Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 49. βοῶπι V. et schol. Vict. —

τὸ δὲ ὅστε μέγιστος ὅρκος, δύναται δὲ καὶ δίχα τοῦ ὃ γράφεσθαι, ἵνα εἴπῃ, Στυγὸς ὕδωρ, ὅπερ μέγιστός ἐστιν ὅρκος. ἔστι δὲ ἀττικώτερον καὶ χαριέστερον μειὰ τοῦ ὃ προενεχθὲν ἀκολούθως τῷ μέγιστος ὅρκος, add. Pindar. schol. ad Ol. VII, 119.

V. 39. Sophoclis schol. ad Aiac. 491., ubi Tecmessa obtestatione simili Aiacis pervicaciam expugnare studet, commode adhibuit, add. Hesych. II, 696. Pronomen illustravit Buttm. Lexil. I, 51.

V. 41. Veneto tum alii obsistunt, tum grammatici doctiores, velut Etym. M. scriptor 585, 55. et Herodian. περὶ λέξ. μον. 40, 19.

V. 44. Ad Neptuni fervorem excusandum audacieque crimen ab eo depellendum alii κτειρομένους praetulisse videntur. Id autem in Aristophanis recensione, in Massiliensi atque Argolica repertum testatur Heracleo ap. schol. Ven. Antiquiorum e commentariis hausit Eustath. 1005, 18.: τὸ δὲ τειρομένους ἰδὼν ἐλέησεν, ὅπερ ἡ Μασσαλιωτική, φασι, γραφὴ κτειρομένους ἔχει, ἀπολογία ὑπὲρ Ποσειδῶνός ἐστιν, ὡς οὐκ ἐκεῖνος θρασυνόμενος ἐποίησεν, ἀλλ' ἐλεήσας. Minus igitur probabile erit exemplaria ista antiqua ab ipso Eustathio excussa esse.

V. 46. Wolfius, Harleiano, Venet. et aliis paucis obsequutus, modorum perturbationem recte composuit. Subiunctivus enim in Iunonem, quae invita quidem, sed animo prompto et parato mariti minis cedit, bene quadrat. Nec desunt eius simillima, ut notum illud Hesiodi Op. 208 τῇ δ' εἰς, ἤ σ' ἂν ἐγὼ περ ἄγω. Quod reliquum est quum scholl. Bl., quanquam ex eorum libris indicativum afferunt, tum Eust. 1005, 26. Veneto nobisque assentiuntur.

V. 49. Aristophaneum βοῶπις ut magis perspicuum (εὐφραδέστερον) melius habet schol. A., vid. ad 8, 471.

Digitized by Google

ἶσον ἐμοὶ φρονέουσα μετ' ἀθανάτοισι καθίζοις,
τῷ κε Ποσειδάων γε, καὶ εἰ μάλα βούλεται ἄλλη,
αἶψα μεταστρέψειε νόον μετὰ σὸν καὶ ἐμὸν κῆρ.
ἀλλ' εἰ δή ῥ' ἐτεόν γε καὶ ἀτρεκέως ἀγορεύεις,
ἔρχεο νῦν μετὰ φῦλα θεῶν, καὶ δεῦρο κάλεσσον
Ἶριν τ' ἰλθέμεναι καὶ Ἀπόλλωνα κλυτότοξον·
ὄφρ' ἡ μὲν μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων
ἔλθῃ, καὶ εἴπῃσι Ποσειδάωνι ἄνακτι

V. 50. ἐν ἀθαν. V. L. apud eund. schol. — V. 51. γε Harl. omisit. — V. 53. ἐτεόν τε καὶ ἀτρ. all., ut videtur. — V. 54. κέλευσον V. L. apud schol. A. — V. 55 in fine κλυτὸν αὖ-

V. 50. Haud scio, an glossam pro varia lectione nobis venditaverit scholiasta. Eo certe et Eustath. ducit 1005, 41., ubi ad v. 67. adscripsit: *μετὰ δὲ, ἤγουν ἐν αὐτοῖς δὲ ἢ σὺν αὐτοῖς*, et Homericum *μετὰ* alias saepe eodem modo explicatur.

V. 51. Particula quia ab Harlei. abest, Bentlei., levi sane causa inductus, sequentia voluit transposita *εἰ καὶ μ. β.*

V. 53. Aristophanem etiam *γε* habuisse schol. A. observat. E quibus Heynius collegit particulam aliis defuisse; refutari potius crediderim ab interprete *ἐτεόν τε καὶ ἀτρεκέως*. Quod etsi per se haud absurdum sit censendum, Homerico tamen sermoni repugnat, vid. ad 14, 125.

V. 55. Apollinem canentem Homero ignotum esse scholiasta Vict. scite admonet hisce: *κλυτότοξον· τινὲς κλυτὸν αὐδήν· οὐκ οἶδε δὲ αὐτὸν Ὅμηρος ᾄδοντα, ἀλλὰ κιθαρίζοντα.*

V. 58. Accusativus, cui libri ferunt opem, bene habet, dummodo eum iunxeris insequentibus.

V. 60. Ut multa, quae veterum diligentiam non effugerunt, raro et inusitate dicta nobis hic offeruntur, ita *λελαθεῖν ὀδυνάων* dolores mitigare sive eximere, si Il. 2, 400 *καὶ ἐκλελαθον κιθαριστύν* segregaveris, nihil sui simile habet. Alias enim nonnisi medium et intransitivum *λελαθέσθαι* Homero frequentatur, vid. 4, 123. 16, 200. 19, 136., *λαθεῖν* autem significat latere, cf. Passov. Lex. v. *λανθάνω*.

V. 64 sqq. Veterum iudicia, de quibus Köppenius, Heynius, Bothius varie et suo quisque modo statuerunt, omnia dubitationis plena esse nos faciunt certiores. Nam versus viginti duo inde a v. 56. usque ad v. 77. suppositicios habuerunt antiqui Homeri interpretes. Ea sententia Zenodoti et Aristophanis fuit, etsi Zenodotus, sive Ephesius sive Malleota fuerit, vid. schol. Ven. et Eust. 1006, 3., nonnisi versus quattuordecim inde a verbis *Πηλεΐδ. Ἀχιλῆος* resecuisse traditur. Aristarchus, si scholiastarum mentem recte assequor, exiguam quidem iis habuit fidem, sed singula emendare quam abiicere maluit. Argumenta, quibus impulsi eam huius libri partem Homero indignam censuerunt, schol. A. enumerat. Dicit autem primum minus scite ea, quae deinceps referantur, iterum tradi, tum versus istos tenues esse ac ieiunos, porro Homerum duobus positis sequentia poste-

Digitized by Google

παυσάμενον πολέμοιο τὰ ἆ πρὸς δώματ' ἰκέσθαι·
Ἕκτορα δ' ὀτρύνῃσι μάχην ἐς Φοῖβος Ἀπόλλων,
αὐτὶς δ' ἐμπνεύσῃσι μένος, λελάθῃ δ' ὀδυνάων,
ἀΐ νῦν μιν τείρουσι κατὰ φρένας, αὐτὰρ Ἀχαιοὺς
αὖτις ἀποστρέψῃσιν ἀνάλκιδα φύζαν ἐνόρσας·
φεύγοντες δ' ἐν νηυσὶ πολυκλήϊσι πέσωσιν
Πηλείδεω Ἀχιλῆος. ὃ δ' ἀνστήσει ὃν ἑταῖρον,
Πάτροκλον· τὸν δὲ κτενεῖ ἔγχεϊ φαίδιμος Ἕκτωρ

δὴν V. L. ap. schol. Vict. — V. 58. παυσαμένῳ Rom. Eust. 1005, 36. — V. 64. ὁ δ' ἀνστήσειεν ἑταῖρον V. L. ap. schol. A. Πηλείδεω δ' Ἀχιλῆος ἀναστήσειεν ἑταῖρον Bothii coniect. —

rlori adiungere, nec priori, ut factum sit v. 56 sqq., neque Patroclum ab Achille in proelium esse missum, sed suis precibus amicum permovisse, ut venia proficiscendi daretur, neque in Achillis naves effusa fuga incidisse Achivos. Praeterea in singulis notant v. 69 παλίωξιν, quae poëtae non fugam significet, sed de iis dicatur, qui antea victores a victis repellantur, veluti 12, 71., v. 71 Ἴλιον ἀλπύ, v. 77 Ἀχιλλῆα πτολίπορθον. Schol. B. partim eadem fere, quae recensui, disputat, partim alia quaedam, quibus idem nobis persuadeat, expromit. Nam et Iunoni ea ingrata fuisse, et Iovem, si Sarpedonis mors certa et fixa fuerit, eius misericordia sine causa tangi 16, 433., et Ilii excidium Iunonis potius, quae praesto fuerit, quam Minervae consiliis tribuendum fuisse admonet. Postea vero ipse et Eustath. 1005, 6 sqq. criticorum argumenta refutare et singula a suspicione liberare student. Quod ut efficiant, duplici potissimum utuntur ratione: primum enim Iovem futurum belli eventum, ut alias saepe, praedicere dicunt, deinde poetam de Achaeorum salute laborantibus meliorem rerum fortunam et Ilii excidium eo portendere censent. Haec quidem Ilgenio in disquisitione actionis principis Iliadis partic. tert. satisfecerunt, neque Heynius litem audet dirimere. Sed dum versus octo priores Homericos agnoscit, proximos quattuordecim postea demum adsutos et ad similitudinem Iliados 15, 593 sqq. excusos putat. Nec diffitendum est maiore eos premi suspicione, qua de re schol. Ven. et Victor. verba hic apposuisse non erit supervacaneum: Ζηνόδοτος δέ, inquiunt, ἀπὸ τοῦ· Πηλείδεω Ἀχιλῆος, ἕως τοῦ· λισσομένῃ τιμῆσαι, οὐδ' ὅλως ἔγραφεν· ἔοικασι γὰρ Εὐριπίδῃ προλόγῳ ταῦτα· ἐναγώνιος δέ ἐστιν ὁ ποιητής, καὶ ἐὰν ἄρα, σπέρμα μόνον τιθεὶς· „κακοῦ δ' ἄρα οἱ πέλεν ἀρχή (Il. 11, 603)." τάχα δὲ ὁ ταῦτα ποιήσας καὶ τὸ „ᾤχομεθ' ἐς Θήβην (Il. 1, 366)" καὶ τὸ „ἤρξατο δ' ὡς πρῶτον Κίκονας δαμάσας" (Od. 23, 310). Quibus, ut sententia sit integra, ἐποίησεν adiciatur oportet. Exempla vero, quae affert, non minus suspecta fuisse veteribus constat, vid. Spohn. de extr. part. Od. p. 16 sqq. et Heyn. ad Il. vol. IV. p. 995. Iam si haec omnia consideraveris, et orationem longius esse productam, quam Iovis ira et impatientia ferre videatur, et immisceri quaedam nova et inaudita concedamus necesse erit. Sed quum Ari-



Digitized by Google

Ἰλίου προπάροιθε, πολέας ὀλέσαντ' αἰζηοὺς
τοὺς ἄλλους, μετὰ δ' υἱὸν ἐμὸν Σαρπηδόνα δῖον.
τοῦ δὲ χολωσάμενος κτενεῖ Ἕκτορα δῖος Ἀχιλλεύς.
ἐκ τοῦ δ' ἄν τοι ἔπειτα παλίωξιν παρὰ νηῶν
αἰὲν ἐγὼ τεύχοιμι διαμπερές, εἰςόκ' Ἀχαιοὶ
Ἴλιον αἰπὺ ἕλοιεν Ἀθηναίης διὰ βουλάς.

V. 66. πολεῖς V. Vind. ed. ol. vulgo et H. — Ib. ὀλεσοντ' αἰζ. V. — V. 67. τούς τ' ἄλλους Bothii coniectura. — V. 69. ἐκ τοῦδ' ἄν V. Vindd. vulgo H. et Both. — V. 71. Ἴλ. αἰπὺν Harl. Ἴλιον ἐκπέρσωσιν Ἀθ. Ar. — V. 72. τοπρὶν Vind. ed.

starchus aut nihil aut paucissima sustulerit, obelo erit abstinendum. Omnium minime nobis placet Bothius, qui Iovi, utpote vaticiniorum auctori et fonti, cuius nonnisi interpres sit Apollo, egregie haec convenire dicit. Nemo enim Iovem vaticinantem hic requiret, sed Hectoris vindicem et damna, quae coniugis fraude et Neptuni auxilio Troianis erant illata, quam celerrime reparantem. Medelam vero v. 64. excogitatam nemo sane probabit; primum enim optativus a vaticinio Iovis prorsus abhorret, deinde Patroclus non aliorum fuga, sed Nestoris consilio et insita animi benevolentia, Achille permittente, vid. 16, 126., in aciem productus est, denique Aristarchus eam ob causam, quod optativum incommodum vidit, futuri indicativum praetulit. Quod autem hiatus ὃ δ' ἀναστήσει ὃν ἑταῖρον Bothio molestus est, profecto mirari lubet, quum idem paullo antea v. 29 τοὺς μὲν ἐγὼ ἔνθεν tanquam Homericum reposuerit. Neque unquam ἀναστῆσαι vel ἀναστήσειν sensu translato dicitur a poeta, vid. 2, 694. 7, 116. 10, 32, 179. 18, 358. 24, 551, 756. Fugientes vero Achaeos ad Achillis usque tentoria pervenisse vel ex iis, quae Achilles 9, 651 sqq. dicit, et ex Il. 15, 653. cll. 16, 102 sqq. colligere liceat.

V. 66. Aristarcheum πολέας nuper revocavit Wolfius, vid. ad 1, 559.

V. 67. Ut iuvenes quum alii tum Sarpedon Patrocli ense occidantur, Bothius τε inserendum putat. Quo incremento carere possumus: nam μετὰ δὲ pro adverbio posito vel nihil omnino obstat, vel μὲν praemittitur, cf. 2, 446, 477. 9, 131, 273. 18, 515.

V. 69. Wolfius cum Eustath. 1005, 40. et Aldo δὲ scienter separavit, neque aliter iubet schol. Victor. hisce: ἐκ τοῦ, οὐ τοῦ νῦν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ἀπολέσθαι Πάτροκλον. Obscurius haec dicta esse facile intelligitur, neque Achillis mors Iovi vaticinanti silentio erat premenda. Nomen autem παλίωξιν iure movit suspicionem, vid. schol. A. ad v. 64. 15, 601. et Lehrs. de stud. Arist. Homer. 154.

V. 71. Alexandrinos praeter Zenodotum neutrum Homero ignotum statuisse persaepe observatur, vid. schol. Ven. ad Il. 3, 305. 4, 46. 6, 277, 448. 7, 20, 413. 8, 499. 9, 419. 12, 115. et Stephan. Byzant. v. Ἴλιον. Quare originem horum Ho-

Digitized by Google

τὸ πρὶν δ' οὔτ' ἄρ' ἐγὼ παύω χόλον, οὔτε τιν' ἄλλον
ἀθανάτων Δαναοῖσιν ἀμυνέμεν ἐνθάδ' ἐάσω,
πρίν γε τὸ Πηλείδαο τελευτηθῆναι ἐέλδωρ,
ὡς οἱ ὑπέστην πρῶτον, ἐμῷ δ' ἐπένευσα κάρητι,
ἤματι τῷ, ὅτ' ἐμεῖο θεὰ Θέτις ἥψατο γούνων
λισσομένη τιμῆσαι Ἀχιλλῆα πτολίπορθον.

W. Both. — Ib. παύσω Vind. ed. ol. vulgo. et Eust. 1005, 42. — Ib. ἄλλων V. Vind. ed. ol. vulgo et H. — V. 73. ἐάσω Vind. quint. — V. 76. ὑπέ-νευσα editt. antiquiss. —

mericam vel emendando vel explicando asserere studuerunt. Eustath. 1006, 11. Ἴλιον αἰπὺ ut semel obvium denotat; scholl. BL. non urbem, sed totam regionem eo declaratam volunt; Aristarchus denique et liber Harlei. corrigendo usui Homerico prospiciendum putarunt. Minervae iussu Epeum, per somnium monitum, equi lignei opificem exstitisse consentiunt plurimi, vid. Od. 8, 492 sqq. Quint. Sm. XII, 106 sqq. Tryphiod. Il. Exp. 57.

V. 72. Aristarchus et Herodianus, ō extrito, παύω ediderunt; add. Ven. Harl. et all. In fine praeter Eust. 1005, 42. ac Rom. Harl. Ven. b. et alii tuentur ἄλλον, vid. ad 14, 342.

V. 73. Rom. ἀμυνέμεν' ἐνθ : apostropho autem, cuius desiderium erit nemini, et libri intercedunt et Eust. 1005, 42. obstat. Ἐνθάδε ad Olympum referendum autumat Bothius; melius vero Idam montem, in quo Iupiter et Iuno colloquuntur, intelligunt scholl. BL. hisce: ἴδοι εἰπεῖν ἐν τῇ μάχῃ· ἄκυρον γὰρ τὸ ἐνθάδε· πρὸς σύγκρισιν οὖν Ὀλύμπου τὸ ἐνθάδε· πλησιαιτέρα γὰρ Ὀλύμπου ἡ Ἴδη ἡ πρὸς Ἴλιον.

V. 74 sqq. Aristarchus ultimorum veritatem addubitasse videtur, primum, quod Achilles nunquam diras Danais sit imprecatus, vid. schol. Vict., deinde non Pelidae, sed eius matri Iupiter fidem dederat, denique πτολίπορθον Ulixem potius vocari censuit. At singula non abiecit, verum pauca quaedam aliter constituit, ut coniici potest ex eiusdem schol. praeceptis ad v. 75. τινὲς ἀπὸ τοῦ κάρη. Ἀριστοφάνειος κάρῃ ὡς δάρῃ. Quae corrupta esse Eust. 1006, 35. et Il. 5, 27. ostendit; nam scribatur oportet: κάρητι ὡς Δάρητι. Ibidem ἐπινεύειν non differt ab usitato Homeroque familiari κατανεύειν, etsi multo rarius conspicitur ἐπινεύειν, vid. h. in Cer. 466, 169., in Ven. 223. et epicos aevi posterioris, ut Callim. h. in Ap. 4. in Dian. 28. in Pall. lav. 104, 131—135. Opp. Hal. II, 246.

V. 77. Ilii excidium Ulixis potissimum sagacitate et perseverantia effectum esse scimus, unde cognomen tulit πτολιπόρθου. Quare versus, in quibus idem tribuitur Achilli, veteres vel subditios habuerunt, vel de eorum emendatione cogitarunt, vid. scholl. Ven. ad 8, 372. et 21, 550. Bothius ergo criticos illos temere insimulat oblivionis. Alios tamen ad urbes navali expeditione ab Achille dirutas poetam respicere censuerunt, cf. 9, 328.



Digitized by Google

Ὣς ἔφατ'· οὐδ' ἀπίθησε θεὰ λευκώλενος Ἥρη·
βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων ἐς μακρὸν Ὄλυμπον.
ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀΐξῃ νόος ἀνέρος, ὅστ' ἐπὶ πολλὴν

V. 79. βῆ δ' ἐξ Ἰδ. ὀρ. Z. — V. 80. ὅταν H. Both. ὅτ' ἀν- | ἀΐξῃ Vind. ed. Ald. sec. St. — V. 82. εἴη Vindd. Eust. 1007,

V. 78. Nonnulli, schol. Vict. teste, haec uno versu auxerunt: Ζῆν' ὑποταρβήσασα, νόος δέ οἱ ἄλλα μενοίνα, cuius pars extrema invenitur de Penelopa Od. 18, 283.

V. 79. Zenodoteum aliquoties oblatum explicui ad Il. 8, 410.

V. 80. Particulas a libris plerumque secerni vidimus ad Il. 4, 164. Verbo autem simplici Ven. Eust. 1006, 53. et meliores fidem addunt, nec diversi quidquam praebent grammatici veteres, cf. Etym. M. 342, 1. 606, 31. schol. ad Apoll. Arg. II, 542. et Hermann. Opusc. II, 50.

V. 82. Priusquam, quid nobis videatur de comparatione obscura ac difficili, cum aliis communicemus, interpretes et veteres et recentiores audire operae pretium est. Scholiastae quidem propemodum omnes εἴην μετὰ τοῦ ν̄ Aristarcho et eius asseclis probatum fuisse referunt, idem vero non eodem reddunt modo. Veneti scholiographi: σὺν τῷ ν̄, inquiunt, οἱ Ἀριστάρχειοι γράφουσι, καὶ σημαίνει τὸ ὑπῆρχον, ὡς αὐτοῦ τοῦ ἀνδρὸς ἐπιλογιζομένου, ποῖ πορευοίμην· ὁ δὲ λόγος οὕτως, εἰς ἐκείνην τὴν χώραν ἢ ἐκείνην πορευθείην ἢ πορευοίμην. E quibus, si quid video, eandem Aristarchi lectionem vel a stirpe εἰμι (sum), vel a verbo εἶμι (eo) esse repetitam sequitur. Distinctius illam et originis et potestatis diversitatem prodit Eustath. 1007, 2 sqq. dum scribit: Τὸ δὲ εἴην, εἰ μὲν τῇ εἶ διφθόγγῳ παραλήγεται καὶ εἰς ῃ λήγεται, ἢ διὰ δύο ῃ γράφεται, δηλοῖ τὸ ἦν, πλεονασμὸν δὲ τῆς εἶ διφθόγγου ἢ τοῦ ῃ δοκεῖ παθεῖν, ἵνα λέγῃ, ὅτι ἐνταῦθα ἦν ἢ ἐνταῦθα, ὡς τῆς εἶ διφθόγγου πλεοναζούσης πλεοναχοῦ, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐν μέσῳ λέξεων καὶ τοῦ ῃ δὲ πλειόνως. εἰ δὲ ἀνάπαλιν τὸ ῃ μὲν παραλήγεται, λήγει δὲ εἰς δίφθογγον, ἵνα δηλοῖ τὸ ἤρχετο, πλεονασμὸν ἔχει τοῦ ν̄ καθ' ὁμοιότητά τινα τοῦ ἦσκεν εἶρια καλά. εἰ δὲ γράφεται εἴη χωρὶς τοῦ νῦ διὰ διφθόγγου καὶ ῃ, σημαίνοι ἂν ἢ τὸ ὑπάρχοι ἢ τὸ πορεύοιτο ἀπὸ τοῦ εἶω τὸ πορεύομαι, περὶ οὗ προεγράφη, ἵνα δ λόγος ᾖ περὶ ἀνδρὸς μενοινῶντος ἀποδημῆσαί που τῶν τόπων, οὓς πολλοὺς οἶδεν. Posuit igitur Eusthathius tria: εἴην sive ἦην, personam primam imperfecti verbi εἶναι (eram), ἦει sive ἤειν, personam tertiam imperfecti verbi εἶμι sive εἶω (ibat), denique εἴη optativi personam tertiam, utroque verbo haud alienam. A medio horum Daceria, quae coniectura idem erat restituturа, eo solum discrepat, quod personam primam Homeri fuisse putat, eamque Gallice interpretatur: „j'allai ici, j'allai là." Etymol. Magn. 342, 17 sqq. εἴη vel εἴην scribi posse tradit, illud personam tertiam optativi esse censet, hoc, Philoxeno teste, vel aoristum secundum vel infinitivum Aeolicum dicit verbi εἶω (eo), εἶεις, εἶει, cuius sit ἀπαρέμφατος εἶειν et Aeolum dialecto εἶην, velut λέγην, φέρην. Iam in tanta antiquorum inconstantia et ambiguitate, quo seso vertant, animi pendere recentiores minime mirum est.

Digitized by Google

γαῖαν ἐληλουθὼς φρεσὶ πευκαλίμῃσι νοήσῃ·
ἔνθ' εἴην ἢ ἔνθα, μενοινήσειε τε πολλά·
ὣς κραιπνῶς μεμανῖα διέπτατο πότνια Ἥρη·

2. Et. M. 342, 17. — Ib. *μενοινήῃ* Ar. W. Both. —

Ac plurimi quidem cum maiore codicum parte *εἴην*, Aristarchi iudicio propagatum, retinuerunt. Ita Heynius, multa molitus, personam primam magis quam tertiam poetam decere tradit propter τὸ *δραματικόν*, proinde *ἔνθ' εἴην* idem esse atque *ἔνθ' ἦν*, sive ut sit: hic eram, vel: hic ibam. Idem vero interpretatione Latina, ut vulgo fit, optativum expressit. Bothius etsi a schol. brevi, quem ducem et auctorem sibi proposuerit, defecerit, et *πορευθείην* in verbum substantivum mutaverit, idem tamen verum et aptum iudicat transferendo: „utinam illic essem vel illic.“ Praeterea non tam cogitationum quam votorum et optatorum celeritatem his praedicari ait. Vossius germanice interpretatus: „dorthin möcht' ich und dort“, personam quidem ac modum satis definivit, verbi stirpem in ambiguo reliquit. Hermannus quantum scio, Homeri versus bis sibi explanandos sumpsit in Opusc. II, 57. et in praef. ad Soph. OT. p. XV, utroque loco quum imperfecti indicativum *ἦην*, tum optativum *μενοινήσειε*, Aristarcheo *μενοιήῃσι* depulso, poetae reddendos censuit. Quo facto Homeri verba ita reddit: ut subito transsilit mens viri, qui multis itineribus exercitus cogitet, hic fui vel illic: possitque multa cogitare. Thierschius denique in gr. Gr. §. 229. b. personam primam, sive eam a verbo *εἶναι* sive a stirpe *ἰέναι* repetendam duxeris, incommodam et falsam iudicat. Philoxeno igitur adstipulatus *εἴην* pro infinitivo habet Aeolico, et eo audaciae progreditur, ut incremento isto verbi eius paradigma augeat, quanquam, quomodo infinitivus cum reliquis concinat, nos ignorare voluit. Equidem, ut quid sentiam aperte dicam, nec formae inauditae fidem tribuo, neque infinitivum consentaneum esse crediderim. Ex eo enim, nisi Homerum infantium et rudium homuncionum more balbutientem magis quam loquentem induxeris, nos nihil fructus et utilitatis percipere apparet. Nam infinitivus, ut alias solet poeta, imperativi vice fungi nequit. At primam personam, cuius usus in comparatione vel exiguus vel nullus omnino esse possit, iure vituperavit Thierschius. Evolve enim et confer singulas, quibus abundat Maeonii opus, similitudines, neque usquam quidquam, quo subita ista personae mutatio defendi possit, reperies. Saepe quidem poeta tum heroas tum milites dicentes sistit, id vero audientibus accurate semper indicavit, vel notissima illa loquutione *ὧδε δέ τις εἶπεσκεν*, vel certe alia quacunque ratione, veluti Il. 6, 479. Quae quum ita sint, ne Hermanni quidem sententiam aptam et commodam habuerim. Ut enim taceam *ἦην* pro prima persona accipi non posse, vid. ad. 11, 762 cll. 11, 808. Od. 19, 283. 23, 316. 24, 342, sermo ille intimus viri itineribus exerciti, „hic eram vel illic,“ permirus videtur, nec poetam dramaticum, sed

Ἶκετο δ' αἰπὺν Ὄλυμπον. ὁμηγερέεσσι δ' ἐπῆλθεν
ἀθανάτοισι θεοῖσι Διὸς δόμῳ· οἱ δὲ κιδόντες
πάντες ἀνήϊξαν, καὶ δειπανόωντο δέπασσιν.
ἣ δ' ἄλλους μὲν ἔασε, Θέμιστι δὲ καλλιπαρήῳ
δέκτο δέπας· πρώτη γὰρ ἐναντίη ἦλθε θέουσα·
καί μιν φωνήσασ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ἥρη, τίπτε βέβηκας, ἀτυζομένη δὲ ἔοικας;
ἦ μάλα δή σ' ἐφόβησε Κρόνου παῖς, ὅς τοι ἀκοίτης.
Τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ λευκώλενος Ἥρη·
μή μοι, θεὰ Θέμι, ταῦτα διείρεο· οἶσθα καὶ αὐτὴ,

V. 86. κάλεόν τέ μιν εἰς ἕ ἕκαστος V. L. ap. schol. A. δειπανόωντ' ἐπέεσσιν Z. — V. 88. φέρουσα Harl. et all. — V. 90. ἀτυζομένη Harl. Ald. sec. et antiqq. — V. 91. δή σε φόβ. V. Vindd. H. et ol. vulgo. — Ib. πάϊς H. Both. et ol. vulgo. — V. 92. βοῶπις πότνια Ἥρη V. L. ap. schol. A. — V. 94. κείνου Ar. — V. 97. οὐδέ ἑ φ. Vind. un.

epicum exspectamus. Porro ἴνθα καὶ ἴνθα vel ipsum motum magis quam quietem significare ostendunt multa, cf. Il. 2, 462, 779. 5, 223. 8, 107. 15, 345. 17, 394 alibi; ἴνθα autem ἢ ἴνθα vix aliter cogitari dicive potest, id quod probant Il. 2, 397. Od. 10, 574 — τίς ἂν θεὸν οὐκ ἐθέλοντα ὀφθαλμοῖσιν ἴδοιτ', ἢ ἴνθ' ἢ ἴνθα κιόντα; Quae si prudenter et commode disputata sunt, persona prima pariter ac verbum εἶμι ab eo, quod poeta dicturus erat, abhorrere videbuntur. Itaque nihil supererit, nisi ut εἴη sive εἴην ad verbum εἶμι, i. e. eo, revocemus, idque minime dubium esse inde intelliges, quod optativum εἴη Homero cognitum scimus, vid. Od. 14, 496. Il. 24, 139. et Buttm. in gr. ampl. §. 108. annot. 27. Sed Aristarcho et Venet. libro contradicentibus, ἴνθ' εἶην ut ad ipsum viatorem referendum tenui. Ille autem eo consilio, ut ultima non proximis, sed cum prioribus aptius coirent, μενοινήσειν emendavit. Quem subiunctivum falso illatum putant Hermannus, Matth. in gr. Gr. p. 1289, et Buttmann. gr. ampl. §. 105. annot. 4. eum paene barbarum existimant. De quo non accedo Buttmanno, Aristarchi rationes saepe acerbius exagitanti. Ut enim θήῃ, ατήῃ vera esse cognovimus in Excurs. I. similime Aristarchus verbis in αω desinentibus, quorum persona prima ωω minime insolens est, vid. Thiersch. gr. §. 220. 70, subiunctivi tertiam in syllabam ήῃσι terminatam concedere potuit. Loci igitur interpretatio haec fere est: Ut quando mens viri celeriter evolat, qui multis terris peragratis animo acuto cogitet: hic iverim vel illic! et multa revolverit secum. Sed εἴη, cui Vindd. Eustath. et Etym. M. praesidio sunt, paene melius habuerim, idemque optativum μενοινήσειε, ab Aristarcho expunctum, magis confirmat; utrumque enim ad cogitationem eius, qui multa fecerit itinera, pertinebit.

V. 86. In Iunonis honorem dii assurgunt, poculis venienti oblatis, vid. 9, 670., et deos Iovi atque Apollini obviam euntes

οἷος ἐκείνου θυμὸς ὑπερφίαλος καὶ ἀπηνής.
ἀλλὰ σύγ' ἄρχε θεοῖσι δόμοις ἔνι δαιτὸς ἴσης·
ταῦτα δὲ καὶ μετὰ πᾶσιν ἀκούσεαι ἀθανάτοισιν,
οἷα Ζεὺς κακὰ ἔργα πιφαύσκεται· οὐδέ τί φημι
πᾶσιν ὁμῶς θυμὸν κεχαρησέμεν, οὔτε βροτοῖσιν,
οὔτε θεοῖς, εἴπερ τις ἔτι νῦν δαίνυται εὔφρων.
Ἦ μὲν ἄρ' ὡς εἰποῦσα καθέζετο πότνια Ἥρη·
ὤχθησαν δ' ἀνὰ δῶμα Διὸς θεοί· ἦ δ' ἐγέλασσεν
χείλεσιν, οὐδὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι κυανέῃσιν
ἴανθη· πᾶσιν δὲ νεμεσσηθεῖσα μετηύδα·
Νήπιοι, οἳ Ζηνὶ μενεαίνομεν ἀφρονέοντες,

et Lips. in marg. — V. 99. ἔτι in Ald. sec. et antiqq. omissum. — V. 101. ὄχθησαν V. Harl. et all. — Ib. ἡ δὲ γέλ. V. et H. — V. 104. ἰριδαίνομεν ἀφρονίοντι V. L. ap. schol. Vict. μ. ἀφρονίοντα schol. A. ἀφραδίοντες; libr. pauci, μεν. ἰσοφαρίζειν Heracl. Pont. de alleg. Homer. 409. —

I, 535. hymn. in Ap. 3. Hemistichium supra allatum ex Il. 23, 203, ubi venti coenantes Irin deam ad se quisque invitant, importune huc retractum esse, quod Iunoni sua et certa sedes fuerit in Olympo, schol. animadvertit. Zenodoteum et versus insequens et 9, 670. 4, 3. refutant. Occasionem ei praebuerunt tum alia velut, Od. 18, 311. 24, 410, tum forma rarior, cui magis usitatam adscripsit Eust. 1027, 13.

V. 88. Themidis dignitati contrarium habent cursum scholl. BL., altèro praelato. Eustathius vero deae poculum ministrantis studium et celeritatem eo indicari perhibet 1007, 17; recte, opinor, vid. 6, 394. 11, 715. 18, 167. 23, 201.

V. 91. Augmentum numeris volubilitatem parit; unde cum scholl. BL. Eust. 1007, 19. et libris aliquot erat servandum.

V. 93. Non ita multum distat ab aliis, vid. 1, 550. Od. 4, 492. 11, 463. 24, 478.

V. 94. Aristarchus, teste schol. Ven., *κείνου* Ionice dedit. Quo probato, idem redhibeatur oportet Il. 18, 262. Od. 15, 252 *οἷος ἐκείνου θυμὸς ὑπέρβιος*.

V. 97. Pronomine mutato sententiam et ipsam mutari intelligitur. Hoc assumpto, ut glossa schol. B. *κεχαρησέμεν· χαροποιήσειν* ostendit, Iovem tristitiae auctorem edi patet. Melius autem plerique nec deorum neque hominum animum illius consiliis laetaturum esse existimant. Insuper Barnesius et Ernestius *οὐδ' ἔτι φ.* annotarunt, cuius auctorem investigare non potui, libris atque Eustathio 1007, 42. in vulgari consentientibus.

V. 99. Adverbium, quo neglecto numeri vacillant, optimi quique supplent.

V. 101. Ven. hic et 1, 570. augmentum ignorat. Cui quum Vindd. Eust. 1007, 49. et editiones vulgares adsint, nihil erat mutandum, ne taedio praesentis rerum pristinus status in desiderium veniret, cf. Wolf. praef. ed. nov. p. CXVII.

V. 104. Insolentia dicendi varias protulit coniecturas inuti-

ἦ ἔτι μιν μέμαμεν καταπαυσέμεν ἆσσον ἰόντες
ἦ ἔπεα ἠὲ βίῃ· ὃ δ' ἀφήμενος οὐκ ἀλεγίζει,
οὐδ' ὄθεται· φησὶν γὰρ ἐν ἀθανάτοισι θεαῖσιν
κάρτεΐ τε σθένεΐ τε διακριδὸν εἶναι ἄριστος.
τῷ ἔχεθ', ὅ τι κεν ὔμμι κακὸν πέμπῃσιν ἑκάστῳ.
ἤδη γὰρ νῦν ἔλπομ' Ἄρηΐ γε πῆμα τετύχθαι·
υἱὸς γάρ οἱ ὄλωλε μάχῃ ἔνι, φίλτατος ἀνδρῶν,
Ἀσκάλαφος, τόν φησιν ὃν ἔμμεναι ὄβριμος Ἄρης.
Ὣς ἔφατ'· αὐτὰρ Ἄρης θαλερῷ πεπλήγετο μηρῷ
χερσὶ καταπρηνέσσ', ὀλοφυρόμενος δ' ἔπος ηὔδα·
Μὴ νῦν μοι νεμεσήσετ', Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,

V. 105. ἦ ἔτι Vind. ed. ol. vulgo et H. ἦέ τε Harl. — V. 106. ἀλέγει Et. M. 176, 41. — V. 109. τῳ ἐχ. V. — Ib. ἄμμι V. L. ap. Eust. 1008, 17. — V. 114. καταπρηνέσσ', ὀλ. V. ὀλοφυρόμενος δὲ προσηύδα Vind. ed. ol. vulgo et H. — V. 119. κέκλετο edd. antiquiss. — V. 120. ζευγνύμεν'· αὐτ. Eust. 1008, 28. ol. vulgo et H. — Ib. ἐδύσατο V. et all. — V. 121. ἐν-

les et supervacaneas. Etenim ἀφραδέοντες semel obvio alii surrogarunt, pars in significatione verbi haesit, et, hiatu nihil morata, ἐριδαίνομεν advocavit. Ex eodem fonte, nisi memoria est lapsus, Heraclidae ἰσοφαρίζειν trahit originem, cf. Passov. Lex. v. μεναίνω 2.

V. 105. Circumflexum, male obliteratum, bene reparavit Wolfius, vid scholl. ABLV. et Eust. 1008, 14, cui paruit Rom.

V. 106. Labecula Etym. magni, e scribendi compendio prognata, Homero duce, erit eximenda, cf. 1, 150.

V. 109. Eust. l. all. ἄμμι ἦγον ὔμμι. Sed paullo inferius huius causam ipse agit l. 21: τὸ δὲ ὔμμιν ἑκάστῳ καινότερον μέν, ἴσον δὲ ὅμως ἐστὶν ἀντιπτωτικῶς τῶ· ὑμῶν ἑκάστου, nec dissident scholl. BLV. His autem poetam docere, quicquid deus hominibus imposuerit, ferendum esse et schol. observavit et Chrysippus eo nomine Homerum laudibus extulit apud Plutarch. de Stoic. repugn. X, 362. [T. II. p. 1056. B.]

V. 113. Vitiose edit Etym. M. 441, 40 θαλερῷ πεπλήγετο μηρῷ, cf. 12, 162. 15, 397. Od. 13, 198.

V. 114. Veneto una syllaba redundanti obstant et numeri et libri alii. Clausulam versus Aristarcheam ea, quae paullo ante adduximus, comprobant 15, 398. Od. 13, 199.

V. 119. Metro non minus quam sententiae officit κέκλετο, alterum idem est ac κέλευε. Structura anceps poetas sequiores, ut Antimachum et Quintum Sm. VIII, 242 eo perduxit, ut Φόβον et Δεῖμον Martis equos fuisse crederent. Quibus occurrunt

τίσασθαι φόνον υἱος ἰόντ' ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν·
εἴπερ μοι καὶ μοῖρα Διὸς πληγέντι κεραυνῷ
κεῖσθαι ὁμοῦ νεκύεσσι μεθ' αἵματι καὶ κονίῃσιν.
Ὣς φάτο· καὶ ῥ' ἵππους κέλετο Δεῖμόν τε Φόβον τε
ζευγνύμεν· αὐτὸς δ' ἔντε' ἐδύσετο παμφανόωντα.
ἔνθα κ' ἔτι μείζων τε καὶ ἀργαλεώτερος ἄλλος
πὰρ Διὸς ἀθανάτοισι χόλος καὶ μῆνις ἐτύχθη,
εἰ μὴ Ἀθήνη πᾶσι περιδδείσασα θεοῖσιν
ὦρτο διὲκ προθύρου, λίπε δὲ θρόνον, ἔνθα θάασσεν.
τοῦ δ' ἀπὸ μὲν κεφαλῆς κόρυθ' εἵλετο καὶ σάκος ὤμων,
ἔγχος δ' ἔστησε στιβαρῆς ἀπὸ χειρὸς ἑλοῦσα
χάλκεον· ἡ δ' ἐπέεσσι καθάπτετο θοῦρον Ἄρηα·

θα κέ τις Vind. ed. et ol. vulgo, κέ τι libror. pars. — V. 123. περιδείσασα Ar. Vind. quint. — V. 124. δι' ἐκ vulgo et H. μὲν ἐκ V. L. ap. Eust. 1008, 45. — V. 126. στιβαρῆς ἐκ Vind. ed. et V. L. ap. Eust. 1008, 45. — V. 127. ἦδ' ἐπ. V. L. ap. schol. A. H. καθήπτετο Vind. quint. —

scholl. et Eust. 1008, 44, vid. 13, 299. et exempla nostri simillima addunt 5, 178. Od. 3, 24.

V. 120. Apostrophi nullum vestigium exstat in Ven. Vind. quint. et melioris notae libris, etsi Eust. 1008, 45. ζευγνύμενα adscripsit.

V. 121. Venet. Lips. et all. ἔτι, quod subinde additur comparativis, tuentur. Nostris fere congruit Od. 4, 698.

V. 123. Schol. A. περιδδείσασα· διὰ τοῦ ἑτέρου δ αἱ Ἀριστάρχου, quod Heynius iterum de liquida geminanda perperam intelligit. Ceterum Homerus verbo ei dativum et genitivum adiungit, vid. Matth. gr. Gr. §. 324 et Bernh. synt. p. 262. ell. Il. 10, 93. 17, 240. 31, 328. 23, 822.

V. 124. Eustathius utrumque cognitum habuit; scholl. pro more suo praepositionem unam verbo, alteram nomini adiunctam volunt, vid. Excurs. XVIII. §. 4. et Matth. gr. Gr. §. 580. annot.

V. 126. Praepositionem variando dicendi varietatem quaesiverunt, et a poeta alienam, et rei incommodam. Versus enim dactylici Minervam festinantem egregie depingunt.

V. 127. Homero pronomen familiarius esse coniunctione, Aristarchō suadente, schol. A. tradit, aliis allatis, quae maiorem illi faciant fidem, cf. Il. 5, 66, 736. Od. 5, 591, ubi ἦ δὲ γαλήνη, ab Aristarcho repositum, melius esse Nitzschius vidit, add. Matth. in gr. Gr. §. 289. ann. 9. Verbum, tempore finito non iterum obvium in Homericis, sine augmento legitur in Ven. et plurimis.

Μαινόμενε, φρένας ἠλέ, διέφθορας; ἦ νύ τοι αὖτως
οὔατ' ἀκουέμεν ἐστί, νόος δ' ἀπόλωλε καὶ αἰδώς.
οὐκ ἀτεις, ἅ τε φησὶ θεὰ λευκώλενος Ἥρη,
ἣ δὴ νῦν πὰρ Ζηνὸς Ὀλυμπίου εἰλήλουθεν;
ἦ ἐθέλεις αὐτὸς μὲν ἀναπλήσας κακὰ πολλὰ
ἆψ ἴμεν Οὔλυμπόνδε, καὶ ἀχνύμενός περ, ἀνάγκῃ,
αὐτὰρ τοῖς ἄλλοισι κακὸν μέγα πᾶσι φυτεῦσαι;
αὐτίκα γὰρ Τρῶας μὲν ὑπερθύμους καὶ Ἀχαιοὺς
λείψει, ὃ δ' ἡμέας εἶσι κυδοιμήσων ἐς Ὄλυμπον·
μάρψει δ' ἐξείης ὅς τ' αἴτιος ὅς τε καὶ οὐκί.
τῷ σ' αὖ νῦν κέλομαι μεθέμεν χόλον υἷος ἑῆος.
ἤδη γάρ τις τοῦγε βίην καὶ χεῖρας ἀμείνων
ἢ πέφατ', ἢ καὶ ἔπειτα πεφήσεται· ἀργαλέον δὲ
πάντων ἀνθρώπων ῥῦσθαι γενεήν τε τόκον τε.

V. 128. ἠλὲ Vind. ed. Ald. sec. Apoll. in Lex. 130. all. — Ib. αὐτὸς libr. pauci. — V. 131. εἰληλούθει Vind. quint. — V. 132. ἦε θέλ. editt. antiquiss. ἢ ἐθέλεις Rom. — Ib. ἀνατλήσας Bentl. coni. — V. 134. θεοῖς μέγα πῆμα φ. Z. — V. 138. ἑοῖο Z. Vind. ed. ἑῆος Vind. quint. schol. A. H. — V. 139.

V. 128. Pro interpunctione duplici alii διέφθορας a reliquis seiungunt, alii ad φρένας referunt, vid. scholl. et Eust. 1009, 12. Usum verbi post alios illustravit Matth. in Gr. §. 494. 2. Adiectivum, quod praecedit, plerique trisyllabum, quemadmodum alias offertur, cf. Od. 2, 243. 14, 464. Callim. fr. 173, falso ediderunt. Numeris repugnantibus succurrunt et libri et grammatici, vid. scholl. Eust. 1009, 12. et Et. M. 68, 46. 425, 55.

V. 132. Imaginem a cratere vino impleto petitam pluribus illustrant veteres cf. scholl. et Eust. 1009, 18. Quare nihil vitii subesse perspicitur, add. 8, 34, 350, 465. 11, 263. Od. 5, 207, 302.

V. 134. Male ediderat Villoisonius tanquam Zenodoteum Θέτις μ. πῆμα φ. Fraude prudenter intellecta Heynius aliorum librorum ope θεοῖς reposuit. Nec vero ei maior sive gratia sive auctoritas esse potest; metaphorae enim a re rustica sumptae, ut scite animadvertit Eustath. 1009, 22, utrumque convenit; quotidianum vero crebrius ei a poeta iungitur Zenodoteo, vid. Od. 5, 340. 14, 110, 218. 15, 178. 17, 27, 159 cll. 4, 668.

V. 138. Pronomina studiosius aliis Aristarchum distinxisse scimus. Ei igitur ἑῆος sive ἑῆος, quod doctissimi quique verum habent, erit referendum, neque aliter insignivit nomen Apollonius Alexandrinus, cf. schol. Victor. et ad 1, 393.

V. 139. Aristarchi τοῦγε Ven. et Vind. quint. ad nos transmiserunt. Illo autem recepto Homeri usui et sermoni egregie consuluit Wolfius.

Digitized by Google

Ὣς εἰποῦσ' ἵδρυσε θρόνῳ ἔνι θοῦρον Ἄρηα.
Ἥρη δ' Ἀπόλλωνα καλέσσατο δώματος ἐκτὸς
Ἶριν θ', ἥτε θεοῖσι μετάγγελος ἀθανάτοισιν·
καί σφεας φωνήσασ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ζεὺς σφὼ εἰς Ἴδην κέλετ' ἐλθέμεν ὅ ττι τάχιστα·
αὐτὰρ ἐπὴν ἔλθητε, Διός τ' εἰς ὦπα ἴδησθε,
ἔρδειν ὅ ττι κε κεῖνος ἐποτρύνῃ καὶ ἀνώγῃ.
Ἦ μὲν ἄρ' ὣς εἰποῦσα πάλιν κίε πότνια Ἥρη·
ἕζετο δ' εἰνὶ θρόνῳ· τὼ δ' ἀΐξαντε πετέσθην,
Ἴδην δ' ἵκανον πολυπίδακα, μητέρα θηρῶν·
εὗρον δ' εὐρύοπα Κρονίδην ἀνὰ Γαργάρῳ ἄκρῳ
ἥμενον· ἀμφὶ δέ μιν θυόεν νέφος ἐστεφάνωτο.
τὼ δὲ πάροιθ' ἐλθόντε Διὸς νεφεληγερέταο
στήτην· οὐδέ σφωϊν ἰδὼν ἐχολώσατο θυμῷ,

τοῦ δὲ vel τοῦδε Z. Aristoph. ol. vulgo et H. — V. 144. *μετ' ἄγγελος* V. schol. Vict. ol. vulgo et W. *μέτ' ἄγγ.* H. et Both. — V. 147. *ἰδέσθαι* Vind. quint. — V. 148. *ἔρδειν* Vind. ed. et all. — Ib. *ἀνώγει* Vind. un. — V. 155. *σφῶϊν ἰδὼν* Vind. ed. ol. vulgo et H. *σφωὲ ἰδὼν* coniect. eiusdem. —

V. 140. Pauci libri *πεφάσεται*, quibus obedire vetant alii, cf. 13, 819. Od. 22, 217. et Matth. gr. Gr. §. 253. 3.

V. 144. Utrum *μετάγγελος* an *μέτ' ἄγγελος* melius scribamus, saepius quaesitum est a veteribus. E quibus qui *μετὰ* separandum putarent, id *ἐν* significare existimarunt. Nemo, quod Bothio placuisse video, *μέτα* sive *μέτεστι* intellexit, neque in talibus eo opus est. Compositum Heynius grammaticis novis vocabula procudendi cupidis adscripsit. Sed praeter alios Aristarchus sic censuit, neque negari potest Irim deorum internuntiam bene et commode appellari. Qua de causa scitius singula conflabimus, vid. 23, 199, ubi Iris in Achillis gratiam ventos ad Patrocli rogum concremandum advocat, add. Lehrs. de stud. Arist. Homer. 115. Neque ei graves desunt sponsores, velut Eust. 1009, 48, etsi *μετὰ* abundare dicit, Vindd. Rom. Steph. Ernestius.

V. 147. Barnesius: *γράφεται· ἵκησθε*, de suo, ut videtur, munificus. Nam *εἰς ὦπα ἰδέσθαι* Homerus solum agnoscit, vid. 9, 373. Od. 22, 405. 23, 107, neque Eustath. 1009, 60. diversi quidquam praebet. Alexandrini quidem, quod Iuno Troianis erat infesta, neque id ei Iupiter praeceperat, duo versus ut supervacaneos deleri iubent. Eustathius contra iisdem utitur rationibus, quibus deae breviloquentiam excuset. In verbis ipsis nihil inesse crediderim, quod poeta sit indignum. Delenda autem haec erant iis, qui supra versus viginti duo improbaverant. Subiunctivum rei consentaneum aliorum similitudo expulit, vid. 6, 439. 15, 43, 725. Od. 5, 139. 10, 531, illi vero subsidio est Il. 10, 120.

ὅττι οἱ ὦκ' ἐπέεσσι φίλης ἀλόχοιο πιθέσθην.
Ἶριν δὲ προτέρην ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Βάσκ' ἴθι, Ἶρι ταχεῖα, Ποσειδάωνι ἄνακτι
πάντα τάδ' ἀγγεῖλαι, μηδὲ ψευδάγγελος εἶναι.
παυσάμενόν μιν ἄνωχθι μάχης ἠδὲ πτολέμοιο
ἔρχεσθαι μετὰ φῦλα θεῶν, ἢ εἰς ἅλα δῖαν.
εἰ δέ μοι οὐκ ἐπέεσσ' ἐπιπείσεται, ἀλλ' ἀλογήσει,
φραζέσθω δὴ ἔπειτα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν,
μή μ' οὐδέ, κρατερός περ ἐών, ἐπιόντα ταλάσσῃ
μεῖναι· ἐπεὶ εὖ φημι βίῃ πολὺ φέρτερος εἶναι
καὶ γενεῇ πρότερος· τοῦ δ' οὐκ ὄθεται φίλον ἦτορ

V. 156. πιθέσθαι Lips. — V. 161. ἔρχεσθ' ἢ μετὰ φ. Vind. quint. et V. L. ap. schol. A. — V. 162. εἰ δέ μου Ammonius. — Ib. ἐπέεσσι πεπείσεται Vind. ed. Ald. sec. et antiqq. — V. 163. δ' ἤπειτα V. Vindd. et ol. vulgo δὴ ὄπειτα Rom. Ernest. H. — V. 164. Θελήσῃ V. L. ap. schol. A. — V. 165. ἐπεὶ ἦο

V. 156. Heynii suspicionem minime adiuvat Apoll. de synt. II. 22. 167, quem testem excitat: ille enim longe alia tractat. Sed dativum ad verbum ἐχολώσατο pertinere iam veteres admonent, velut scholl. Bl.V. et Eust. 1010, 15.

V. 162. Quemadmodum hodie legimus, ita suadent V. Vind. quint. alii et ii ipsi, qui dissentiunt infra v. 178. Accedunt porro Eust. 1010, 40 ἐπέεσσι ἐπιπείσεται et Etym. M. 69, 40, nisi quod leviter corruptum exstat ἐπιπείθεται. Verbum ἀλογήσει hic et v. 178. lectum non iterum offertur in Homericis, Herodotus ἀλογεῖν τινος et καταλογεῖν τινος et τι frequentavit, cf. Wesseling. ad Herod. I, 144. III, 121. Praeter illud ψευδάγγελος quoque, v. 159. obvium, ut ἅπαξ εἰρημένον notandum erit.

V. 163. Tametsi libri propemodum omnes in forma Graecis auribus inaudita δ' ἤπειτα consentiunt, meliora tamen praebet Eust. 1010, 40 φραζέσθω δὴ ὄπειτα ἤγουν δὴ ἔπειτα. Quo duce et magistro alterum poetae profecto magis idoneum, quum et aphaeresis ista et crasis ab huius aetatis simplicitate abesse videantur, Wolfius et alii tum Iliadi et Odysseae, tum Hesiodo restituerunt, vid. 20, 338. Od. 1, 290, 294. 2, 221. 8, 378. 11, 121. 15, 423. 17, 185. Vitium vero per Homeri libros sparsum ad alios posterioris temporis epicos permanavit, idque tollendum potius quam defendendum esse crediderim, etsi contra stat Gerhard. in lect. Apollon. 162. et Wellauer. ad Apoll. Arg. II, 435. Certe Eustathium huius rei testem perperam advocasse Gerhardium ex iis, quae modo adscripsimus, liquido patebit.

V. 164. Fortius est commune, cf. 13, 830. 1, 534.

V. 165. Pronomen ἀπόλυτον et inclinandum esse schol. A. tradit. Iure autem Neptuno opposito tenore id erigendum censet

Digitized by Google

ἶσον ἐμοὶ φάσθαι, τόντε στυγέουσι καὶ ἄλλοι.
Ὣς ἔφατ' · οὐδ' ἀπίθησε ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις·
βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων εἰς Ἴλιον ἱρήν.
ὡς δ' ὅτ' ἂν ἐκ νεφέων πτῆται νιφὰς ἠὲ χάλαζα
ψυχρὴ ὑπὸ ῥιπῆς αἰθρηγενέος Βορέαο·
ὡς κραιπνῶς μεμανῖα διέπτατο ὠκέα Ἶρις,
ἀγχοῦ δ' ἱσταμένη προσέφη κλυτὸν Ἐννοσίγαιον·
Ἀγγελίην τινά τοι, Γαιήοχε κυανοχαῖτα,
ἦλθον δεῦρο φέρουσα παρὰ Διὸς αἰγιόχοιο.
παυσάμενόν σ' ἐκέλευσε μάχης ἠδὲ πτολέμοιο
ἔρχεσθαι μετὰ φῦλα θεῶν, ἢ εἰς ἅλα δῖαν.

Vind. ed. Eust. 1010, 45. et ol. vulgo ἐπεί εὖ φ. V. W. Both. — V. 169. ἐξ Ἰδ. ὀρ. Z. — V. 170. ὅταν Ern. H. Both., male. — V. 171. ὑπαὶ ῥιπῆς Vind. ed. ol. vulgo et Eust. 1010, 58. — V. 176. παυσ. σε κέλεται V. π. σε κέλευε H. — V. 177. ἔρχεσθ' ἢ μ. φ. Vind. ed. et ol. vulgo. —

Thiersch. in gr. Gr. §. 205. 13, cuius monitis obtemperandum esse v. 181. indicat. Qua de causa iure dubitat Matth. in gr. Gr. §. 147. 3; bene igitur egit Heynius, a quo imprudens recessit Bothius.

V. 167. Vid. 1, 187 et 7, 112.

V. 169. Iris quum Ida relicta in planitiem Troianam et campos monti subiectos descendat, non assequor, cur Zenodotus improbaverit vulgare.

V. 171. Boream nubila et imbres fugantem αἰθρηγενῆ appellari plerumque existimant, vid. Voss. ad Virg. Georg. III, 197. et Völcker. Geogr. Hom. p. 81. Diverse iudicant veteres, ut scholl. BLV. et Eust. 1010, 60. Illi enim Boream ita appellatum credunt, vel quod αἴθρον, i. e. frigus, gignit, vel ob nives et grandinem ab eo conglomeratas, vel denique epitheton esse commune. Serenitatem ab eo produci et nubes a Noto collectas dispelli Eustathius adiicit quidem, sed ipse huic rationi non multum confidit. Quare etsi Aquilo hic illic pluviam et imbres discutit, velut 5, 525, nondum continuo sequitur id semper ab eo effici. Imo longe saepius adduci eius procellis nubes et nives probabile est, vid. Od. 9, 67. 14, 465. Hesiod. Op. 505, 552. Itaque Köppenius merito admonet neque αἰθρηγενὴς neque αἰθρηγενέτης ea, quam plenique inesse opinantur, instructa esse potestate. Sed Boreas et venti αἰθρηγενέες, quemadmodum cos Apollon. Arg. IV, 765. nominavit, erant in aëre nati, desuper ingruentes.

V. 176. Schol. A. γράφεται· κέλευε. Vindd. et editi παυσάμενος σ' ἐκέλευσε, utique recte. Nam nulla est personarum ἀντιδιαστολή, unde Heynio π. σὲ κέλευσε non erat melius iudicandum.

V. 177. Longe plurimi et optimi disiunctivam bis positam auferunt.

Digitized by Google

εἰ δέ οἱ οὐκ ἐπέεσσ' ἐπιπείσεαι, ἀλλ' ἀλογήσεις,
ἠπείλει καὶ κεῖνος ἐναντίβιον πολεμίξων
ἐνθάδ' ἐλεύσεσθαι· σὲ δ' ὑπεξαλέασθαι ἀνώγει
χεῖρας, ἐπεὶ σέο φησὶ βίῃ πολὺ φέρτερος εἶναι
καὶ γενεῇ πρότερος· σὸν δ' οὐκ ὄθεται φίλον ἦτορ
ἰσόν οἱ φάσθαι, τόντε στυγέουσι καὶ ἄλλοι.
Τὴν δὲ μέγ' ὀχθήσας προσέφη κλυτὸς Ἐννοσίγαιος·
ὦ πόποι, ἦ ῥ', ἀγαθός περ ἐών, ὑπέροπλον ἔειπεν,
εἰ μ' ὁμότιμον ἐόντα βίῃ ἀέκοντα καθέξει.
τρεῖς γάρ τ' ἐκ Κρόνου εἰμὲν ἀδελφεοί, οὓς τέκετο Ῥέα,

V. 179. κἀκεῖνος ol. vulgo, καὶ ᾽κεῖνος Rom. — Ib. πτολεμίζων editt. antiqq. πολεμίζων Z. V. Eust. 1011, 5. W. H. et nunc vulgo. — V. 180. ὑπεξαλέσθαι Vind. quint. — Ib. ἄνωγε Harl. — V. 183. ἰσόν σ' οἱ φ. Clarkii coniect. — V. 186. καθέξει Ald. sec. — V. 187. τρ. γάρ τε Κρόνου Lips. et V. L. ap. Eust. 1012, 25. — Ib. οὓς τέκε Ῥείη Vind. ed. Rom. Both.

V. 179. De particula Zenodotum cum Aristarcho sensisse schol. A. testatur. Sub finem versus, quid eligerem, anceps haesi: nam schol. A. πολεμίζων Zenodoto dat, unde futurum Aristarchi fuisse coniicias. Eius rei verisimilitudinem auget schol. Victor. hisce: πολεμίξων διὰ τοῦ ξ. Ἀρίσταρχος δὲ διὰ τοῦ σ. θέλει δὲ εἰπεῖν, ὡς εἰ μὴ σὺ ἄπει, ἐκεῖνος ἐλεύσεται πολεμήσων. Quibus quum aperte tueatur futurum, in prioribus Zenodoti nomen excidisse statuerim; emendo ergo: πολεμίζων διὰ τοῦ ξ̄ Ἀρίσταρχος· Ζηνόδοτος δὲ διὰ τοῦ ξ̄.

V. 185. Vid. simillima 1, 131, 275. 19, 155. 24, 53.

V. 186. Sibi respondent βίῃ et ἀέκων, idemque maiore vi declarant, cf. 1, 430. Od. 1, 403. 4, 464. et Il. 7, 197, ubi oppositio plus momenti et ponderis addit suae orationi Aiax: οὐ γάρ τίς με βίῃ γε ἑκὼν ἀέκοντα δίηται.

V. 187. Praepositionem Aristarchi suffragio inniti schol. A. nobis refert, vid. ad 14, 202. Metro timentes iam olim alios ad alia descendisse auctor est Eust. 1012, 13. Ἰστέον δέ, inquit, ὅτι ὁ στίχος, οὐ ἐν τῷ τέλει κεῖται τὸ οὓς τέκετο Ῥέα, εἰ καί τις τρίβραχυν πόδα δοκεῖ καταλήγειν, ἀλλ' οἷον εἰς δάκτυλον λογίζεται, οἷα τοῦ ῥῶ ἐκτείνοντος τὴν πρὸ αὐτοῦ συλλαβήν, ὡς καὶ ἐν τῷ· ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσι (Il. 7, 474). καὶ γίνεται οὗτος ὁ στίχος μακροσκελὴς κατὰ τὸ καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα (3, 237). εἰ δὲ γράφεται οὓς τέκε Ῥέα, κατά τινα τῶν ἀντιγράφων, μυσιρίζεται τὸ ἔπος κατὰ τό· ὡς ἴδον αἴολον ὄφιν (12, 208). εἰ δ' ἴσως εὕρηταί που, οὓς τέκε Ῥείη, ἀπαθῶς ἔχει ὁ στίχος. Hoc Eustathii desiderio et hymnorum Homericorum testimoniis, quos olim ipse collegeram, vid. in Ap. 98. in Ven. 43. in Cer. 442. XII, 1, Bothius tantopere confisus est, ut Ῥείη pro Homerico amplecteretur, Ῥέα velut Aristarchi inventum sperneret, cf. ad 14, 203. Quibus adiicere potuisset Vindob. Alteri et aliorum leviorum auctoritatem. Sed non perpendit Ven. Vind. quint. Harl. Lips. et

Ζεὺς καὶ ἐγώ, τρίτατος δ' Ἀΐδης, ἐνέροισιν ἀνάσσων.
τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς·
ἦτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεί,
παλλομένων, Ἀΐδης δ' ἔλαχε ζόφον ἠερόεντα·
Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν·
γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων καὶ μακρὸς Ὄλυμπος.
τῷ ῥα καὶ οὔτι Διὸς βέομαι φρεσίν· ἀλλὰ ἕκηλος,
καὶ κρατερός περ ἐών, μενέτω τριτάτῃ ἐνὶ μοίρῃ.
χερσὶ δὲ μήτι με πάγχυ κακὸν ὣς δειδισσέσθω.
θυγατέρεσσιν γάρ τε καὶ υἱάσι βέλτερον εἴη

Ῥήῃ Ald. sec. et antiquiss. Ῥέᾳ V. L. ap. Eust. 1012, 30. — V. 189. δέδαστο, ex coniect. Heynii. — V. 192. οὐρανὸν αἰπὺν Z. — V. 193. γαῖα δέ τι Suid. III, 508. γ. δέ τοι Both. — V. 196. δειδίσσεσθαι Vindobon. quint. — V. 197. νίέσιν V. L. ap. schol. A. — Ib. κάλλιον Aristoph. κέρδιον Vind. ed. et ol. vulgo.

alios graviores, quos Heynius enumerat, huic opinioni refragari. Hesiodi testimonia insuper nobis ereptum ivit Göttling. ad Theog. 624, 635, vid. grammaticum apud Schaefer. in calce Gregor. Cor. 694. Quae quum ita sint, poetas posteriores prava lectione in fraudem pellectos esse verisimilius est ad credendum.

V. 189. Nihil usquam cernitur discrepantiae, vid. Apoll. Lex. Hom. 658. schol. ad Od. 5, 244. Plutarch. in vit. Pompei. c. LIII.

V. 191. παλλομένων, i. e. κληρουμένων, vid. Hesych. II, 847. Il. Ψ 24, 400 τῶν μέτα παλλόμενος κλήρῳ λάχον ἔνθαδ' ἕπεσθαι, Herod. III, 126, ibique Valckenaer. Non igitur opus est de sortibus ipsis cogitare, ut voluit Heynius. Adscripsit Homerica Heracl. Pontic. alleg. Hom. p. 465.

V. 192. Zenodoti αἰπὺν montis potius quam coeli esse epitheton monet schol. A.

V. 193. Bothius levissima inductus causa δέ τοι recepit. Nam apud Suidam, quem testem facit, ne legitur quidem, et ex Aristide I, 14, 225 (365 edit. Lips.) sustulit illud Dindorfius. Dicit autem haec Neptunus cum irrisione arrogantiae fraternae, qua terrae omnibus communis imperium solus affectet.

V. 194. Verbum duplici potissimum modo interpretantur, ita schol. Ven.: διὸ οὐκ ἂν κατὰ τὴν αὐτοῦ γνωμὴν βιώσομαι, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ. Δημήτριος δὲ ἀποβήσομαι, εἶξω· οὕτως ἔχειν καὶ τὸ „οὐ γάρ μοι δηρὸν βέῃ“ (Il. 16, 852), οὐ προβήσῃ κατὰ τὸ ζῆν πολὺν χρόνον, cf. Etym. M. 196, 11. et Passov. L. s. v. Utriusque vero exempla non ignota sunt Homero, vid. 22, 431. 24, 131. cll. 6, 113. 10, 97. Longius etiam arcessivit Euat. 1012, 47, dum βίαν et βιάζομαι eius stirpem ponit. Verbi vero eadem inest ambiguitas, quae Latino ire et nostro wandeln solet inhaerere, vid. Heyn. Observatt. et Matth. in gr. Gr. §. 226. annot. 3.

V. 197. Atthidos, neque Iados est υἱάσι, iudice schol. Veneto.

ἐκπάγλοις ἐπέεσσιν ἐνισσέμεν, οὓς τέκεν αὐτός·
οἵ ἑθεν ὀτρύνοντος ἀκούσονται καὶ ἀνάγκῃ.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις·
οὕτω γὰρ δή τοι, Γαιήοχε κυανοχαῖτα,
τόνδε φέρω Διὶ μῦθον ἀπηνέα τε κρατερόν τε;
ἦ τι μεταστρέψεις; στρεπταὶ μέν τε φρένες ἐσθλῶν.
οἶσθ', ὡς πρεσβυτέροισιν Ἐρινύες αἰὲν ἕπονται.
Τὴν δ' αὖτε προξέειπε Ποσειδάων ἐνοσίχθων·
Ἶρι θεά, μάλα τοῦτο ἔπος κατὰ μοῖραν ἔειπες·
ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ.
ἀλλὰ τόδ' αἰνὸν ἄχος κραδίην καὶ θυμὸν ἱκάνει,

V. 199. οἳ ἔθεν Vind. ed. ol. vulg. et H. — V. 203. ἦ τι Vind. ed. H. μεταστρέψῃς Sext. Empir. adv. gramm. p. 276. — Ib. δέ τε φρ. Stobaeus in Flor. tit. XX. p. 173, 42. — V. 204. Ἐριννύες Vindd. ol. vulgo. W. H. Both. — V. 207. εἴπῃ Z.

Idem κέρδιον vulgaribus, βέλτερον dat Aristarcho. Neutrum falsum est, alterum tamen deorum potentiae magis consentaneum.

V. 199. Salubriter et bene praecipit schol. A.: ἡ ἔθεν νῦν ἀπόλυτός ἐστι καὶ ἐγκλιτική. διὰ τὸ οἱ ἄρθρον ὀξυτονοῦμεν, cf. ad 1, 114. 11, 389.

V. 201 sqq. Consilii prudentiam aeque ac singularem dicendi modestiam veteres iustis laudibus praedicare solent, vid. Dionysium Halic. in art. rhet. c. IX, 3. Lucian. Tim. c. XXXV. Stobaeum et Sext. Empiric. l. all. Ex quibus hic tradit Bostratum, Ptolemaei regis legatum ad Antigonum missum, quum quod postularet ferocius esset negatum, versibus Homericis recitatis et regis animum placasse et id, quod volebat, obtinuisse, vid. Victor. variar. lect. lib. XXXIV. c. 18. Nihil autem pretii statuendum est discrepantiis inde commemorandis. Sunt autem hae: vers. 201 οὕτω δὴ κέλεαι et v. 203 μεταστρέψῃς. Recte enim tuebimur futuri indicativum, Dionysio ex Iliade redditum. Verbum autem, cui alias adiiciunt ἦτορ sive νόον, vid. 10, 52. et 15, 107, per se significat sententiam mutare, proposito decedere, ut in Od. 2, 67. Bonorum vero animos esse placabiles subinde docet Homerus, cf. 9, 496 sq. 13, 115. Praeterea schol. comparant Hesiodium illud Op. 295 ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται, ubi plura congessit Göttlingius, add. Erfurdt. ad Soph. Antig. 715.

V. 204. Ven. sibi constans Ἐρινύες tenet, vid. ad 9, 454.

V. 207. Legatum sapientia instructum sapienter etiam dicere consequens est. Unde manavit Zenodoteum, cui repugnant et libri et schol. ad Apoll. Arg. 1, 650.

V. 209. Adiectivo fidem habet schol. A. conferendo Il. 4, 437. 13, 354. Od. 13, 405.

ὁππότ' ἂν ἰσόμορον καὶ ὁμῇ πεπρωμένον αἶσῃ
νεικείειν ἐθέλῃσι χολωτοῖσιν ἐπέεσσιν.
ἀλλ' ἤτοι νῦν μέν κε νεμεσσηθεὶς ὑποείξω.
ἄλλο δέ τοι ἐρέω, καὶ ἀπειλήσω τόγε θυμῷ·
αἴ κεν ἄνευ ἐμέθεν καὶ Ἀθηναίης ἀγελείης,
Ἥρης Ἑρμείω τε καὶ Ἡφαίστοιο ἄνακτος,
Ἰλίου αἰπεινῆς πεφιδήσεται, οὐδ' ἐθελήσει
ἐκπέρσαι, δοῦναι δὲ μέγα κράτος Ἀργείοισιν,
ἴστω τοῦθ', ὅτι νῶϊν ἀνήκεστος χόλος ἔσται.
Ὣς εἰπὼν λίπε λαὸν Ἀχαϊκὸν Ἐννοσίγαιος·
δῦνε δὲ πόντον ἰών, πόθεσαν δ' ἥρωες Ἀχαιοί.

— V. 209. ὁππόταν H. ὁππότε coniect. Bentl. Heyn. Thiersch. in gr. Gr. §. 109. 2. — V. 211. εἴ τι Vind. quint. — Ib. μέν γε Ar. — V. 213. εἰ μέν Thiersch. in act. Mon. I, 444 sq. — V. 214. Ἡφαίστου τε καὶ Ἑρμείαο ἄνακτος V. L. ap. schol. A. —

V. 211. Aristarchus si revera νῦν μέν γε dedit, ultimam ad particulam temporalem adiungendam censuit. Melius vero, etsi dubitat Matth. gr. Gr. §. 599. d., potentialem connectamus sequenti ὑποείξω.

V. 212 sqq. Versus sex, utpote tenues et exiles, obelo notarunt Alexandrini critici. Neptunum enim dicunt imprudenter ea, quae modo concesserit, quasi retractare, minasque eius eo vaniores esse, quo certius ipse noverit Troiae excidium nonnisi in Achillis gratiam a Iove paullulum proferri; porro deorum nomina traducta esse ex Iliade 20, 33 sqq. Contra quae scholl. BL. disputarunt; Agamemnonem enim, etsi Calchas Ilii expugnationem praedixerit, libr. 4, 169. similia congrui monent, et oppositum vers. 211 deesse posse negant. Ad quae minus attendisse videntur Heynius, Wolfius et Heinrichsius, prioribus adstipulati. Bothius, qui cum Köppenio versum solum 214. ut adventicium inclusit, ea, quibus nostra defendenda et stabilienda putaverit, haud dubie invitus et imprudens silentio praetermisit. Equidem iam olim dixi Homeri deos et principes nonnisi conditione addita aliorum voluntati cedere. Achillis exemplum scholl. commemorarunt, vid. 1, 300. et cognata 4, 39. 8, 465. Liberavi igitur versus uncinis a Wolfio appositis.

V. 213. Particulis futuri indicativo coniunctis fidem facit Etym. M. 104, 51, add. Herm. Opusc. IV, 29. Rost. gr. Gr. §. 121. annot. 13. l. c. p. 616.

V. 214. Genitivum Ἑρμείω, cuius ignoratio emendandi pericula peperit, iam Kust. 1013, 28. comprobavit, add. Hermann. ad hymn. Hom. XVI, 3 et Thiersch. gr. Gr. §. 178. 26.

V. 217. Transtulit Apoll. in Lex. 134 cuius verba scite correxit Villoison., vid. Il. 5, 394.

καὶ τότ' Ἀπόλλωνα προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς·
Ἔρχεο νῦν, φίλε Φοῖβε, μεθ' Ἕκτορα χαλκοκορυστήν·
ἤδη μὲν γάρ τοι γαιήοχος Ἐννοσίγαιος
οἴχεται εἰς ἅλα δῖαν ἀλευάμενος χόλον αἰπὺν
ἡμέτερον· μάλα γάρ κε μάχης ἐπύθοντο καὶ ἄλλοι,
οἵπερ ἐνερτεροί εἰσι θεοὶ Κρόνον ἀμφὶς ἑόντες.
ἀλλὰ τόδ' ἡμὲν ἐμοὶ πολὺ κέρδιον ἠδὲ οἱ αὐτῷ
ἔπλετο, ὅττι πάροιθε νεμεσσηθεὶς ὑπόειξεν
χεῖρας ἐμάς· ἐπεὶ οὔ κεν ἀνιδρωτί γ' ἐτελέσθη.
ἀλλὰ σύγ' ἐν χείρεσσι λάβ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν,
τὴν μάλ' ἐπισσείων φοβέειν ἥρωας Ἀχαιούς.

V. 224. *γάρ τε μάχης* V. editt. antiquiss. et H. — V. 225. *οἵπερ νέρτατοι* Z. *νέρτεροι* Vind. ed. ol. vulgo et H. — V. 226. *ἠδέ οἱ αὐτῷ* ol. vulg. et H. — V. 229. *θυσανόεσσαν* Vind. ed. all. — V. 230. *τῇ μάλ' ἐπισ.* V. Harl. editt. antiquiss. et H. — V. 232. *τόφρ' ἂν Ἀχ.* Ar.

V. 224. Heynius immerito praetulit Ven. lectionem et de bello cum Titanibus olim a diis gesto cogitavit, cuius meminit Hesiod. Theog. 850 sq. Itaque Homerica reddit: satis iam olim Titanes experti sunt pugnam, h. e. qualem pugnam, quibus viribus, ego facere soleam. Etenim *κε* ineptum esse dicit, quod sequatur et alii dii, qui sunt infra, quod dii etiam sint in Olympo. Itaque si quis *κε* tueri voluerit, ei versum proximum tanquam inutilem esse auferendum. Sed eius rationi primum obstat verbum *ἐπύθοντο*, quod experiri neque indicat neque indicare potest, deinde Iupiter tantos huius pugnae strepitus futuros fuisse affirmat, ut dii inferi eam audituri fuissent. Praeclare igitur de hoc loco iudicavit Wolfius in praef. ed. nov. p. LVIII. hisce: „O, 224 *μάλα γάρ κε μάχης* unice verum est, quamvis in aliquot libros irrepserit vitium *γάρ τε*: hoc enim sensum non habet sententiae illi idoneum, quum altera scriptura optimum habeat, quem ornatius exprimunt praeclari versus v. 61 sqq.“ Neque Eustathium 1013, 56. vera poetae manus latuit, de certaminis eiusmodi gravitate et tumultu scienter commentatum.

V. 225. Zenodoti superlativum, cui nihil obstet, merito improbat schol. A. Formae pleniori testes sunt Ven. Lips. libr. alii Eust. 1013, 63. et Rom.

V. 226. Pronomen tenore esse erigendum, etsi Heynius de veterum obscuritate queritur, hodie nemo ignorat, vid. Apoll. de constr. II. 19. 144. de pron. 314. b. Bekker. cens. 164. Herm. Opusc. I. 322 sqq. et Thiersch. in gr. Gr. §. 205. 15.

V. 228. Barnes. *γρ. ἀνιδρώτει γε* et diphthongum nunquam reperire licuit, vid. ad 8, 512.

V. 229. Haud scio, an satis recte repudiaveris sibilam duplicem, qua interdum caret Eustathius, velut 1014, 1. 1119,

σοὶ δ' αὐτῷ μελέτω, Ἑκατηβόλε, φαίδιμος Ἕκτωρ·
τόφρα γὰρ οὔν οἱ ἔγειρε μένος μέγα, ὄφρ' ἂν Ἀχαιοὶ
φεύγοντες νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκωνται.
κεῖθεν δ' αὐτὸς ἐγὼ φράσομαι ἔργον τε ἔπος τε,
ὥς κε καὶ αὖτις Ἀχαιοὶ ἀναπνεύσωσι πόνοιο.
Ὣς ἔφατ'· οὐδ' ἄρα πατρὸς ἀνηκούστησεν Ἀπόλλων.
βῆ δὲ κατ' Ἰδαίων ὀρέων ἴρηκι ἐοικὼς
ὠκεῖ, φασσοφόνῳ, ὅστ' ὤκιστος πετεηνῶν·
εὗρ' υἱὸν Πριάμοιο δαΐφρονος, Ἕκτορα δῖον,
ἥμενον, οὐδ' ἔτι κεῖτο· νέον δ' ἐσαγείρετο θυμὸν
ἀμφὶ ἑ γιγνώσκων ἑτάρους· ἀτὰρ ἄσθμα καὶ ἱδρὼς

— V. 235. ὥστε καὶ Eust. 1014, 12. et Rom. αὖθις Vind. quint. — V. 237. ἴρηξ. Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 240. οὐδέ τι Lips. Ald. sec. — Ib. ἐσαγείρατο Vindd. Eust. 1014, 33. et ol. vulgo. — V. 241. ἀμφί ἑ Vind. ed. et vulgo et H. —

23. 1137 ult., parum sibi constans, vid. 600, 21. 1248, 41. Certe Ven. adminiculo isto ad syllabam producendam apto et idoneo semper utitur, vid. 5, 788. 17, 593. 18, 204. 21, 400. Vind. editus semel tantum contrarium adscivit, libro quinto repugnante.

V. 230. Nec hic discesserim a Wolfii iudicio, quo ἐπισσεύων potius sibi pronomen poscere dicit, quam φοβέειν in praef. ed. nov. p. LVII. Praeterea accusativum vindicant Homero Vindd. all. Eust. 1014, 1, add. v. 320. et 4, 167.

V. 232. Ad hiatum effugiendum Aristarchus consonam praefixisse videtur, neque eam insolitam habere possis. Sequiores enim poetas demonstrativum ita adhibuisse scimus, vid. Hermann. ad hymn. in Cer. 66. Brunck. et Wellauer. ad Apoll. Rh. III, 807. At libri et Eust. 1014, 9. in vulgari subsistunt.

V. 234. Schol. opus ad Patrocli exitum, verbum ad Iovis mandatum II. 20, 25. pertinere opinantur. Planius explicabimus: quid facto opus sit, vid. ad II. 1, 258.

V. 235. Iovis menti ac voluntati conducit particula potentialis, vid. 11, 800. 16, 42. 18, 200.

V. 236. Redit verbum 16, 676. et syllaba brevius 20, 14; adiectivum habet Arat. Phaen. 173, add. Lobeck. ad Phryn. 716 sqq.

V. 237. Ionum more ἴρηξ spiritu leni efferri cognovimus ad 13, 62, add. Eust. 1014, 29. et Schaefer. ad Gregor. Cor. 475.

V. 240. Absurdum esse οὐδέ τι κεῖτο nemo non videt, neque a recepto dissentit Rom., etsi sic referunt Ernestius et Heynius. Imperfecto ἐσαγείρετο de Aristarchi sententia adsunt Ven. Vind. quint. Harlei. ac praestantiores.

V. 241. Tenore pronomen instruendum esse schol. A. docet. Chrysippus, si bene intelligo schol. Victor. verba, ἀμφὶ τοῦ-



Digitized by Google

παύετ', ἐπεί μιν ἔγειρε Διὸς νόος αἰγιόχοιο.
ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος προσέφη ἑκάεργος Ἀπόλλων·
Ἕκτορ, υἱὲ Πριάμοιο, τίη δὲ σὺ νόσφιν ἀπ' ἄλλων
ἧσ' ὀλιγηπελέων; ἦ πού τί σε κῆδος ἱκάνει;
Τὸν δ' ὀλιγοδρανέων προσέφη κορυθαίολος Ἕκτωρ·
τίς δὲ σύ ἐσσι, φέριστε θεῶν, ὅς μ' εἴρεαι ἄντην;
οὐκ ἀΐεις, ὅ με νηυσὶν ἔπι πρύμνῃσιν Ἀχαιῶν
οὓς ἑτάρους ὀλέκοντα βοὴν ἀγαθὸς βάλεν Αἴας
χερμαδίῳ πρὸς στῆθος, ἔπαυσε δὲ θούριδος ἀλκῆς;
καὶ δὴ ἔγωγ' ἐφάμην νέκυας καὶ δῶμ' Ἀΐδαο
ἤματι τῷδ' ὄψεσθαι, ἐπεὶ φίλον ἄϊον ἦτορ.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπεν ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων·
θάρσει νῦν· τοῖόν τοι ἀοσσητῆρα Κρονίων

V. 252. ἕξεσθαι Aristarch. — Ib. ἄϊον Both. coniectura. — V. 253. ἄναξ, Διὸς υἱός, Ἀπ. Lips. — V. 256. ὅς γε coniec. Köppen. — Ib. πάρος γε Harl. Vind. quint. Lips. all. — V. 260. προπάροιθε

luit, sicuti nonnulli ἐλύφατ maluerunt quam ἐλύφατ ἐ, vid. ad 6, 511. — Ib. ἀυσθμὶ καὶ ἰδρῶτα poeta iungere solet, cf. 15, 10. 16, 103.

V. 245. ἧσ' ὀλιγηπελέων alterum, utpote personam secundam verbi ἧμαι, adspirandum esse, alterum pro futuro Ionice dici scholl. tradunt, cf. ad 16, 843. Extremis cognata sunt 16, 516. 17, 399. 19, 307; personae loco θυμὸν et κραδίην Homerus nectit 8, 147. 15, 208. 16, 52; utraque denique structura conflata accusativus duplex pronominis et rei ponitur, vid. 2, 171. 11, 88. et Matth. gr. Gr. §. 420. annot. 5.

V. 247. Cf. 6, 123, ubi iisdem propemodum Diomedes Glaucum appellat, add. 24, 387.

V. 252. Aristarcheum ἕξεσθαι haud ingratum schol. A. censet. Equidem Homero id magis congruere putaverim: defunctos enim οἴχεσθαι, ἐλθεῖν, καταβῆναι εἰς Ἄϊδαο δόμον notissimum, ὄψεσθαι contra vivorum est, cf. 5, 820. 14, 343. 24, 492. Od. 16, 24. 17, 42. Quo sapienter et acute intellecto Aristarchus ἕξεσθαι magis accommodatum habuit. Sed Aristarcho solo auctore, quanquam erunt qui vituperent, nihil erat mutandum. Verbum insequens, a qua stirpe sit ducendum, incerti fuerunt antiqui, e quibus alii reddunt ἤλγησα, alii ἀνέπνευσα, vid. schol. BLHD. Eust. 1014, 54. Etym. M. 43, 2. Apoll. in Lex. Hom. 71. Illud quidem a verbo ἄΐω, sentio, percipio, originem repetere putant, hoc ad radicem ἄω sive ἄημι (spiro), unde ἦτορ ipsum nomen invenerit, revocant. Prius propius verum esse existimavit Toll. in Exc. VIII. ad Apoll. Lex. 753; posteriori et plures alii et nostra aetate omnes propemodum Homeri interpretes fidem habuerunt, cf. Heyn. Passov. et Damm. l. v. Ei vero non

ἐξ Ἴδης προέηκε παρεστάμεναι καὶ ἀμύνειν,
Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον· ὅς σε πάρος περ
ῥύομ', ὁμῶς αὐτόν τε καὶ αἰπεινὸν πτολίεθρον.
ἀλλ' ἄγε νῦν ἱππεῦσιν ἐπότρυνον πολέεσσιν
νηυσὶν ἔπι γλαφυρῇσιν ἐλαυνέμεν ὠκέας ἵππους·
αὐτὰρ ἐγὼ προπάροιθε κιὼν ἵπποισι κέλευθον
πᾶσαν λειανέω, τρέψω δ' ἥρωας Ἀχαιούς.
Ὣς εἰπὼν ἔμπνευσε μένος μέγα ποιμένι λαῶν.
ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος, ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ,
δεσμὸν ἀποῤῥήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων,
εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο,
κυδιόων· ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται
ὤμοις ἀΐσσονται· ὃ δ' ἀγλαΐῃφι πεποιθώς,

*θεν λὼν* Lips. — V. 262. a Vind. quint. omiss. — V. 264. *θειει* Vind. ed. et all. *θειοι* St. — V. 265. *ἐῢῤῥῆος* Vind. quint., ut solet. —

modo structura, sed exempla affinia 16, 468. 20, 403 addicunt. Bothii *ἄεσσ* nullo omnino nititur praesidio. Ad eius enim auctoritatem elevandam hoc potissimum facit, quod imperfectum eiusmodi Graecis ignotum est.

V. 254. Nomen *ἀσσητὴρ* redit apud poetam 15, 735. 22, 333. Od. 4, 165. 23, 119, unde et ipsum et verbum *ἀσσείω* mutuati sunt alii, velut Apoll. Rh. I, 471. Mosch. IV, 110 *τῷ μὲν ἀσσηῆσαι λελιημένος*, cuius exemplum frustra quaesiverunt editores thes. Graec. ling. a Stephan. compositi Londini vol. VIII. 11134. c.

V. 256. Köppenio pronomen necquidquam fuit suspectum, vid. Herm. Opusc. I, 223. et II. 21, 521. Coniunctionem variare cognovimus ad 13, 463.

V. 260. Librario Lipsiensi obstant Ven. Vind. quint. alii et Eust. 1015, 2.

V. 262. Haud scio, an consulto abstulerit versum Vind. quintus. Fuisse enim quibus ille abundare videretur, scholl. BL. iudicant, *ἀναγκαία ἡ προσθήκη ὡς πρὸς ἀνάληψιν τοῦ πρὶν κεκακωμένου*. Deorum numine Homeri principes afflari inde monstrant Plato. Sympos. p. 179. Plut. de virt. moral. VII, 775. [T. II. p. 452. C.] At iterum eadem oblata cernimus 20, 110, add. 10, 482. 17, 456. 21, 442.

V. 265. Parin ex Helenae thalamo in aciem redeuntem 6, 506 sqq. equo nitido et feroci, e stabulo progresso, melius comparari quam Hectorem, paullo ante semianimem, veteres iudicarunt. Quo permoti, alii quattuor versus expunxerunt, Zenodotus tres, Aristarchus illis modestior singulos quosque tuitus est. Nec video, quid obstet, quomodo Hectorem ab Apolline persanatum et robore pristino instructum ad proelium pergentem nobis animo informemus.

ῥίμφα δ' γοῦνα φέρει μετά τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων·
ὡς Ἕκτωρ λαιψηρὰ πόδας καὶ γούνατ' ἐνώμα
ὀτρύνων ἱππῆας, ἐπεὶ θεοῦ ἔκλυεν αὐδήν.
οἱ δ', ὥςτ' ἢ ἔλαφον κεραὸν ἢ ἄγριον αἶγα
ἐσσεύαντο κύνες τε καὶ ἀνέρες ἀγροιῶται·
τὸν μέν τ' ἠλίβατος πέτρη καὶ δάσκιος ὕλη
εἰρύσατ', οὐδ' ἄρα τέ σφι κιχήμεναι αἴσιμον ἦεν·
τῶν δὲ θ' ὑπὸ ἰαχῆς ἐφάνη λὶς ἠϋγένειος
εἰς ὁδόν, αἶψα δὲ πάντας ἀπέτραπε καὶ μεμαῶτας·
ὣς Δαναοὶ εἶως μὲν ὁμιλαδὸν αἰὲν ἔποντο
νύσσοντες ξίφεσίν τε καὶ ἔγχεσιν ἀμφιγύοισιν·
αὐτὰρ ἐπεὶ ἴδον Ἕκτορ' ἐποιχόμενον στίχας ἀνδρῶν,

V. 268. ῥίμφα ? Vind. ed. Ernest. H., male. — V. 270. ὀτρυσέων V. L. ap. schol. Vict. ἔκλυον Lips., perperam. — V. 272. ἐσσεύοντο V. vulgo, W. et H. — V. 273. τ. μέν θ' ἠλίβ. grammatio. pars. — V. 274. ταῖςφι V. L. ap. scholl. BLV. — V. 275. ὑπαὶ ἰαχῆς Vind. ed. Eust. 1015, 27. et ol. vulgo. — Ib. λῖς Vind. ed. W. et nunc

V. 270. Schol. Victor. τινὲς ὀτρυνέων· οὔπω γὰρ κατηγτήκεσι τὸ πλῆθος τῶν Τρώων, eique opem ferunt 13, 209. 21, 530. Od. 24, 116. Hectore vero medios inter ordines iamiam provolitante, praesens non absonum erit habendum.

V. 271. Integrum paene legimus 3, 24, cervi epitheton privum et proprium aliquoties redit, ut 11, 475. 16, 158.

V. 272. Aoristum Aristarchi pariter ac plurimorum fuisse e schol. Ven. discimus; vid. ad 11, 149.

V. 273. Etymologia fortasse falsa spiritum asperum peperit, vid. Et. M. 427, 29: ἀπὸ τοῦ ἁλιτῶ, ἁλιτόβατος· καὶ συγκοπῇ ἁλίβατος· καὶ ἐκτάσει ἠλίβατος πέτρα, ἐφ' ᾗ ἂν τις βαίνων ἁμαρτάνει καὶ ἀποτυγχάνει. οἱ δὲ δασύνουσι λέγοντες παρὰ τὸν ἥλιον, ἡλιόβατος, ἠλίβατος, ὅπου πρῶτον ὁ ἥλιος βαίνει· οὐκ ἐπείσθη δὲ αὐτοῦ (l. αὐτῷ) ἡ παράδοσις, add. Buttmann, in Lexil. I. 94 sqq.

V. 274. Scholl. BLV.: περισσὸν τὸ τέ· τινὲς δὲ ταῖςφιν. Importunum ergo habuere et pronomen et particulam, cui ταῖςφι, i. e. τῇσι, sive ταῖςγε supposuerunt. Nec σφι reperitur apud Tzetzam in exeges. Il. 33, 29.

V. 275. Veneto, ut alias, simplici vocali contento, nulla est causa, cur diphthongum cum Thierschio gr. Gr. §. 166. 5. repetamus. Iure me Aristarcho de tenore nominis insequentis ad 11, 239. adstipulatum esse Lehrsii industria et diligentia docuit de Arist. stud. Hom. 266 sq. Itaque, quod pro meo arbitrio decernere nolebam, Homero iam redeat oxytonum, cui et libri pleraque prosunt, nec grammatici admodum obluctantur, vid. Et. M. 567, 4. Draco de metr. 63, 2. Praeterea perpetuum fere leonis cognomentum, vid. 17, 109. 18, 318. Od. 4, 456, cum

τάρβησαν, πᾶσιν δὲ παραὶ ποσὶ κάππεσε θυμός.
Τοῖσι δ' ἔπειτ' ἀγόρευε Θόας, Ἀνδραίμονος υἱός,
Αἰτωλῶν ὄχ' ἄριστος, ἐπιστάμενος μὲν ἄκοντι,
ἐσθλὸς δ' ἐν σταδίῃ· ἀγορῇ δέ ἑ παῦροι Ἀχαιῶν
νίκων, ὁππότε κοῦροι ἐρίσσειαν περὶ μύθων·
ὅ σφιν ἐϋφρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν·
Ὦ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι·
οἷον δ' αὖτ' ἐξαῦτις ἀνέστη Κῆρας ἀλύξας
Ἕκτωρ. ἦ θήν μιν μάλα ἔλπετο θυμὸς ἑκάστου
χερσὶν ὑπ' Αἴαντος θανέειν Τελαμωνιάδαο.
ἀλλά τις αὖτε θεῶν ἐρύσατο καὶ ἐσάωσεν
Ἕκτορ', ὃ δὴ πολλῶν Δαναῶν ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν·

vulgo. — V. 277. τέλως Z. — V. 280. παρὰ ποσὶ H. — V. 284. ἐρίσειαν Vind. un. Eust. 1016, 18. — V. 285. ὅς σφιν ol. vulgo. — V. 287. οἷονδ' αὖτ' ἐξ. Vind. et H. — V. 290. καί γε σ. Bentl. καί ἑ σάωσιν Gerhard. coniect. lect. Apollon. 168. — V. 291. πολλῶν ἀνδρῶν Flor. —

Pane communicavit poeta hymn. Hom. 18, 39 — ὡς ἴδεν ὄψιν ἀμείλιχον, ἠΰγένειον.

V. 277. Zenodoti τέλως, ut in apodosi sola usitatum, schol. A. exagitat. At ne Aristarchum quidem, criticum doctissimum et expertae virtutis, τόφρα in simili structura improbasse annotavi supra ad v. 232. Nihilominus εἵως, libris assentientibus, teneamus oportet: id vero non ita raro adversativas, velut αὐτάρ, ἀλλά, δέ sibi habet oppositas, vid. 17, 727. 731. Herm. ad h. in Ven. 226.

V. 280. Constantiae causa Heynius cum uno libro diphthongum falso subtraxit, cf. Et. M. 652, 11. Sed idem Alterum, qui in glossa Vindobonensi interlineari: τοῖς πᾶσιν ἡσυχίως (i. e. ἡ σωτήριος, sc. ὁδὸς) ἐν τοῖς ποσὶν ἤλπισεν, ἤτοι ἐν τῷ τρέχειν, hexametrum sibi deprehendere visus est, recte coarguit erroris, vid. Eust. 1015, 40.

V. 284. Eustathii mendum eximunt meliores. Rei ipsi apte confert Both. 9, 13 sq.

V. 286. Re nova et insperata oculis oblata Homeri principes aliquoties ea utuntur sententia, vid. 13, 99. 20, 344. 21, 54, add. Od. 19, 36.

V. 287. Indignationem etiam produnt proxima, cf. 13, 633. 17, 587. 21, 57. Od. 1, 32. Sonum repetitum Vossii auribus offensae fuisse vidimus ad 13, 642.

V. 288. Scholiis a Villoisonio prave vel lectis vel descriptis Heynius in eam incidit fraudem, ut θήν schol. defendere putaret. Respicit ille ἦ, alteram enim encliticam esse ostendi ad 10, 104.

V. 290. Elegantem ac facilem Gerhardii coniecturam, vid.

ως καὶ νῦν ἔσσεσθαι ὀΐομαι· οὐ γὰρ ἄτερ γε
Ζηνὸς ἐριγδούπου πρόμος ἵσταται ὧδε μενοινῶν.
ἀλλ' ἄγεθ', ὡς ἂν ἐγὼν εἴπω, πειθώμεθα πάντες.
πληθὺν μὲν ποτὶ νῆας ἀνώξομεν ἀπονέεσθαι·
αὐτοὶ δ', ὅσσοι ἄριστοι ἐνὶ στρατῷ εὐχόμεθ' εἶναι,
στείομεν, ὥς κεν πρῶτον ἐρύξομεν ἀντιάσαντες,
δούρατ' ἀνασχόμενοι· τὸν δ' οἴω, καὶ μεμαῶτα,
θυμῷ δείσεσθαι Δαναῶν καταδῦναι ὅμιλον.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα τοῦ μάλα μὲν κλύον ἠδ' ἐπίθοντο.
οἳ μὲν ἄρ' ἀμφ' Αἴαντα καὶ Ἰδομενῆα ἄνακτα,
Τεῦκρον Μηριόνην τε, Μέγην τ', ἀτάλαντον Ἄρηϊ,
υἱμίνην ἠρυνον ἀριστῆας καλέσαντες

V. 292. *Ἔσεσθαι* Ald. sec. — V. 295. *μὲν ποτὶ* Vind. ed. schol. A. all. *δὲ ποτὶ* Etym. M. 115, 37. — V. 297. *στείομεν* Thiersch. in Gr. §. 223. 18. — Ib. *εἴ κε* Vind. ed. Eust. 1016, 46. Ald. sec. St. H. *ὥς κε* W. et nunc vulgo. — V. 301. *Αἴαντε* Z. Aristoph. Eust. 1016, 52. *οἱ* vulgo et Both. — V. 302. *Με-*

Od. 4, 864, recipiendam dicerem, nisi nomine addito pronomen melius abesset. Neque ullum eius vestigium unquam reperire licuit.

V. 296. Vid. ad 1, 91.

V. 297. Personam subiunctivi primam in ⏑⏑ω et ⏑⏑ω ⏑⏑ωμεν et ⏑⏑ομεν Aristarchum terminasse in Excurs. I. uberius exposui, unde nihil vitiosi subest. Posthac utrum εἴ κεν an ὥς κεν malueris, parum interest: cave modo, ne ν, quod Wolfio imprudenti et invito excidisse videtur, mala librariorum sedulitate adsutum censeas, vid. ad 6, 69, neque dissidet Ven.

V. 301. Singularis, cui Ven. Vindd. et alii plures adsunt, haud dubie fuit Aristarchi, qui bene sensit, mentione Aiacis utriusque facta, plerumque subiici δύω, vel simile quiddam, vid. 2, 406. 4, 285. 5, 519. 6, 436. 10, 228. 12, 265, 354. 13, 46 sq. 16, 555 sq. 17, 507, 732, 752. 18, 163. Minime igitur audiendus erit Bothius, dum dicit Olei filium eo die rem praeclare gessisse: eius enim virtus nunquam fere elanguit.

V. 302. Ut nominibus eius generis aliis conveniret *Μέγην*, circumflexum ultimae imposuit Ptolemaeus, sicuti pro duplici nominativi forma *Θάλης* et *Θαλῆς*, *φάλης* ac *φαλῆς* duplex oritur accusativus *Θάλητα*. *φάλητα*, *Θαλῆν*, *φαλῆν*: vid. schol. A. et Eust. 1016, 62. Illis autem finitima comparant alia, velut *Ἑρμῆς*, *Ποδῆν*, *Πειλῆν*. At iure, credo, Aristarchus iis adversatus est, siquidem illa e forma pleniore *Θαλέας* (vid. Buttm. in gr. ampl. §. 58. p. 232.) prognata sunt, nostro vero nominativus trisyllabus est nullus. Quare qui pro Aristarcho et eius schola, cui usus est obsequutus, pugnarunt, alia metaplasmi eius testimo-

Ἕκτορι καὶ Τρώεσσιν ἐναντίον· αὐτὰρ ὀπίσσω
ἡ πληθὺς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν ἀπονέοντο.
Τρῶες δὲ προΰτυψαν ἀολλέες· ἦρχε δ' ἄρ' Ἕκτωρ
μακρὰ βιβάς· πρόσθεν δὲ κί' αὐτοῦ Φοῖβος Ἀπόλλων
εἰμένος ὤμοιιν νεφέλην, ἔχε δ' αἰγίδα θοῦριν,
δεινήν, ἀμφιδάσειαν, ἀριπρεπέ', ἣν ἄρα χαλκεὺς
Ἥφαιστος Διὶ δῶκε φορήμεναι ἐς φόβον ἀνδρῶν·
τὴν ἄρ' ὅγ' ἐν χείρεσσιν ἔχων ἡγήσατο λαῶν.
Ἀργεῖοι δ' ὑπέμειναν ἀολλέες· ὦρτο δ' ἀϋτὴ
ὀξεῖ' ἀμφοτέρωθεν· ἀπὸ νευρῆφι δ' ὀϊστοὶ
θρῶσκον· πολλὰ δὲ δοῦρα θρασειάων ἀπὸ χειρῶν,
ἄλλα μὲν ἐν χροὶ πήγνυτ' Ἀρηϊθόων αἰζηῶν,

γῆν Ptolem. Ascalonita. — V. 303. ὑσμίνῃ Vind. quint. — V. 305. ἐπὶ V. ἀπὸ στρατοῦ ἀπιν. schol. Pindar. ad Pyth. II, 85. — V. 307. βοῶν Z. βιβῶν all. — Ib. προσθεν δ' ἐκι' αὐτου V. — V. 308. Οἰμένος Rom. — Ib. ἀσπίδα V. L. ap. Eust. 1017, 28. — V. 313. νευρῇφιν Vind. ed. et ol. vulgo. —

nia admoverunt, veluti *Μύνης ητος* et *Μύνου* Sophoclis e fragmento *Αἰχμαλωτ.* VIII, 17. apud Schneiderum, et *μύκης κητος* et *μύκου*, cf. Buttm. gr. ampl. §. 56. annot. 7. 1. Lehrs. 310.

V. 303. Vindob. quinto Homeri usus obstat, e quo *ἀρτύνειν* casum quartum sibi postulat, vid. 12, 43. 13, 152 cll. 11, 216. Od. 14, 469. Traducitur autem verbum ad omnia ea, quae arte quadam struuntur, velut *βουλὴν* 2, 55. 10, 302.

V. 305. Pindari interpretem, memoria lapsum, in viam reducunt alii, ut schol. ad Od. 3, 304. Herod. *περὶ σχημ.* in Villoison. Anecd. Gr. II, 88. Nam versus propter verbi numerum pluralem saepe excitatur, vid. Matth. gr. Gr. §. 302.

V. 306. Vid. 13, 136. 17, 262.

V. 307. Zenodoti *βοῶν* huc irruit ex Il. 2, 224., ubi Thersites vociferando turbas excitat. Aristarcho probabiliter concedi *βιβάς*, nec *βιβῶν*, dixi ad 7, 213. 13, 371.

V. 308. Typothetae incuria vulnus inflixit Romanae; *ἀσπίδα* vero, cuius meminit Eust., pro glossa erit habendum.

V. 309. Adiectivorum horum et tenorem et originem in disceptationem vocarunt grammatici, dum alii, ut Alexio et Ptolemaeus ea *σύνθετα* censuerunt, alii ad *παραγώγετα* melius referunt, vid. Lobeck. Pareg. ad Phryn. 538. Clausulam versus et exordium sequentis schol. ad Od. 3, 432. commemoravit.

V. 312. Vid. 5, 498.

V. 313. Literae subscriptae falsae non minus quam inutili resistunt doctiores, vid. ad 8, 300. Eustathio, a quo abest, eam demum adiecerunt Lipsienses, cf. 1017, 42.

Digitized by Google

πολλὰ δὲ καὶ μεσσηγύ, πάρος χρόα λευκὸν ἐπαυρεῖν,
ἐν γαίῃ ἵσταντο λιλαιόμενα χροὸς ἆσαι.
ὅφρα μὲν αἰγίδα χερσὶν ἔχ' ἀτρέμα Φοῖβος Ἀπόλλων,
τόφρα μάλ' ἀμφοτέρων βέλε' ἤπτετο, πίπτε δὲ λαός·
320 αὐτὰρ ἐπεὶ κατ' ἐνῶπα ἰδὼν Δαναῶν ταχυπώλων
σεῖσ', ἐπὶ δ' αὐτὸς ἄϋσε μάλα μέγα, τοῖσι δὲ θυμὸν
ἐν στήθεσσιν ἔθελξε, λάθοντο δὲ θούριδος ἀλκῆς.
οἳ δ', ὥςτ' ἠὲ βοῶν ἀγέλην ἢ πῶϋ μέγ' οἰῶν
θῆρε δύω κλονέωσι μελαίνης νυκτὸς ἀμολγῷ
325 ἐλθόντ' ἐξαπίνης, σημάντορος οὐ παρεόντος·
ὣς ἐφόβηθεν Ἀχαιοὶ ἀνάλκιδες· ἐν γὰρ Ἀπόλλων

V. 316. χρόα καλὸν Vind. ed. ol. vulgo et H. — V. 320. κατενῶπα ol. vulgo et H. κατένωπα W. Both. et nunc vulgo. — V. 322. ἔθελξε, φόβου δ' ἐμνήσατο Ἕκτωρ Galen. de Hippocr.

V. 316. Sine causa variant libri et editores, vid. ad 11, 571.

V. 318. Ἀτρέμα, utpote a verbo ortum, ad aliorum similitudinem in vocalem desinere grammatici tradunt, cf. Etym. M. 165, 22. Apoll. de adv. 562. 10. Nihilominus ἀτρέμας crebrius reperitur apud Homerum et epicos, vid. 2, 200. 5, 524. 13, 280, 438, 557. 14, 352. 15, 200. Od. 13, 92. 19, 212. Contrarium Eust. 1017, 60. docet hisce: τὸ δὲ ἀτρέμα ἰδοὺ ἐνταῦθα δίχα τοῦ ᾱ κεῖται διὰ μέτρου. E tragicis Euripides in Or. 232. Bacch. 1070. ἀτρέμα offert.

V. 319. Vide ad 8, 68.

V. 320. Veterum controversias dilucide explanavit schol. A.: κατενωπα· Ἀρίσταρχος ὡς κατὰ δῶμα, ἀπ' εὐθείας τῆς ὤψ, ἥτις αἰτιατικὴν ἔχει τὴν ὦπα· ὁ δὲ Ἀλέξιων καὶ οἱ πλείονς ὡς κατέναντα, οἷς καὶ βέλτιον πείθεσθαι, ἵνα ᾖ ἀπὸ τοῦ κατενώπια κατὰ συγκοπὴν κωτένωπα, ὡς μηρία μῆρα, σιτία σῖτα. ἔνεστι μέντοι βοηθῆσαι καὶ Ἀριστάρχῳ οὕτως, ὡς ἐνωπὴ ἡ πρόσοψις („ὡς εἴ τι κακὸν ῥέζουσαν ἐνωπῇ" Il. 5, 374.), παρ' ἣν ἐστιν αἰτιατικὴ ἐνωπήν. ὃν νῦν τρόπον τὴν ἰωκὴν ἰῶκα εἶπε μεταπλάσας, οὕτω καὶ τὴν ἐνώπην ἐνῶπα περισπωμένως, add. scholl. BLV. Eust. 1017, 61. Etym. M. 344, 55. 496, 7. Gud. 307, 26. Hesych. II, 196. Suid. II, 274. Zon. II, 1157. Herodiano et Alexioni assentiuntur fere alii, unde κατένωπα vel κατενῶπα ad libros et editiones Homeri permanavit. Posterius ex utroque conflatum ab Aristarchi decreto non minus quam ab aliorum praeceptis abhorret, syncopa autem iure meritoque suspecta fuit Heynio. Nam quae congrua censent, ex nominativo duplici sunt instructa: κατέναντα vero ab adverbiis ἄντα et ἐναντα ducit stirpem. Quibus rationibus impulsus tritum illud ac vulgare ut barbarum reiicit Lehrs. de Arist. stud. Hom. 311. Sed si Etymologico aliisque, quibus congruit Phavor. 1016. 25., fidem habemus, Aristarchum κατ' ἐνῶπα ut κατὰ δῶμα de-

ἦκε φόβον, Τρωσὶν δὲ καὶ Ἕκτορι κῦδος ὄπαζεν.
Ἔνθα δ' ἀνὴρ ἕλεν ἄνδρα, κεδασθείσης ὑσμίνης.
Ἕκτωρ μὲν Στιχίον τε καὶ Ἀρκεσίλαον ἔπεφνεν,
τὸν μὲν Βοιωτῶν ἡγήτορα χαλκοχιτώνων,
τὸν δὲ Μενεσθῆος μεγαθύμου πιστὸν ἑταῖρον.
Αἰνείας δὲ Μέδοντα καὶ Ἴασον ἐξενάριξεν·
ἤτοι ὁ μὲν νόθος υἱὸς Ὀϊλῆος θείοιο
ἔσκε, Μέδων, Αἴαντος ἀδελφεός· αὐτὰρ ἔναιεν
ἐν Φυλάκῃ γαίης ἄπο πατρίδος, ἄνδρα κατακτάς,
γνωτὸν μητρυιῆς Ἐριώπιδος, ἣν ἔχ' Ὀϊλεύς·
Ἴασος αὖτ' ἀρχὸς μὲν Ἀθηναίων ἐτέτυκτο,

et Plat. placit. III, 2., male. — V. 324. κλονέουσι Vind. ed. Eust. 1018, 6. et ol. vulgo. — V. 327. θῆκε φόβον Vind. un. — V. 328. ἔνθα ἀνὴρ sive ἔνθ' ἀνὴρ editt. antiquiss. ἐνθάδ' ἀν.

disse sequitur. Ei vero et nomen ἐνωπή, vid. 21, 510., et frequenter dictum εἰς ὦπα ἰδέσθαι, cf. ad v. 147., praesidio sunt. Adverbia illa καταῦθι, ἐσαῦθις, ἀποτηλοῦ, quibus Lehrsius nititur, vel ipsa dubia, vel nostri dissimilia.

V. 322. Recte et poetae convenienter profertur a schol. ad Od. 9, 97.

V. 324. Subiunctivum comparando aptum Ven. Harl. et alii suppeditarunt. Activum κλονέειν idem plane est ac φοβέειν, in fugam vertere, vid. 5, 97. 11, 496. 14, 14. 15, 7. κλονέεσθαι vero et in fugam inclinari et manus conserere sive acie confligere significat, vid. 5, 93. cll. 4, 302. 5, 8. 15, 448. 16, 285.

V. 325. Translulit schol. ad Od. 17, 21. add. Apoll. in Lex. 170, 600. Homero convenit Apoll. in Arg. 1, 335.

V. 328. Particulam et vocalium concursus et sententia sibi flagitat, vid. 16, 306.

V. 330. Arcesilaum Boeotorum ducem, Stichium Menesthei esse sodalem prudenter admonuit schol. Ven. Eustath. 1018, 36., aliis, ut videtur, obsequutus, rem pervertit, vid. 2, 195. 13, 195, 691.

V. 333 sq. Adfuerunt eadem in Il. 13, 693 sqq. Quo cognito, Köppenius haec e nostro loco temere illuc traducta esse coniicit. Nemo vero criticorum antiquorum eo offensus est, nec poeta nonnisi eorum, qui interficiuntur, genus solet edere.

V. 337. Spohnii dubitationi, qui Iasum et Stichium una cum Menestheo Atheniensibus praefuisse miratur, de agr. Troi. p. 24., schol. Victor. occurrit hisce: τῶν τὴν δευτέραν ἡγεμονίαν ἐχόντων. Ut enim libr. 2, 648. Achillis solus Myrmidonum imperator dicitur, etsi quinque alii singulis eorum turmis praeessent, vid. 16, 168 sqq., similiter Atheniensibus praeter Menestheum, penes quem rerum summa erat, sui fuerunt praefecti et militum tribuni.

υἱὸς δὲ Σφήλοιο καλέσκετο Βουκολίδαο.
Μηκιστῆ δ' ἔλε Πουλυδάμας, Ἔχιον δὲ Πολίτης
πρώτῃ ἐν ὑσμίνῃ, Κλονίον δ' ἕλε δῖος Ἀγήνωρ.
Δηΐοχον δὲ Πάρις βάλε νείατον ὦμον ὄπισθεν
φεύγοντ' ἐν προμάχοισι, διαπρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσεν.
Ὄφρ' οἱ τοὺς ἐνάριζον ἄπ' ἔντεα, τόφρα δ' Ἀχαιοὶ
τάφρῳ καὶ σκολόπεσσιν ἐνιπλήξαντες ὀρυκτῇ
ἔνθα καὶ ἔνθα φέβοντο, δύοντο δὲ τεῖχος ἀνάγκῃ.
Ἕκτωρ δὲ Τρώεσσιν ἐκέκλετο μακρὸν ἄϋσας·
Νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι, ἐᾶν δ' ἔναρα βροτόεντα·

Ald. sec. — V. 338. Σφήλου καλείσκετο Barnes. — V. 339. Μηκιστήν Ald. sec. et antiqq. — V. 341. Δηΐλοχον Vind. quint. — V. 342. φ. ἐν πυμάτοισι V. L. ap. schol. A. — V. 347. ἐπεσσεύεσθον Z. — V. 348. ἀπάνευθε θεῶν Lips. schol., male. — Ib. ἐθέλοντα νοήσω Longin. de sublimit. c. 27. ἐτέρωσε v.

V. 338. Σφηλὸς alii oxytonum habuisse videntur, unde Herodiani canonem de tenore nominum bisyllaborum in ῆλος exeuntium adscripserunt schol. A. et Eust. 1018, 61., add. Arcad. de acc. 52, 29. cll. 53, 1. Imperfectum poeticum a verbis puris in ἐω desinentibus repetitum pro metri commoditate ἔεσκον et ἔσκον sonare post Clarkium ad nostrum locum probavit Thiersch. in gr. Gr. §. 210. 22. a.

V. 339. *Μηκιστῆ*, sive ex apocopa sive e synaloepha Dorica fuerit prognatum, verum existimant schol. A. et Eust. 1018, 64., eique congrua dicunt Il. 4, 384 *Τυδῆ*, Od. 19, 136 *Ὀδυσῆ*, vid. schol. ad Od. l. all. Matth. in gr. Gr. §. 83. a. annot. 3. et Thiersch. §. 194. 46. d.

V. 342. Orationis ambiguitas, qua *ἐν προμάχοις* et ad caedentem et ad caesum possis referre, coniecturae ineptae dedit occasionem. Parin autem inter extremos Troum ordines latentem non interfecisse hostem fugientem sua sponte apparet. Quare iungenda sunt *ἔβαλεν ἐν προμάχοισι*, ut alios inter primores pugnam cientes ab hostibus percussos scimus, vid. 18, 456. 19, 414. Ille vero Deiochus, fugae salutem petiturus, a tergo hasta traiectus est, idque ex Argivis ei et Eioneo 7, 11. solis accidisse grammatici memoriae prodiderunt, vid. schol. A. et Eust. 1018, 50.

V. 343. Convenit fere 12, 195 Longe usitatius est eo *ἐξεναρίζειν*.

V. 344. Adiectivi ad nomen primum aliis interpositis relati exempla proponit Matth. in gr. Gr. §. 441. 2. c. Simillima legimus 12. 72., add. Od. 22, 469. Quo admoniti imaginem ab avibus in laqueos incidentibus repetunt, vid. Oppian. Hal. III, 117. Alibi significat irruere in aliquem, ut apud Arat. Ph. 423. Apoll. Arg. I, 1203. II, 602. Opp. Hal. V, 117. Structura autem activa obvia est apud eundem III, 1297. et in Opp. Hal.

ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἐτέρωθι νοήσω,
αὐτοῦ οἱ θάνατον μητίσομαι, οὐδέ νυ τόγε
γνωτοί τε γνωταί τε πυρὸς λελάχωσι θανόντα,
ἀλλὰ κύνες ἐρύουσι πρὸ ἄστεος ἡμετέροιο.
Ὣς εἰπὼν μάστιγι κατωμαδὸν ἤλασεν ἵππους,
κεκλόμενος Τρώεσσι κατὰ στίχας. οἱ δὲ σὺν αὐτῷ
πάντες ὁμοκλήσαντες ἔχον ἐρυσάρματας ἵππους
ἠχῇ θεσπεσίῃ· προπάροιθε δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων
ῥεῖ' ὄχθας καπέτοιο βαθείης ποσσὶν ἐρείπων

Script. de vit. et poes. Hom. p. 310. ed. Gal. — V. 349. *μητίσσομαι* ol. vulgo. — V. 351. *ἐρύσσουσι* Both. — V. 352. *κατ' ὠμαδόν* Vind. ed. — V. 353. *ἐπὶ στίχας* V. all. Eust. 1019, 28. Rom. et H. — V. 356. *χερσὶν ἐρ.* Z. *ἐρίπων* V. Lips. all. —

III, 480. At in eiusdem carminis II, 308. ne Schneiderus pravam intulerit emendationem, vereor.

V. 346 sq. Veteres priora cum antecedentibus consociando Hectoris adhortationem a versu demum 348 ordiuntur, ut subito transeat poeta a narrando ad verba, quibus Troum dux suos accendit, vid. schol. A. Longin. et Pseudoplut. Il. all. Illis, qui vim et gravitatem hoc artificio in maius auctas dicunt, album calculum adiiciunt Heynius et Matth. in gr. Gr. §. 529. 5. p. 1030., at ratio, qua, Wolfio praeeunte, utimur, et Zenodoto placuit neque ignota fuit schol. A. Infinitivos autem pro imperandi modo poni nemo nescit. Nec satis praesidii grammaticorum decretis ferat Nestoris oratio, nostrae valde similis, Il. 4, 302 sqq.

V. 348. Grammatici passim a poetae manu recedentes vel Il. 2, 391. confuderunt, vel librariorum manu sunt depravati. Prius etiam in Aristotel. de mor. III, 10. cadit, dum ita recitat: *ὃν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης πτώσσοντα νοήσω*, cui subiungit Il. 2, 393. Quum enim res ad navium stationem agatur, vulgatum nulla indigere emendatione liquet.

V. 351. Futurum *ἐρύουσι* post Barnesium in suspicionem adduxit Bothius, non grammaticis, ut opinatur, sed optimis quibusque libris adversatus, vid. ad 11, 454. 22, 67. Buttm. in gr. ampl. §. 95. annot. 17. Apoll. Lex. 304 *ἐρύουσι, ἀντὶ τοῦ ἐρύσωσι*, leg. *ἐρύσσουσι*.

V. 352. Vid. ad 23, 500.

V. 353. Praepositionem pro more suo variarunt grammatici, vid. ad 11, 91. cll. v. 460. 13, 332.

V. 356. Schol. A. contra Zenodotum disserit hisce: *εὐλογώτερον δὲ μὴ κατακύπτειν τὸν θεόν, ἀλλὰ τοῖς ποσὶν συγχεῖν.* Ib. *ἐρίπτων* schol. Ven. ad 14, 15. habet; *ἐρειπὼν* fuit in editt. antiquioribus. Vindd. cum aliis recte tuentur praesens, vid. ad 12, 251.

ἐς μέσσον κατέβαλλε· γεφύρωσεν δὲ κέλευθον
μακρὴν ἠδ' εὐρεῖαν, ὅσον τ' ἐπὶ δουρὸς ἐρωὴ
γίγνεται, ὁππότ' ἀνὴρ σθένεος πειρώμενος ἵησιν.
τῇ ῥ' οἵγε προχέοντο φαλαγγηδόν, πρὸ δ' Ἀπόλλων,
αἰγίδ' ἔχων ἐρίτιμον· ἔρειπε δὲ τεῖχος Ἀχαιῶν
ῥεῖα μάλ', ὡς ὅτε τις ψάμαθον παῖς ἄγχι θαλάσσης,
ὅστ' ἐπεὶ οὖν ποιήσῃ ἀθύρματα νηπιέῃσιν,
ἂψ αὖτις συνέχευε ποσὶν καὶ χερσὶν ἀθύρων·
ὣς ῥα σύ, ἥϊε Φοῖβε, πολὺν κάματον καὶ ὀϊζὺν
σύγχεας Ἀργείων, αὐτοῖσι δὲ φύζαν ἐνῶρσας.
Ὣς οἱ μὲν παρὰ νηυσὶν ἐρητύοντο μένοντες,

V. 350. εἶσι Flor. ἧσει Ald. sec. Eust. 1019, 37. et ol. vulgo. — V. 361. ἔργασε δὲ τ. Vind. quint., male. — V. 362. πάϊς Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 363. ποιήσει id. Eust. 1019, 41. et

V. 357. Vid. Etym. M. 229, 13. Apoll. Lex. 203.

V. 358. Fuere qui frustra desiderarent ὅσον γ' ἐπὶ δ. ἐρ., vid. Excurs. XX. §. 2. et Herodot. I, 126. III, 5, 30 alibi.

V. 359. Subiunctivum ex cogitatione suspensum Homero reddi iubent Ven. scholl. AB., testes locupletes, cf. 16, 590.

V. 360. Interpunctio post tempus duodevicesimum collocata schol. Venet. merito videtur notanda, vid. Wolf. praef. ed. nov. p. LXXXI. Accensendus igitur erit hic versus exemplis a Gerhardio in Lect. Apollon. 221 collectis. Imaginem ab undarum copia et celeritate sumptam Homericis advocatis explicat Etym. M. 819, 32.

V. 363. Nec modus nec tempus ubique congruit. Futuri Indicativum olim absurde retentum Ven. Harl. aliorumque, quibus Apollon. in Lex. 51. accedit, suffragiis expulerunt editores nuperrimi. Subiunctivum aoristi, ut rei adventui adstrictum, melius quadrare non negaverim, vid. Hermann. in Opusc. II, 45. et ad Viger. 929. Reisig. not. crit. ad Soph. OC. 1223. et Rost. grammat. §. 121. 5. 1. Quorum iudicio erit standum, nec desiderabimus vel optativum, qui Heynio se obtulit, neque aoristi indicativum a Thierschio excogitatum in gr. Gr. §. 324. 4.

V. 364. Apollon. in Lexic. 50.: ἀθύρει, παίζει, καὶ ἀθύρματα, παίγνια· ἐν τῇ ο ῥαψῳδίᾳ τῆς Ἰλιάδος. Quibus impulsus Tollius ἀθύρει vel olim obtinuisse vel certe grammatico lectum esse divinat. At propius verum est Apollonium aut infinitivum habuisse aut aliud alius dictum respexisse, vid. Zon. I, 62. Suid. I, 75. et grammat. in Bekker. anecd. Gr. I, 350. 6., quos Etym. M. 26, 11. Hesych. I, 132. Phavor. 54, 12. a Tollio allatis oppono. Praeterea ἀθύρων et sensui maxime convenit, neque a grammaticis ignoratur, vid. Bekk. anecd. I, 350. 11. Ne quis autem id cum nominibus superioribus iungeret, facere

ἀλλήλοισί τε κεκλόμενοι καὶ πᾶσι θεοῖσιν
χεῖρας ἀνίσχοντες μεγάλ' εὐχετόωντο ἕκαστος·
Νέστωρ αὖτε μάλιστα Γερήνιος, οὖρος Ἀχαιῶν,
εὔχετο χεῖρ' ὀρέγων εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα·
Ζεῦ πάτερ, εἴποτέ τίς τοι ἐν Ἄργεϊ περ πολυπύρῳ
ἢ βοὸς ἢ ὄϊος κατὰ πίονα μηρία καίων
εὔχετο νοστῆσαι, σὺ δ' ὑπέσχεο καὶ κατένευσας·
τῶν μνῆσαι, καὶ ἄμυνον, Ὀλύμπιε, νηλεὲς ἦμαρ·
μηδ' οὕτω Τρώεσσιν ἔα δάμνασθαι Ἀχαιούς.
Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος· μέγα δ' ἔκτυπε μητίετα Ζεὺς
ἀράων ἀΐων Νηληϊάδαο γέροντος.

ol. vulgo. — V. 364. ἀθύρει Tollii coniectur. — V. 365. ἧῖε Ar. — V. 369. ἀναισχόντες schol. ad Aeschyl. sept. c. Th. 177. — V. 370. Νέστωρ δ' αὖτε Vind. un. et Both. — V. 377. μέγα δ' ἴκλυε Z. —

qui virgulam interponerent, a Wolfio recte sublatam. Ceterum vox illa, sicut nostra et Romanorum ludere, longissime patet, vid. hymn. Hom. in Merc. 172. 485. hymn. 18, 11. Apoll. Rh. III, 949.

V. 365. Ut alios, velut Cratetem, qui Apollinem vel cum Paeone vel cum Sole commiscuerunt, refutaret, Aristarchus spiritum asperum appinxit, testificatus deum ita appellari ab arte sagittandi, cognomenque a verbo ἵέναι esse sumptum. Alii enim a morborum cura (ἀπὸ τῆς ἰάσεως), alii a procedendo (ἀπὸ τοῦ ἰέναι), alii denique ab interiectione ἰή, unde ἰήϊον Bacchum non minus quam Apollinem nominari tradunt, originem repetendam putarunt, vid. scholl. AB LV. Eust. 1020, 17. Etym. M. 423, 35. 469, 41. Orion. 75, 26. 78, 19., qui, quum Homeri versum ob oculos habuerint, e multis erant commemorandi. Sed Aristarcho Eust. l. all. et 151, 16., et scholl. AB. de spiritu obloquuntur, regula Herodiani, ut puto, freti, qua vocali subsequente spiritus asper vocali ῆ derogatur. Scribunt enim Graeci ἠΰς, ἠΰτε, ἠώς, ἧῖα et similia similiter. Nostra aetate, quod ipse olim conieceram, ἧῖος ab adiectivo ἠΰς nonnulli deducendum iudicarunt, vid. Frank. ad hymn. in Apoll. Del. 120.

V. 369. Structurae asperitatem quomodo evitemus, dixi ad 8, 345., vid. Herm. ad hymn. in Cer. 153.

V. 370. Adversativae, qua Venet. et optimi carent, Vind. unus leve profecto praesidium fert, vid. ad 7, 346. Neque ad eam comprobandam idoneis exemplis usus est Bothius.

V. 377. Iove Nestoris preces non exaudiente, sed Graecis repugnante, Zenodoteum ineptum existimat scholiasta A. Illud autem minus certum et exploratum esse Heynius observat, etsi Troianis, prodigii causam nescientibus, Graecorum cladem eo portendi visum est, cf. Eust. 1020, 47.

Τρῶες δ' ὡς ἐπύθοντο Διὸς κτύπον αἰγιόχοιο,
μᾶλλον ἐπ' Ἀργείοισι θόρον, μνήσαντο δὲ χάρμης.
οἱ δ', ὥστε μέγα κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο
νηὸς ὑπὲρ τοίχων καταβήσεται, ὁππότ' ἐπείγῃ
ἶς ἀνέμου· ἦ γάρ τε μάλιστά γε κύματ' ὀφέλλει·
ὣς Τρῶες μεγάλῃ ἰαχῇ κατὰ τεῖχος ἔβαινον,
ἵππους δ' εἰσελάσαντες ἐπὶ πρύμνῃσι μάχοντο
ἔγχεσιν ἀμφιγύοις αὐτοσχεδόν· οἱ μὲν ἀφ' ἵππων,
οἱ δ' ἀπὸ νηῶν ὕψι μελαινάων ἐπιβάντες
μακροῖσι ξυστοῖσι, τά ῥά σφ' ἐπὶ νηυσὶν ἔκειτο
ναύμαχα, κολλήεντα, κατὰ στόμα εἰμένα χαλκῷ.

V. 379. *Διὸς νόον* ol. vulgo et H. — V. 382. *ἐπείγει* Vind. 1021, 11. — V. 386. *ἀμφιγύασιν* ol. vulgo. — V. 387. *ὑψιμελαινάων* ol. vulgo. — Ib. *ἀποβάντες* Ambros. — V. 389. *ναυμάχα* alii, ut videtur. — Ib. *ιμεναχαλκον.* Ambros. — V. 391.

V. 379. Miror, quod Ernestius et Vossius ad hymn. in Cer. 3. *κτύπον* e glossa natum autumant. Troas enim Iovis mentem audire et cognoscere minus potuisse intelligitur. Nomen autem *κτύπος* de equorum strepitu, pugnantium tumultu et similibus dictum, vid. 10, 535. 12, 338. 17, 175. 19, 363. 20, 66. Od. 16, 6. 19, 444. 21, 237, 383., ad tonitru eo facilius transferri potuit, quo crebrius verbum eidem est aptum, ut 7, 479. 8, 75. 17, 595. Od. 21, 413. Huc accedit, quod *κτύπος* Ven. Harl. Vind. quint. Ambros. et plurimorum est.

V. 380. Integrum versum habuimus 8, 252. 14, 441., hemistichium posterius 4, 222.

V. 382. Structuram in comparationibus liberiorem, cuius exempla sunt plurima, in Excurs. XXVI. pertractabo.

V. 385 sq. Veterum nonnulli, quorum principem Aristarchum fuisse scholl. BLV. tradunt, genus pugnae novum et callide excogitatum a Troianis tentari statuunt. Ut enim cum Achivis in navium tabulata egressis aequo concurrerent Marte, Troas, equis in urbem versis et aurigarum curae demandatis, horum terga et equos protegentes pugnam movisse volunt. Hinc factum esse addunt, ut Cliti, Polydamantis socii, cervici Teucri sagitta infigeretur v. 451. Eam vero aciem et summa difficultate proeliantes implicaturam, nec poetam, si quid eiusmodi acciderit, id silentio pressurum fuisse vere obiicit Eust. 1021, 29 sqq. add. scholl. ad v. 449. His igitur de causis et illorum opinionem falsam crediderim, nec quinque versus, ut diasceuastarum augmentum, reiecerim. Troes enim, qui antea, Polydamante auctore, pedites in Graecorum naves 12, 80 sqq. impetum fecerunt, via lata et ampla Apollinis beneficio strata, curribus vecti hostibus cedentibus instant et ad naves appropinguant. Neque aliud quidquam significat *ἀφ' ἵππων μάχεσθαι*, vid. 4, 306. 5, 13. Od. 9, 49. Hes. Scut. 456. Multos vero Troianorum postea curribus relictis rem cominus gessisse et Hector cum Aiace congressus v. 415., et Pa-

Πάτροκλος δ', εἴως μὲν Ἀχαιοί τε Τρῶές τε
τείχεος ἀμφεμάχοντο θοάων ἔκτοθι νηῶν,
τόφρ' ὅγ' ἐνὶ κλισίῃ ἀγαπήνορος Εὐρυπύλοιο
ἧστό τε, καὶ τὸν ἔτερπε λόγοις, ἐπὶ δ' ἕλκεϊ λυγρῷ
φάρμακ' ἀκέσματ' ἔπασσε μελαινάων ὀδυνάων.
αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῖχος ἐπεσσυμένους ἐνόησεν
Τρῶας, ἀτὰρ Δαναῶν γένετο ἰαχή τε φόβος τε,
ὤμωξέν τ' ἄρ' ἔπειτα, καὶ ὣ πεπλήγετο μηρὼ
χερσὶ καταπρηνέσσ', ὀλοφυρόμενος δ' ἔπος ηὔδα·
Εὐρύπυλ', οὐκέτι τοι δύναμαι, χατέοντί περ ἔμπης,
ἐνθάδε παρμενέμεν· δὴ γὰρ μέγα νεῖκος ὄρωρεν·

ἀμφ' ἐμ. V. — V. 394. ἀκήματα π. coni. Both. ἀκήματ' ἔπ. vulgo et W. — V. 396. γίνετ' ἰαχὴ editt. antiquiss. γίνετο ἰ. Ald. sec. γένετ' ἰαχὴ Rom. et Eust. 1021, 62. — V. 397. ἐπεπλήγ. Vind. quint., vid. ad v. 113. —

lydamas equorum fugam sistens v. 454. et alia sunt indicio Paullo aliter dubitationes oblatas removendas putarunt alii, quemadmodum ex Ambrosiano, in quo, Maio teste (vid. Buttmann. schol. ad Od. p. 593.) fuit ἀποβάντες, licet coniicere. Hi igitur pugnam, de qua nunc agitur, inter munimenta et naves commissam existimarunt, vid. ad v. 651. Versu 386. numerorum vitium emendant libri, iidemque cum Eust. 1021, 23. recte distinguunt ὕψ. μελαιν.

V. 389. Proparoxytonum esse ναύμαχα schol. A. et Eust. 1021, 39. tradunt, add. Etym. M. 526, 11. Polluc. I, 137. Heroum tempore num proelia navalia fuerint in usu, quaesiverunt. Eustath., ut plerumque fit, Minoem, Cretae regem, primum rem navalem et classes instruxisse auctor est 1021, 48. Neque Homerus naves vel ad belli expeditiones vel ad praedas agendas apparatas ignorat, vid. Il. 9, 328. Od. 9, 252. 14, 230. 8, 71. ibique Nitzschium.

V. 392. Apollonii glossa in Lex. 30. v. Ἀγαπήνορα non ad nostrum locum, sed ad Il. 13, 756. spectat. Quo minus perspecto et Villoison. ἀγαπήνορος grammatico obtrudit, nec Bekker. rem melius instituit.

V. 393. Nomen λόγος Homero inferius habitum ab Eust. ad Il. Z. 633, 42. et Thom. Magistr. 74, 10. ex editione Ritschel., nonnisi bis, semel in Iliade et semel in Odyss. 1, 86. reperiri schol. A. observat. Illi vero negant λόγον, numero singulari positum, orationem scriptam apud poetam declarare.

V. 394. Bothio numerorum incessus languidior est visus: at dactylis duobus vel minor est gratia. Neque Apollonii Lex. 72. ei accinit: habet enim φάρμακ' ἀκήματα ἔπασσε μ. ὀ. Insuper schol. A. praecipit: ἓν τισιν ἀκέσματ'. οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος. Vocalis autem brevis aliis exemplis sustentatur, vid. 16, 523. Od. 10, 69. Il. 21, 143. 13, 115. Apoll. Rh. II, 512.

V. 396. Codicum manum primus instauravit Stephanus, cf. 4, 456. 12, 144. 16, 366.

ἀλλὰ σὲ μὲν θεράπων ποτιτερπέτω· αὐτὰρ ἔγωγε
σπεύσομαι εἰς Ἀχιλῆα, ἵν' ὀτρύνω πολεμίζειν.
τίς δ' οἶδ', εἴ κέν οἱ σὺν δαίμονι θυμὸν ὀρίνω
παρειπών; ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου.
Τὸν μὲν ἄρ' ὣς εἰπόντα πόδες φέρον· αὐτὰρ Ἀχαιοὶ
Τρῶας ἐπερχομένους μένον ἔμπεδον, οὐδ' ἐδύναντο
παυροτέρους περ ἐόντας ἀπώσασθαι παρὰ νηῶν·
οὐδέ ποτε Τρῶες Δαναῶν ἐδύναντο φάλαγγας
ῥηξάμενοι κλισίῃσι μιγήμεναι οὐδὲ νέεσσιν.
ἀλλ' ὥστε στάθμη δόρυ νήϊον ἐξιθύνει
τέκτονος ἐν παλάμῃσι δαήμονος, ὅς ῥά τε πάσης
εὖ εἰδῇ σοφίης ὑποθημοσύνῃσιν Ἀθήνης·
ὣς μὲν τῶν ἐπὶ ἶσα μάχη τέτατο πτόλεμός τε·
ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο νέεσσιν.
Ἕκτωρ δ' ἄντ' Αἴαντος ἐείσατο κυδαλίμοιο.
τὼ δὲ μιῆς περὶ νηὸς ἔχον πόνον, οὐδ' ἐδύναντο,

V. 401. ποτιτέρπετο schol. ad Od. 19, 457., male. — V. 406. οὐδὲ δύν. V. H. et ol. vulg. — V. 408. οὔτε ποτὲ Vind. ed. Ald. sec. W. — V. 409. ἠδὲ νέεσσιν V. L. ap. schol. A. et Eust. 1022, 39. W. et Both. — V. 410. ἐξιθύνῃ schol. brev. — V. 415. ἀντ' Αἴαντος Vind. ed. Ern. H. — V. 416. οὐδὲ δύ-

V. 401. Verbum ποτιτερπέτω, ut ἅπαξ εἰρημένον, notetur.

V. 403. Cf. ad 11, 792.

V. 405. Cf. 18, 148. 6, 511., ubi Zenodotum errasse nostra docent. Vide Schol. A.

V. 408 sq. Libri plerique et praestantissimi οὐδέ ποτε, velut V. Vind. quint., tuentur. Quo probato in versu proximo οὐδὲ νέεσσιν cum iisdem reponamus oportebit. Dicit enim poeta Troianos, maxima vi irrumpentes, neque ad naves, quae in vicinia erant, nedum ad tentoria magis remota perrumpere potuisse, vid. nostris finitima Il. 24, 25 sq. Od. 12, 75.

V. 410. Schol. brevem, dum ἐξιθύνῃ ἴσον ποιεῖ, ὀρθοῖ reddit, nihil diversi habuisse manifesto patet. Indicativi autem comparando apti rationem reddit Hermann. in Opusc. II, 43 sqq. Verbum simplex opificum et fabrorum, tigna et trabes ad amussim exigentium, proprium est, cf. Od. 5, 245. 17, 341. 21, 44, 121. 23, 197. Compositum vero, nonnisi semel apud Homerum obvium, ad Tiphyn, Argus gubernacula dextre et scienter regentem, transtulit Apollon. Arg. I, 562.

V. 412. Nomen σοφίην hoc uno loco lectum in Commentario explicabo. Postrema recurrunt in Od. 16, 233. et apud Apoll. Arg. I, 19.

V. 413. Vid. 12, 436.

Digitized by Google

οὔθ' ὃ τὸν ἐξελάσαι καὶ ἐνιπρῆσαι πυρὶ νῆας,
οὔθ' ὃ τὸν ἄψ ὤσασθαι, ἐπεί ῥ' ἐπέλασσέ γε δαίμων.
ἔνθ' υἱὰ Κλυτίοιο Καλήτορα φαίδιμος Αἴας
πῦρ ἐς νῆα φέροντα κατὰ στῆθος βάλε δουρί.
δούπησεν δὲ πεσών, δαλὸς δέ οἱ ἔκπεσε χειρός.
Ἕκτωρ δ' ὡς ἐνόησεν ἀνεψιὸν ὀφθαλμοῖσιν
ἐν κονίῃσι πεσόντα νεὸς προπάροιθε μελαίνης,
Τρωσί τε καὶ Λυκίοισιν ἐκέκλετο μακρὸν ἀΰσας·
Τρῶες καὶ Λύκιοι καὶ Δάρδανοι ἀγχιμαχηταί,
μὴ δή πω χάζεσθε μάχης ἐν στείνεϊ τῷδε·
ἀλλ' υἱὰ Κλυτίοιο σαώσατε, μή μιν Ἀχαιοὶ
τεύχεα συλήσωσι, νεῶν ἐν ἀγῶνι πεσόντα.
Ὣς εἰπὼν Αἴαντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ.
τοῦ μὲν ἅμαρθ'· ὃ δ' ἔπειτα Λυκόφρονα, Μάστορος υἱόν,
Αἴαντος θεράποντα, Κυθήριον, ὅς ῥα παρ' αὐτῷ
ναῖ', ἐπεὶ ἄνδρα κατέκτα Κυθήροισι ζαθέοισιν,

ἑαντο V. Vindd. Eust. 1023, 20. H. — V. 417. νῆα H. — V. 423. νεὼς Vind. ed. et ol. vulgo. νηὸς editt. antiqq. — V. 427. Κλυτοῖο Vind. quint., male. — Ib. σαώσετε Vind. al. — V. 432. Κυθηρίοισι V. L. ap. schol. Vict. —

V. 414. Vide ad 12, 175.

V. 415. Tenorem adverbii male expulsum esse uberius demonstravi in Excurs. XVI. §. 2.

V. 417. Schol. A. Ἀρίσταρχος χωρὶς τοῦ ō γράφει νῆα, προεῖπε γὰρ „τὸ δὲ περὶ μιᾶς νηὸς ἴχον πόνον." Quibus monitis, Wolfio dissentiente in praef. ed. nov. p. XXXVII., obtemperavit Heynius, neque absonum esse videbitur, si contuleris 16, 122, 286. Protesilai enim navem esse intelligendam facile conicias. Verum, quum libri omnes contrarium sequantur, et Hector toti Achivorum classi incendium minetur, metuendum erit, ne Aristarcheum ad vers. 420. sit reiiciendum. Quam suspicionem aliqua ex parte confirmat schol. Vict. hisce: οὐ δεῖ οὖν γράφειν νῆας. ἀλλ' οὐδὲ τὸ μέτρον ἐπιδέχεται νῆας γράφειν.

V. 418. His Lycaon, mortem deprecatus, Achillem compellat 21, 93. Itaque nec Iovem neque Apollinem, ut scholl. BL. tradunt, indicabunt, neque Eustath. Hectoris virtutem deorum auxilio imminui recte censuit 1023, 29. Δαίμων enim deum Danais infestum sive calamitatem divinitus immissam significat; vid. Nitzsch. ad Od. 2, 135. et infra v. 468.

V. 423. Atticum vel e libris vilioribus, qualis Vindob. est, propagatum, vel ex emendandi pravitate subortum aufert Venetus.

τόν ῥ' ἔβαλεν κεφαλὴν ὑπὲρ οὔατος ὀξέϊ χαλκῷ
ἑσταότ' ἄγχ' Αἴαντος· ὁ δ' ὕπτιος ἐν κονίῃσιν
νηὸς ἄπο πρύμνης χαμάδις πέσε· λύντο δὲ γυῖα.
Αἴας δ' ἐρρίγησε, κασίγνητον δὲ προσηύδα·
Τεῦκρε πέπον, δὴ νῶϊν ἀπέκτατο πιστὸς ἑταῖρος,
Μαστορίδης, ὃν νωϊ Κυθηρόθεν ἔνδον ἐόντα
ἶσα φίλοισι τοκεῦσιν ἐτίομεν ἐν μεγάροισιν·
τὸν δ' Ἕκτωρ μεγάθυμος ἀπέκτανε. ποῦ νύ τοι ἰοὶ
ὠκύμορροι καὶ τόξον, ὅ τοι πόρε Φοῖβος Ἀπόλλων;
Ὣς φάθ'· ὁ δὲ ξυνέηκε· θέων δέ οἱ ἄγχι παρέστη,
τόξον ἔχων ἐν χειρὶ παλίντονον ἠδὲ φαρέτρην

V. 439. τέκεσσιν Z. — V. 441. ὃ τοῦ πόρε Ald. sec., male. — V. 444. ἰόδοκον alii, ut videtur. — Ib. βέλη ol. vulgo. — V. 445. Κλειτὸν et Ἄγλαὸν VV. LL. ap. schol. A. — V. 447. ἵππων Vindob. un. — V. 450. ἰεμένῳ Vind. ed. ol. vulgo, ἰεμένων

V. 438. Eustath. 1024, 52. τὸ δὲ Κυθηρόθεν ἔνδον ἐόντα, ἀντὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς τῆς ἐκεῖ πόλεως, οὐ μὴν ἐκ τῆς περιχώρου τῆς νήσου Κυθήρων. Repetit igitur eum fere errorem, quem ad Il. 13, 363. confutavimus. Dicit autem Aiax Lycophrona Cytherium, e patria profugum, apud Telamonem habitasse.

V. 439. Zenodotus, etsi scholl. BL. Aristarchum substituunt, τέκεσσι. Aiaci vero et Teucro in bellum proficiscentibus nullam fuisse sobolem verisimilius putant scholiastae. Nec minus apud Sophoclem Aiax Telamonius parentum memoria commovetur, vid. v 462, 846 sqq.

V. 444. Paroxytonum ἰοδόκον Alexio, cui usus paruit, scribi iussit, quod pharetra sagittas excipit, cf. Od. 21, 12, 60.

V. 445. Grammatici duplici de causa ancipites haeserunt; primum enim Κλειτόν, etsi sit oxytonum, nomen proprium ducit schol A., rectius schol. Leid. et Eust. Κλεῖτον postulant; deinde, ut prius defenderent, alii Ἄγλαὸν aurigam Polydamantis appellatum fuisse volunt, cui opinioni singulorum ordo intercedit.

V. 447. Priora alias non deprehenduntur; in fine autem versus ἵππους, cui libri omnes propemodum subsidio sunt, curruum ordinem et aciem indicare recte statuit Heynius, vid. 10, 117. 13, 556. 17, 732. 20, 377.

V. 449 et proximi duo pro spuriis sunt habiti ab Alexandrinis. Priores enim ex Il. 17, 291 sq. transfusos, postremum vulnus a tergo incussum suspectum reddere volunt, idemque ex Il. 4, 217. 13, 289. consutus videri potest. Illo autem velut fundamento iacto argumenta superstruunt alia, negando id, quod Letho Pelasgo Il. 17, 291. et Pandaro Lycio 5, 221. congruum sit, in Clitum Troianum, perniciem a patria et semet ipso repellentem, cadere. Neque apparere dicunt, cur Polydamantis auriga in hostium ordines in fugam inclinatos egerit currum. Iam Aristarchus ipse, etsi singula non sustulit, his rationibus commo-

ἰοδόκον· μάλα δ' ὦκα βέλεα Τρώεσσιν ἐφίει.
καί ῥ' ἔβαλε Κλεῖτον, Πεισήνορος ἀγλαὸν υἱόν,
Πουλυδάμαντος ἑταῖρον, ἀγαυοῦ Πανθοίδαο,
ἡνία χερσὶν ἔχοντα· ὃ μὲν πεπόνητο καθ' ἵππους·
τῇ γὰρ ἔχ', ᾗ ῥα πολὺ πλεῖσται κλονέοντο φάλαγγες,
Ἕκτορι καὶ Τρώεσσι χαριζόμενος· τάχα δ' αὐτῷ
ἦλθε κακὸν, τό οἱ οὔτις ἐρύκακεν ἱεμένων περ.
αὐχένι γάρ οἱ ὄπισθε πολύστονος ἔμπεσεν ἰός·
ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων, ὑπερώησαν δέ οἱ ἵπποι
κεἰν' ὄχεα κροτέοντες. ἄναξ δ' ἐνόησε τάχιστα
Πουλυδάμας, καὶ πρῶτος ἐναντίος ἦλυθεν ἵππων.

Townl. et Rom. — V. 451. πρόσθε πολ. Aristoph. — V. 453. κεῖν' ὄχ. Eust. 1025, 7. Rom. — Ib. κροτέοντος Vind. un. κροτέοντε et ἵππω Bentl. et H. coniect. — V. 454. ἐναντίον Vind. et ol. vulg. —

tus eos versus translatos putavit. Ad ista responderunt alii: Clitum, ut Dardanum, sociis magis quam Troianis annumerandum, Hectori gratificari; porro eius virtutem, quo fortius sine Polydamante solus moverit pugnam, quemadmodum Automedon, nullo socio assumpto, in Troum aciem equos dirigat 17, 495 sqq., eo iustius celebrari; denique, quanquam Cliti in equos conversi cervix traiici potuerit, poetam tamen totum colli ambitum appellare cervicem. Nec minus ad aciem Troum mutatam, de qua ad vers. 385. disserui, nonnulli respexerunt. His alia iam olim a me breviter disputata accedant. Ac de vulnere, quo Clitus occubuerit, similiter atque ego et veteres senserunt et Ernestius cum Dacieria; tum vero non modo de sociis, sed de iis etiam, inter quos arctior intercedit necessitudo, χαρίζεσθαι sive χάριν φέρειν dici Il. 5, 71. 9, 613. 15, 744. Od. 10, 265. demonstrant; postremo, qua plaga Clitus ceciderit, illis versibus expunctis, minus clare perspicitur, neque id ab Homero facile negligitur, vid. 5, 46, 291, 582. 8, 121, 258, 313. 13, 391. 14, 452. 16, 343. 17, 618 alibi.

V. 450. Nequidquam libri et scripti et editi a dicendi genere poetae familiari nos avertunt. Clitum enim ipsum invitum diem obiisse supremum vix erat affirmandum, sed inane sociorum studium moerorem auget. Itaque genitivum, qui 17, 292. tutus est, recte tuentur Ven. Townl. et Rom., etsi spiritus discrepat. Aristarchus, si scholiis fides est, et Eust. 1025, 9. utrumque noverunt. Nominativus ἑμενός περ, ab Ernestio propositus, sermoni Homerico repugnat.

V. 451. Aristophanem non tollendo, sed emendando scrupulum, quem in eo versu quaesiverunt, exempturum fuisse liquet.

V. 452. Accentum apud Eustathium depravatum esse admonui ad 11, 160.

V. 454. Lectio e Venet. et melioribus est mutata.

Digitized by Google

τοὺς μὲν ὅγ' Ἀστυνόῳ, Προτιάονος υἱέϊ, δῶκεν·
πολλὰ δ' ἐπώτρυνε σχεδὸν ἴσχειν εἰσορόωντα
ἵππους· αὐτὸς δ' αὖτις ἰὼν προμάχοισιν ἐμίχθη.
Τεῦκρος δ' ἄλλον ὀϊστὸν ἐφ' Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ
αἴνυτο, καί κεν ἔπαυσε μάχην ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν,
εἴ μιν ἀριστεύοντα βαλὼν ἐξείλετο θυμόν.
ἀλλ' οὐ λῆθε Διὸς πυκινὸν νόον, ὅς ῥ' ἐφύλασσεν
Ἕκτορ', ἀτὰρ Τεῦκρον Τελαμώνιον εὖχος ἀπηύρα,
ὅς οἱ ἐϋστρεφέα νευρὴν ἐν ἀμύμονι τόξῳ
ῥῆξ' ἐπὶ τῷ ἐρύοντι· παρεπλάγχθη δέ οἱ ἄλλῃ
ἰὸς χαλκοβαρής, τόξον δέ οἱ ἔκπεσε χειρός.
Τεῦκρος δ' ἐρρίγησε, κασίγνητον δὲ προσηύδα·
Ὤ πόποι, ἦ δὴ πάγχυ μάχης ἐπὶ μίδεα κείρει

V. 455. δ' Ἀστυν. Bentl. Thiersch. in gr. Gr. §. 157. 6. et al. — V. 456. ἐπότρυνε V. et Vind. un. — V. 457. αὐτὸς δ' αὖτ' ἐξαῖτις ἰὼν Vind. un. — V. 459. μάχης V. Vind. ed. Z. Eust. 1025, 14. ol. vulgo et H. — V. 462. ἀπούρα Vind. ed. — V. 463. ἐϋστροφία id. — V. 468. ὅτε V. L. ap. schol. Vict. — V.

V. 457. Vind. suum ex Il. 13, 642. minus commode arripuit, vid. 5, 134. 8, 99.

V. 459. Aristophanis et aliorum μάχην fuisse schol. A. testatur; inter eum autem et vulgare, Zenodoto probatum, hoc interest, quod Hectoris morte vel vulnere quum pugnae ad naves, tum toti fere bello finis dicitur impositus. Id acute perspexit Wolfius in praef. ed. nov. LXXVII., Vossio concinente.

V. 462. Nec votum animo conceptum nec preces, quemadmodum lexicographi et Homerici et alii autumant, εὐχος in his et similibus denotat. Synonymum enim illi est κῦδος, vid. 8, 237. 15, 595. 17, 177. Verbi formam corruptam in Vindob. in integrum restituunt Ven. et alii, eius structuram attigerunt Matth. in gr. Gr. §. 418. e. Koen. ad Greg. Cor. 94.

V. 463. Homerica sunt ἐϋστριφὴς et ἔϋστροφος, vid. Od. 9, 427. 10, 167. 21, 408. cll. Il. 13, 599, 716. Itaque Alteri librum bene emendat Vind. quintus cum aliis.

V. 464. Perperam in Vind. quint. fertur παρεπλάγχη, vid. Od. 9, 81. 20, 346., ei finitimum est Il. 8, 311 παρέσφηλεν γαρ Ἀπόλλων.

V. 468. Idem liber, dum ἡμετέρος profert, nihil in eo inesse dissimilitudinis vel tenore indicat. Pronomen ὅ τε aliis et iis idoneis confirmatur exemplis, vid. 16, 54. 17, 754.

V. 469. Apoll. in Lex. Hom. 474. non minus, quam poetae studium, in verborum etymologia conspicuum, de quo vid. ad 12, 295., favet recepto. ἐνέδησα et libri praestantissimi et Homeri consuetudo commendat, cf. 2, 111. 9, 18.

V. 470. Aristarchus πρὶν et πρῶϊον apposuit, schol. vero hoc melius iudicat illo: nam πρὶν nuper, πρώϊον, utpote

δαίμων ἡμετέρης, ὅ τε μοι βιὸν ἔκβαλε χειρός,
νευρὴν δ' ἐξέρρηξε νεόστροφον, ἣν ἐνέδησα
πρωΐον, ὄφρ' ἀνέχοιτο θαμὰ θρῴσκοντας ὀϊστούς.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα μέγας Τελαμώνιος Αἴας·
ὦ πέπον, ἀλλὰ βιὸν μὲν ἔα καὶ ταρφέας ἰοὺς
κεῖσθαι, ἐπεὶ συνέχευε θεὸς Δαναοῖσι μεγήρας.
αὐτὰρ χερσὶν ἑλὼν δολιχὸν δόρυ καὶ σάκος ὤμῳ
μάρναό τε Τρώεσσι, καὶ ἄλλους ὄρνυθι λαούς·
μὴ μὰν ἀσπουδί γε, δαμασσάμενοί περ, ἕλοιεν
νῆας ἐϋσσέλμους· ἀλλὰ μνησώμεθα χάρμης.
Ὣς φάθ'· ὁ δ' αὖ τόξον μὲν ἐνὶ κλισίῃσιν ἔθηκεν·
αὐτὰρ ὅγ' ἀμφ' ὤμοισι σάκος θέτο τετραθέλυμνον·
κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην εὐτυκτον ἔθηκεν·

469. ἐξέρρηξεν ἰὼστροφον V. L. ap. schol. A. — Ib. ἣν οἱ ἔδησα St. Ern. all. — V. 470. πρῴην Z. — V. 476. ἀσπουδεὶ Vind. ed. ol. vulgo et Both. — V. 477. μνησαίμεθα Harl. et pauci all. — V. 478. ὁ δὲ τόξον V. vulgo et W. —

ex adverbio πρωΐ deductum, pridie esse, idque convenire chordae Teucri Hectoris ictu 8, 328. perruptae, add. Etym. M. 692, 22. Eust. 1025, 37. et lexicographos. Alia fuit controversia de ι subscripto adverbiis πρῳ et πρῴην vel demendo vel adiiciendo, vid. Passov. Lexic. et Apitz. ad Soph. Trach. 613.

V. 476. Ven., ut solet, ἀσπουδὶ cum schol. A. tuetur, vid. ad 8, 512.

V. 477. Vulgare, plurimorum suffragiis innixum, certum reddit Od. 22, 78., quo simul admonemur versum medium colo recte distinxisse editores recentiores. Vis enim adhortandi particulae ἀλλὰ subest, vid. Passov. Lex. v. Koen. ad Greg. Cor. 88. et Herm. ad Vig. 812. Nulla igitur alia opus est apodosi, quam requiri putarunt inducti 8, 512. 22, 304.

V. 478. Syllaba brevis, litera tenui insequente, numeris aegre satisfacit. Recipienda ergo erat Bentl. medicina, Vindob. quinto adstipulante et Bothio praeeunte, vid. Od. 24, 408.

V. 480 sq. Horum alterum, a Veneto et longe plurimis praetermissum, Heynius ac Wolfius suppositicium iudicant. Knightius, quod sagittariis quidem nec vero eorum ducibus galeae defuerint, utrumque supervacaneum censet. Bothius contra funditoribus capitum tegumenta fuisse probabiliter colligit ex Od. 24, 231. Hes. Op. 545. et Il. 10, 257., proinde eo solo a gravis armaturae militibus illos differre vult, quod galeas cristatas et aeratas non gestarint, vid. 13, 714. Quam ob rem, ut Teucrum, casside viliore deposito, galeam firmiorem et cominus pugnantibus magis idoneam sibi sumpsisse intelligatur, neutrum horum a poeta auferendum esse consequens dicit. Non negaverim acute haec esse disputata, sed ad versum ab omni suspi-

[ἵππουριν, δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν·]
εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ·
βῆ δ' ἰέναι, μάλα δ' ὦκα θέων Αἴαντι παρέστη.
Ἕκτωρ δ' ὡς εἶδεν Τεύκρου βλαφθέντα βέλεμνα,
Τρωσί τε καὶ Λυκίοισιν ἐκέκλετο μακρὸν ἀΰσας·
Τρῶες καὶ Λύκιοι καὶ Δάρδανοι ἀγχιμαχηταί,
ἀνέρες ἔστε, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς
νῆας ἀνὰ γλαφυράς· δὴ γὰρ ἴδον ὀφθαλμοῖσιν
ἀνδρὸς ἀριστῆος Διόθεν βλαφθέντα βέλεμνα.
ῥεῖα δ' ἀρίγνωτος Διὸς ἀνδράσι γίγνεται ἀλκὴ,
ἠμὲν ὀτέοισιν κῦδος ὑπέρτερον ἐγγυαλίξῃ,
ἠδ' ὅτινας μινύθῃ τε καὶ οὐκ ἐθέλῃσιν ἀμύνειν·
ὡς νῦν Ἀργείων μινύθει μένος, ἄμμι δ' ἀρήγει.

V. 491. ὅτοισιν grammatic. pars. — ib. ἐγγυαλίξει Eust. 1026, 7. Rom. — V. 492. μινύθει id. ib. Rom. et libr. quidam. — V. 494. ἐπὶ νηυσὶ διαμπερὲς Lycurg. contra Leocr. c. 26. — Ib. εἰσόκεν ἡμέων Stob. flor. tit. XXXIX. 19, p. 227. ὔμεων V. L. ap. schol. A. — V. 497. νήπια τέκνα Lycurg. — V. 499.

cione liberandum parum valent. Primum enim quod Bothius quaerit poeta indicavit iam prioribus; deinde inter pugnae strepitum et tumultum singula quaeque accurate et plena enumerare minus conducebat; neque silentio est praetereundum Teucrum alibi, dum arcum intendit, fratris clypeo protegi, vid. 8, 266 sqq. Quare versus aliunde transscriptus videri potest, cf. ad 11, 41. et Od. 22, 123.

V. 490. Coniungere solet priora, vid. 13, 72. Od. 4, 207. 6, 108, 300.

V. 491. Quadrisyllabum mira veterum consensio tuetur, cf. scholl. AB. Eust. 1026, 41. Etym. M. 676, 83., vid. ad 13, 428. et Thiersch. in gr. Gr. §. 206. 26.

V. 492. Praeterquam quod libri Eustathio obnituntur, subiunctivo adest Apoll. de coni. 502, 20., etsi ipse cum Vind. uno μινύθῃσιν exhibet. Legerunt igitur quidam: ἠδ' ὅτινας μινύθῃσι καὶ οὐκ ἐθέλῃσιν ἀμύνειν, libris dissentientibus.

V. 494 sqq. Crates et alii veterum Homerica adolescentibus maiori ad virtutem incitamento fore quam verbosas Tyrtaei elegias iudicarunt, vid. scholl. et Eust. 1026, 24. Nec defuerunt qui et sententiarum pondus et orationis brevitatem admirati Homeri versus recitarent, velut Lycurgus sex, Stobaeus tres priores l. all. adscripserunt. Quae vero ab illis aliter dicta invenimus, ea vel levia vel inepta etiam sunt. Gravius est schol. A. praeceptum: ἡ ὑμέων ἀντωνυμία ἀπόλυτός ἐστι καὶ οὐκ ἔχουσα ἀντιδιαστολήν· διὸ τρίτη ἀπὸ τέλους ἔχει τὴν ὀξεῖαν. Ei accederem,

ἀλλὰ μάχεσθ' ἐπὶ νηυσὶν ἀολλέες· ὃς δέ κεν ὑμέων
βλήμενος ἠὲ τυπεὶς θάνατον καὶ πότμον ἐπίσπῃ,
τεθνάτω· οὔ οἱ ἀεικὲς ἀμυνομένῳ περὶ πάτρης
τεθνάμεν· ἀλλ' ἄλοχός τε σόη καὶ παῖδες ὀπίσσω,
καὶ οἶκος καὶ κλῆρος ἀκήρατος, εἴ κεν Ἀχαιοὶ
οἴχωνται σὺν νηυσὶ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.
Ὣς εἰπὼν ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου.
Αἴας δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ἐκέκλετο οἷς ἑτάροισιν·
Αἰδώς, Ἀργεῖοι· νῦν ἄρκιον ἢ ἀπολέσθαι,
ἠὲ σαωθῆναι καὶ ἀπώσασθαι κακὰ νηῶν.
ἦ ἔλπεσθ', ἢν νῆας ἕλῃ κορυθαίολος Ἕκτωρ,
ἐμβαδὸν ἴξεσθαι ἣν πατρίδα γαῖαν ἕκαστος;
ἦ οὐκ ὀτρύνοντος ἀκούετε λαὸν ἅπαντα

οἴχονται Harl. Lips. Ald. sec. et all. — V. 501. ἐκέκλ. μακρὸν ἀΰσας Lips. et un. Vind. in marg. — V. 504. ἦ ἔλπ. Eust. 1029, 4. Rom. ol. vulgo. — Ib. εἰ νῆας Vind. quint. — V. 505. γαῖαν ἅπαντες seu ποσὶ ἕκαστος Bentl. coniecturae. —

nisi aliorum verecundia me deterreret, vid. Buttmann. gr. ampl. §. 14. annot. 9. 2.

V. 496. Sententia quum minus plena atque integra esse videatur, apodosin supplendo annectere conati sunt Eust. 1026, 28. et alii. Ea carere poteris, si verba *οὔ οἱ — — — τεθνάμεν* reliquis interiecta putaveris. Quo facto, quae deinceps sequuntur cum imperativo praecedente proxime cohaerent, neque eam rationem veteribus ignotam fuisse crediderim.

V. 497. Exile et tritum *νήπια τέκνα*, quod apud Lycurgum exstat, lecto et magis recondito posthabuisse poetam scholl. BL. et Eust. 1026, 56. tradunt. Adverbio enim perpetuam quasi generis successionem declarari dicunt; recte, ut opinor, vid. 3, 160. Od. 1, 222. Idem autem praeter libros nobis testatum reliquit Apoll in Lex. 401.

V. 499. Lycurgi librarii passim aberrarunt a vero, unde *ἴχωνται* vel *ἤχωνται* olim ferebatur vitiose, cf. Bekker. III. p. 226. *Οἴχωνται* V. et Vindd. suo probant assensu; Eust., cui morem gessit Rom., cum prioribus 1026, 17. indicativum adscivit.

V. 501. Invasit libros aliquot id, quod et alias saepe et supra v. 485. adfuit.

V. 504. Aiacis ardorem augeri interrogativa apparet, unde eam, a Vindd. et aliis traditam, tum huic versui, tum v. 506. restituerunt editores novissimi.

V. 505. Nulla legendi diversitate commemorata voculam perraram plurimi illustrant veterum, cf. scholl. Eust. 1029, 51. Apoll. in Lex. 258. Etym. M. 334, 5. Illi vero in re concor-

Ἕκτορος, ὃς δὴ νῆας ἐνιπρῆσαι μενεαίνει;
οὐ μὰν ἐς γε χορὸν κέλετ' ἐλθέμεν, ἀλλὰ μάχεσθαι.
ἡμῖν δ' οὔτις τοῦδε νόος καὶ μῆτις ἀμείνων,
ἢ αὐτοσχεδίῃ μίξαι χεῖράς τε μένος τε.
βέλτερον ἢ ἀπολέσθαι ἕνα χρόνον ἠὲ βιῶναι,
ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι
ὧδ' αὖτως παρὰ νηυσὶν ὑπ' ἀνδράσι χειροτέροισιν.
Ὣς εἰπὼν ὦτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου.
ἔνθ' Ἕκτωρ μὲν ἕλε Σχεδίον, Περιμήδεος υἱόν,
ἀρχὸν Φωκήων· Αἴας δ' ἕλε Λαοδάμαντα,
ἡγεμόνα πρυλέων, Ἀντήνορος ἀγλαὸν υἱόν·

V. 507. ἐμπρῆσαι Vind. quint. — V. 508. οὐ μὴν id. — V. 510. αὐτοσχεδίην Harl. Lips. Clark. et Ern. — Ib. μῖξαι St. Rom. Eust. 1029, 10. — V. 512. στρεύεσθαι Apoll. in Lex. 618. — V. 513. ὧδ' αὖτως schol. A.

des de interpretatione varie sentiunt. Tametsi ἐμβαδὸν πεζῇ plerumque reddunt, id ipsum tamen vel ad naves combustas vel ad iter per maris fluctus pedestribus copiis tentandum, quorum neutrum fieri poterat, ab Aiace per ludibrium referri volunt. Alii denique Spartanorum musicam militarem (ῥυθμὸν ἐμβατήριον), vid. Fraenck. ad Callin. p. 131 sqq., huc advocant, rati Achivos victores et paeana fundentes unquam in patriam reversuros esse ab Aiace negari. Primum horum contortum et importunum, ultimum longius arcessitum et ab Homeri aevo alienum videbitur; nihil igitur restat, nisi ut medium planum et perspicuum teneamus. Quae quum ita sint, corruptam Hesychii glossam I, 188 ἐμβαδόν· πεζῇ (vulg. παίζει) διὰ θαλάσσης bene et scienter a nonnullis emendari in confesso erit, vid. Zonar. I, 712.

V. 510. In exemplaribus quibusdam αὐτοσχεδίην, ab Ernestio et Clarkio reductum, obtinuisse scholl. BL V. animadvertunt. In contrarium iterum abierunt Heynius et Wolfius, Veneti, ut videtur, auspiciis freti. Iam si libros et interpretes Graecos consulueris, αὐτοσχεδίῃ satis certum ac firmum videbitur, quippe quo utantur Eust. 1029, 10. Apoll. in Lex. 125., alii. At illud sermonem Homericum, cui αὐτοσχεδίην probatur, aspernari obiiciunt. Sed in tanta, quanta Graecorum lingua verborum gaudet copia et varietate, id pro certo affirmare non ausim. Nam adiectivo αὐτοσχέδιος stirps erit σχεδὸν adverbium, e quo αὐτοσχεδὸν et αὐτοσχεδά proveniunt, vid. Il. 7, 273. 15, 386, 708, 746. 17, 530. Od. 22, 293. Il. 16, 319. Ab illo deinde αὐτοσχεδίην gignitur, verbis feriendi vulnerandique potissimum adiectum, cf. 12, 192. 17, 294. Od. 11, 536. et Il. 5, 830, ubi simplex habemus; sed eiusdem originis sunt quae a genitivo et dativo repetuntur, αὐτοσχεδίῃ et ἐξ αὐτοσχεδίου, ἐξ αὐτοσχεδίης hymn. in Merc. 85. Illud autem huic loco maxime congruit, quia nihil

Digitized by Google

Πουλυδάμας δ' Ὦτον Κυλλήνιον ἐξενάριξεν,
Φυλείδεω ἕταρον, μεγαθύμων ἀρχὸν Ἐπειῶν.
τῷ δὲ Μέγης ἐπόρουσεν ἰδών· ὃ δ' ὕπαιθα λιάσθη
Πουλυδάμας· καὶ τοῦ μὲν ἀπήμβροτεν· οὐ γὰρ Ἀπόλλων·
εἶα Πάνθου υἱὸν ἐνὶ προμάχοισι δαμῆναι·
αὐτὰρ ὅγε Κροίσμου στῆθος μέσον οὔτασε δουρί.
δούπησεν δὲ πεσών· ὃ δ' ἀπ' ὤμων τεύχε' ἐσύλα.
τόφρα δὲ τῷ ἐπόρουσε Δόλοψ, αἰχμῆς εὖ εἰδώς,
Λαμπετίδης — ὃν Λάμπος ἐγείνατο, φέρτατος ἀνδρῶν,
Λαομεδοντιάδης, εὖ εἰδότα θούριδος ἀλκῆς —
ὃς τότε Φυλείδαο μέσον σάκος οὔτασε δουρὶ

et ol. vulgo. — V. 516. ἀρχὸν Ἀθηναίων V. L. ap. schol. Vict. — V. 522. ἐνὶ Τρώεσσι Vind. un. — Ib. in fin. μογῆναι Harl. — V. 526. φέρτατον υἱὸν V. Lips. Vind. quint. —

adest, cui quartus casus sit consentaneus. Quod reliquum est, ellipsin πληγὴν sive μάχῃ, quam vulgo advocant extrinsecus, vanam esse et inanem perspicitur, vid. Schaef. ad Bos. ellips. p. 266.

V. 511 sq. Heynius, ut orationem et comptiorem et planiorem reddat: καὶ δηθὰ στρ. optat, qua de re aliter iudicant veteres arbitri, neque, ut puto, iniuria. Non enim tria, sed duo proponit Aiax, satius esse dicens uno horae momento vel mortem oppetere vel salutem sibi parare, quam atroci et diuturna pugna misere quasi tabescere, cf. scholl. Eust. 1029, 10. et simillimam Eurylochi sententiam in Od. 12, 351 sq. Quae simul indicio esse potest librariorum mendum στρεύεσθαι Villoisonio sine causa placuisse, vid. Apoll. Rh. IV, 384, 621, 1058.

V. 513. Litera subscripta ὧδ' αὕτως schol. Venet. temere adhaesit, vid. ad 2, 271. et doctam Lehrsii disputationem de stud. Arist. Hom. 87 sqq.

V. 515. Schedios duo, Phocensium duces, unum Iphiti, alterum Perimedis filium, a poeta commemorari iam schol. A. annotavit, vid. 2, 518. 17, 306. et Spohn. de agr. Troi. 24. Bothio, qui memoriae lapsum seu poetae sive librariorum subesse credit, forsitan placebit schol. Vict. discrepantia.

V. 526. Patronymicum, minus e regula formatum, Eust. 1030, 22. excusat hisce: ὅτι εἶπεν Ὅμηρος πατρωνυμικὸν Δόλοψ Λαμπετίδης, ἵνα μή τις νοήσῃ Λαμπέτου υἱὸς (lege υἱόν), μεταφράζει οὕτως· ὃν Λάμπος ἐγείνατο· ὥστε κατὰ πλεοναμὸν τὸ Λαμπετίδης παρῆκται· ὤφειλε γὰρ εἶναι Λαμπίδης, vid. Matth. gr. Gr. §. 100, annot. 3. Thiersch. §. 181. 49. Bothius ad aliorum normam Λαμπιάδης emendandum censet, nec vero Homeri forma liberior angustis grammaticorum regulis erit includenda.

ἐγγύθεν ὁρμηθείς· πυκινὸς δέ οἱ ἤρκεσε θώρηξ,
τόν ῥ' ἐφόρει γυάλοισιν ἀρηρότα· τόν ποτε Φυλεὺς
ἤγαγεν ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος.
ξεῖνος γάρ οἱ ἔδωκεν ἄναξ ἀνδρῶν Εὐφήτης
ἐς πόλεμον φορέειν δηΐων ἀνδρῶν ἀλεωρήν·
ὅς οἱ καὶ τότε παιδὸς ἀπὸ χροὸς ἤρκεσ' ὄλεθρον.
τοῦ δὲ Μέγης κόρυθος χαλκήρεος, ἱπποδασείης
κύμβαχον ἀκρότατον νύξ' ἔγχεϊ ὀξυόεντι,
ῥῆξε δ' ἀφ' ἵππειον λόφον αὐτοῦ· πᾶς δὲ χαμᾶζε
κάππεσεν ἐν κονίῃσι νέον φοίνικι φαεινός.

V. 531. ἠγάγετ' ἐξ Ἐφ. V. L. ap. schol. A. — V. 532. Εὐφήτης H. — V. 534. ἤρκει ὅλ. Vind. quint. — V. 539. εἴως Vind. un. — Ib. ἤλπετο V. ol. vulgo et H., vid. ad 17, 404. — V. 540. ἠλθ' ἐπαμύντωρ V. L. ap. schol. A. — V. 541. εὖ-

In horum exitu, nisi correctoris manum proderet, adoptandum dicerem Ven. et Vindd. scripturam.

V. 531. Medium activo erit posthabendum, etsi aptum illud erat 2, 659.

V. 533. Vid. 12, 57.

V. 534. Supervacanea et inutilia haec habet schol. Vict. propter vers. 529. Venia autem iis inde parata est, quod Homerus de thorace, a Phyleo patre Megeti relicto, nonnulla interposuit.

V. 538. Respicit ad nostra schol. ad Od. 12, 243.

V. 540. Aristarcho nonnulli dant compositum, vid. ad 13, 384. 14, 449. Invicem autem sibi opponi ἕως et τόφρα δέ, τόφρα et εἴως notum est, cf. Passov. Lex. v. τοφρα. Quo animadverso Od. 3, 301 Ἕως μὲν ἔνθα πολὺν βίοτον καὶ χρυσὸν ἄγειρα, τόφρα δὲ ταῦτ' Αἴγισθος ἐμήσατο reddendum esse et ipse olim admonui, et Nitzsch. prudenter divinavit.

V. 541. Ne Homerus ξ iterato invenustus evaderet, Both. aliam optat praepositionem, uno Aeschyli, altero Xenophontis exemplo stabiliendam. Sed poetae suum intactum et illibatum servare praestabit, vid. 11, 257.

V. 545. Venet. iudice, cui praestantiores concinunt, aoristum teneamus oportet.

V. 546. Homerica verba ἐννέπω sive ἐνίσπω, ἐνίπτω et ἐνίσσω studiose et sollerter excussit Buttm. in Lexil. I. 281 sqq. Eius autem acumine eo pervenimus, ut utriusque saepissime confusi et originem et potestatem probe distinguamus. Primum enim rebus adiunctum nuntiare, alterum personis consentaneum aliquem appellare, deinde verbis castigare significat. Quod quin certum verumque sit eo minus dubitabimus, quo magis non modo Homeri sermo et usus, sed veterum etiam praecepta congruant. Nam grammatici doctiores, etsi utrumque ab eadem repetant stirpe, potestate tamen differre haud ignorant. Argumento sit Eust. ad Od. 1381, 33, ubi haec habet: ὅρα δέ, ὅτι τὸ μὲν ἐννέπειν ἡ ἀντὶ τοῦ

ἕως ὃ τῷ πολέμιζε μένων, ἔτι δ' ἔλπετο νίκην,
τόφρα δὲ οἱ Μενέλαος Ἀρήϊος ἦλθεν ἀμύντωρ.
στῆ δ' εὐρὰξ σὺν δουρὶ λαθών, βάλε δ' ὦμον ὄπισθεν·
αἰχμὴ δὲ στέρνοιο διέσσυτο μαιμώωσα,
πρόσσω ἰεμένη· ὃ δ' ἄρα πρηνὴς ἐλιάσθη.
τὼ μὲν ἐεισάσθην χαλκήρεα τεύχε' ἀπ' ὤμων
συλήσειν· Ἕκτωρ δὲ κασιγνήτοισι κέλευσεν
πᾶσι μάλα, πρῶτον δ' Ἰκεταονίδην ἐνένιπεν,
ἴφθιμον Μελάνιππον· ὃ δ' ὄφρα μὲν εἰλίποδας βοῦς
βόσκ', ἐν Περκώτῃ, δηΐων ἀπονόσφιν ἐόντων·

ρὰξ ξὺν et ἐν δουρὶ Both., alterum de coniectura.— V. 545. κέλευε Vind. ed. Apoll. in Lex. 384. et ol. vulgo. — V. 546 et 552. ἐνένισπεν ol. vulgo, ἐνένιπτεν Eust. 1030, 5. Rom. W. H. — V. 547. εἰλίποδας Vind. ed. et H. — V. 548. Περκώπῃ Vind. quint. — Ib. ἀπὸ νόσφιν H., ut solet. —

ᾄδειν ἢ ἀντὶ τοῦ λέγειν ἁπλῶς κεῖται· τὸ δὲ ἐξ αὐτοῦ ἐνίπτειν καὶ ἐνίσσειν οὐδέτερον ἐκείνων δηλοῖ, ἀλλ' ἐπίπληξιν καὶ ἄμφω δηλοῦσιν, τὴν διὰ λόγων μέντοι εἶτουν δι' ἐπῶν, idemque discrimen crebro ab eo indicatum videmus, cf. indicem Devarii. Ambiguitas quaedam in futuro solo, cuius formam ἐνίψω ad utrumque solent referre, nobis superest. Verum enim vero illa certe apud Homerum non tam posterioris, quam prioris esse solet, vid. Passov. in Lex. ἐνίσπω. Neque alios epicos ab Homeri norma et lege discrepare crediderim; ut enim illis pariter atque tragicis ἐννέπειν quum nuntiare tum aliquem appellare sive alicui aliquid dicere et enarrare significat, ita ἐνίψειν nunquam est minari sive increpare, sed aliquid cum aliquo communicare. Quo fit, ut, Homero duce, μῦθον ἐνίψειν frequentent, vid. Theocr. Id. XVII, 10, 38. Apoll. Rh. I, 1257. II, 1665. III, 475, 779. IV, 810. Nonn. Dionys. IV, 193. V, 497. VIII, 89. XI, 317, 369 alibi, add. Wernick. ad Tryph. p. 150. His iam diremptis, ἐνίπτειν, ἐνίσσειν et ἠνίπαπε, ut ἐνιπή, minae, verbis increpare cum Buttmanno recte vertemus, eaque ratione moti tum ἐνένισπε tum ἐνένιπτε (nam ἐνένιστε in Eust. 1030, 5. oblatum typothetarum socordia invexit) huic significationi parum apta ex Homeri libris eiiciemus. Nam praeter sermonis analogiam Venet., quemadmodum Buttmannus iam testatus est, quatter exhibet ἐνένιπε, cf. v. 546. 16, 626. 23, 471., ubi Wolfius peius etiam ἐνένισπε cum vulgaribus scripsit. Veneto autem Vind. quint. plerumque, alii optimae notae semper fere assentiuntur: ut in undecim Odysseae versibus Harlei. novies, cf. 16, 417. 18, 27, 321, 326. 19, 65, 90. 21, 84, 167, 287. 22, 212. 23, 96. Ne quis vero nobis Quinti obiiciat usum et auctoritatem, vid. II, 430. IV, 302. V, 237. X, 26, in priscis eius editionibus ἐνένιπεν vel ἔνισπεν, neque id, quod nunc fertur ἐνένισπεν, conspici admonendum videtur.

V. 548. Percoten Homero familiarem esse dixi ad II, 229.

αὐτὰρ ἐπεὶ Δαναῶν νέες ἤλυθον ἀμφιέλισσαι,
ἂψ εἰς Ἴλιον ἦλθε, μετέπρεπε δὲ Τρώεσσιν,
ναῖε δὲ παρ Πριάμῳ, ὃ δέ μιν τίεν ἶσα τέκεσσιν·
τόν ῥ' Ἕκτωρ ἐνένιπεν, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν·
Οὕτω δή, Μελάνιππε, μεθήσομεν; οὐδέ νυ σοί περ
ἐντρέπεται φίλον ἦτορ ἀνεψιοῦ κταμένοιο;
οὐχ ὁράᾳς, οἷον Δόλοπος περὶ τεύχε' ἔπουσιν;
ἀλλ' ἕπευ· οὐ γὰρ ἔτ' ἔστιν ἀποσταδὸν Ἀργείοισιν
μάρνασθαι, πρίν γ' ἠὲ κατακτάμεν, ἠὲ κατ' ἄκρης
Ἴλιον αἰπεινὴν ἑλέειν, κτάσθαί τε πολίτας.
Ὣς εἰπὼν ὃ μὲν ἦρχ', ὃ δ' ἅμ' ἕσπετο ἰσόθεος φώς.
Ἀργείους δ' ὤτρυνε μέγας Τελαμώνιος Αἴας·

V. 555. Δόλοπος πέρι alii, ut videtur. — V. 558. κτάσθαι ol. vulgo. — V. 563. αἰδομένων ἀνδρῶν Ar. — V. 566. δὲ βάλοντο ol. vulgo W. H. — V. 567. ἔγχεϊ χ. V. Lips. — Ib.

V. 554 sq. Nostra respicit grammaticus Bekkeri in Ann. Gr. I. 94. 12, vid. Nitzsch. ad Od. 1, 59. et Reisig. in Soph. OC. enarrat. p. 188. Homerus quidem, nonnisi bis eo usus composito, longe crebrius dicit μετατρέπομαί τινος, vid. 1, 160. 9, 630. 12, 238. alib. Tragici vero illo delectantur, vid. Soph. OT. 717, 1226. Ai. 90.

V. 555. Ab eodem initio proficiscuntur 7, 448. 21, 108. Od. 17, 545. Medio versu nonnulli περὶ ad Dolopis nomen pertinere minus sapienter statuerunt, quo spectat schol. A.: ὁ Ἀσκαλωνίτης οὐκ ἀναστρέφει τὴν περί· εἶναι γὰρ τὸ ἑξῆς περιέπουσι. κἀγὼ δὲ αὐτῷ συγκατατίθεμαι, ἐπεὶ καὶ τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ ἕπω παρὰ τῷ ποιητῇ ἐν τοῖς ἐνεργητικοῖς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον θέλει ἔχειν πρόθεσιν συντεταγμένην, cf. ad 11, 474. Qui contrarium sunt secuti, iis offensionem praebuit περιέπειν: poeta enim ἀμφέπειν et ἀμφιέπειν pro numerorum commoditate usurpavit, vid. 16, 124. Od. 8, 437 cll. Il. 2, 525. 5, 667. 19, 392, et praepositionem a verbo secretam 7, 316. 11, 776. Od. 8, 61. 19, 421. Sed περιέπειν sive περισπεῖν Herodoto notum fuisse nemo ignorat, cf. Lexic. Schweighaeuser. et Exc. X. §. 1.

V. 561 sqq. Cohortatione, qua Aiax suorum animos accendit, Argivos supra compellavit Agamemno 5, 529 sqq., neque aliud quidquam diversi est, nisi quod versu primo exeunte καὶ ἄλκιμον ἦτορ ἔλεσθε legimus. Itaque verbum ter repetitum usque eo offendit criticos, ut vel clausulam illic traditam huic imponendam putarent, vel v. 562. prorsus delendum ducerent. Ei vero opinioni duo libros, alterum Cantabrigiensem, alterum Vratislaviensem, convenire dicunt, ut qui versum inutilem et molestum aut omittant aut margini appingant. Sustulit igitur Bothius, aliis audacior, ταυτολογίαν intolerabilem, versu abiecto. Quod iudicium ne cupidius quam consideratius probemus, alia monent.

Ὦ φίλοι, ἀνέρες ἔστε, καὶ αἰδῶ θέσθ' ἐνὶ θυμῷ,
ἀλλήλους τ' αἰδεῖσθε κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας.
αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται·
φευγόντων δ' οὔτ' ἄρ κλέος ὄρνυται οὔτε τις ἀλκή.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ ἀλέξασθαι μενέαινον,
ἐν θυμῷ δ' ἐβάλοντο ἔπος· φράξαντο δὲ νῆας
ἔρκεϊ χαλκείῳ· ἐπὶ δὲ Ζεὺς Τρῶας ἔγειρεν.
Ἀντίλοχον δ' ὤτρυνε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος·
Ἀντίλοχ', οὔτις σεῖο νεώτερος ἄλλος Ἀχαιῶν,
οὔτε ποσὶν θάσσων, οὔτ' ἄλκιμος ὡς σὺ μάχεσθαι·
εἴ τινά που Τρώων ἐξάλμενος ἄνδρα βάλοισθα.
Ὣς εἰπὼν ὃ μὲν αὖτις ἀπέσσυτο, τὸν δ' ὀρόθυνεν·

διὰ δὲ Z. Eust. 1031, 18. — V. 571. *βάλῃσθα* Vind. quint. | Eust. 1031, 23. Rom. St. — V. 572. *ἀπέστιχε* Vind. quint. —

Etenim primum, quanquam in iis, quae bis terve deprehenduntur, suspicaciores esse solent, nemo veterum, quantum scrutari licuit, in simili fuit sententia; deinde ne adest quidem repetitio, quod *αἰδὼς* et *αἰδεῖσθαι*, specie et origine paria, re et usu paullulum differunt; denique, si vel maxime illud sit concedendum, Homeri tamen simplicitatem deceat magis, quam ab ea abhorreat, vid. Od. 19, 204 sqq. Sed dissimilia esse recte perspexit Vossius, cuius interpretatio poetae mentem optime reddit. Inter nostrum autem locum et Agamemnonis orationem hoc solum interest, quod illic priorem sententiae partem novo additamento poeta dilatavit, hic pudorem aliis et verecundiam sibimet ipsis debitam paullo uberius describit, vid. infra 661. Iam quum ultimis comprehendat utrumque, haud scio, an adversativa cum Aristarcho sit rescindenda. Quo facto, singula magis separantur et discernuntur.

V. 566. Bothium augmentum rectius adiunxisse verbo et Venet. liber et editt. antiquiores ostendunt.

V. 567. Vallum aeneum clypeis connexis quasi structum Eust. 1031, 11. scite illustrat, oraculorum Aegypti regi et Atheniensibus datorum, quorum mentionem Herodotus facit II, 152. VII, 142, haud immemor. Nam in primo *χάλκεοι ἄνδρες*, i. e. aere instructi, in altero *ξύλινον τεῖχος* ad Homeri similitudinem a deo denuntiantur. Verbum autem, ab aggeris et viminum congerie petitum, proprie dicitur in Od. 5, 256, translate Il. 12, 265. 13, 130. 17, 288. Ex his autem efficitur in Venet. pro nomine apte et commode traducto glossam irrepsisse.

V. 571. Optativum, editt. antiquioribus haud ignotum, non libri solum, sed grammatici etiam tuentur, uti schol. A. et Etym. M. 69, 25.

V. 572. Glossa Vind. quint. occupavit: vulgari fortiori et libri et alia patrocinantur exempla, vid. 6, 399, Od. 9, 236, 396.

Digitized by Google

ἐκ δ' ἔθορε προμάχων, καὶ ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ
ἀμφὶ ἓ παπτήνας· ὑπὸ δὲ Τρῶες κεκάδοντο,
ἀνδρὸς ἀκοντίσαντος· ὃ δ' οὐχ ἅλιον βέλος ἧκεν·
ἀλλ' Ἰκετάονος υἱόν, ὑπέρθυμον Μελάνιππον,
νισσόμενον πόλεμόνδε βάλε στῆθος παρὰ μαζόν.
δούπησεν δὲ πεσών, τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψεν.
Ἀντίλοχος δ' ἐπόρουσε, κύων ὥς, ὅστ' ἐπὶ νεβρῷ
βλημένῳ ἀΐξῃ, τόντ' ἐξ εὐνῆφι θορόντα
θηρητὴρ ἐτύχησε βαλών, ὑπέλυσε δὲ γυῖα·
ὣς ἐπὶ σοί, Μελάνιππε, θόρ' Ἀντίλοχος μενεχάρμης
τεύχεα συλήσων. ἀλλ' οὐ λάθεν Ἕκτορα δῖον,
ὅς ῥά οἱ ἀντίος ἦλθε θέων ἀνὰ δηϊοτῆτα.
Ἀντίλοχος δ' οὐ μεῖνε, θοός περ ἐὼν πολεμιστής,
ἀλλ' ὅγ' ἄρ' ἔτρεσε, θηρὶ κακὸν ῥέξαντι ἐοικώς,
ὅστε κύνα κτείνας ἢ βουκόλον ἀμφὶ βόεσσιν
φεύγει, πρίν περ ὅμιλον ἀολλισθήμεναι ἀνδρῶν·
ὣς τρέσε Νεστορίδης· ἐπὶ δὲ Τρῶές τε καὶ Ἕκτωρ
ἠχῇ θεσπεσίῃ βέλεα στονόεντα χέοντο·

V. 577. νεισόμενον Harl. νισόμεν. V. et all., vid. ad 13, 186. — V. 578. ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ Vind. ed. ol. vulg. et H. — V. 579. λέων ὥς Harl. — V. 580. ἀΐξει Eust. 1031, 48. — V. 581. ἔτυχε βαλὼν Ald. sec. Rom. et antiqq. — V. 586. ἀλλ' ὁ γὰρ ἕτρ. Vind. quint. ἀλλὰ παρέτρεσε all. quidam. — V. 587. κύνας V. Lips. — Ib. ἀμφί οἱ αὐτῷ Z. — V. 592. Τρῶες

V. 578. Commune, ab Eustathio et aliis propagatum, abfuit a Ven. Harl. et Vind. quinto, quorum signa cum Wolfio sum sequutus, etsi minime ignoro, quam crebro illud reperiatur, vid. 4, 503. Verum melioribus congruit 16, 325. idemque habes in aliis, vid. ad 4, 461. et Lexic. Homerica.

V. 581. Vitium Rom. et antiquiorum, vel ex interpretamento ortum, vel propter aoristi insolentiam illatum, V. Vindd. et plurimi eximunt.

V. 586. Nec compositum nec particulam causalem Antilocho retro in amicorum turbam fugienti conducere scienter animadvertit Heynius.

V. 587. Zenodoteum reiicit schol. A. hisce: ἡ διπλῆ, ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἀμφί οἱ αὐτῷ. γίνεται δὲ τὸ ὑπέρβατον οἱ καθ' Ὅμηρον ὅστε κύνα κτείνας ἢ βουκόλον φεύγει, πρὶν περ ὅμιλον ἀολλισθήμεναι ἀνδρῶν ἀμφὶ οἱ αὐτῷ. Ceterum ἀμφὶ βόεσσιν ali Homero mutuati sunt alii, uti Apollon. Arg. III, 623. cll. I, 742. IV, 361, cf. ad v. 683.

V. 592. Ven. Vindd. et plurimi ignorant adverbium, quo carere possumus. Ultima congruunt II. 5, 782. 7, 256.

στῇ δὲ μεταστρεφθείς, ἐπεὶ ἵκετο ἔθνος ἑταίρων.
Τρῶες δέ, λείουσιν ἐοικότες ὠμοφάγοισιν,
νηυσὶν ἐπεσσεύοντο, Διὸς δ' ἐτέλειον ἐφετμάς,
ὅ σφισιν αἰὲν ἔγειρε μένος μέγα, θέλγε δὲ θυμὸν
Ἀργείων, καὶ κῦδος ἀπαίνυτο, τοὺς δ' ὀρόθυνεν.
Ἕκτορι γάρ οἱ θυμὸς ἐβούλετο κῦδος ὀρέξαι,
Πριαμίδῃ, ἵνα νηυσὶ κορωνίσι θεσπιδαὲς πῦρ
ἐμβάλῃ ἀκάματον, Θέτιδος δ' ἐξαίσιον ἀρὴν
πᾶσαν ἐπικρήνειε· τὸ γὰρ μένε μητίετα Ζεύς,
νηὸς καιομένης σέλας ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι.
ἐκ γὰρ δὴ τοῦ ἔμελλε παλίωξιν παρὰ νηῶν
θησέμεναι Τρώων, Δαναοῖσι δὲ κῦδος ὀρέξαι.
τὰ φρονέων νήεσσιν ἔπι γλαφυρῇσιν ἔγειρεν
Ἕκτορα Πριαμίδην, μάλα περ μεμαῶτα καὶ αὐτόν.
μαίνετο δ', ὡς ὅτ' Ἄρης ἐγχέσπαλος ἢ ὀλοὸν πῦρ
οὔρεσι μαίνηται, βαθέης ἐν τάρφεσιν ὕλης·
ἀφλοισμὸς δὲ περὶ στόμα γίγνετο, τὼ δέ οἱ ὄσσε
λαμπέσθην βλοσυρῇσιν ὑπ' ὀφρύσιν· ἀμφὶ δὲ πήληξ

δ' αὖ λ. Harl. Lips. Both. — V. 594. ὅς σφισιν ol. vulgo et H. — V. 598. ἐμβάλοι Herm. in Opusc. I, 288. — V. 601. μέλλε Aristoph. — V. 602. ὀρέξειν Vind. quint. Townl. et editt. antiquiss. — V. 606. ἐνὶ τ ὕλ. Vind. ed. ol. vulg. H. ταρφέσιν Tyrannio. — V. 607. ἄφλοισμος id. —

V. 598 sq. Optativum, imperfecto praemisso et modo eodem insequente, magis consentaneum duxerim, vid. ad 5, 567. Libris vero invitis, recepto tanquam certiori peperci. Thetidos preces iustum modum excedentes sive iniquae vocantur, vid. Od. 4, 690. 17, 571. Ut autem ἐξαίσιῳ αἴσιμα et ἐναίσιμα obstant, ita κατ' αἶσαν et ὑπὲρ αἶσαν aliaque eius generis pervulgata sunt.

V. 606. Nomen an adverbium sit τάρφεσιν dubium fuit grammaticis. Pro illo pugnant Aristarchus et alii; Tyrannio ταρφὺς ταρφέσι praetulit, cf. ad 12, 158. et 5, 155. Ut autem plerumque factum est, similiter hic Aristarchi iudicium valuit, eique adstipulatur Apollonii usus, vid. Argon. IV, 13, 1281, etsi adverbium eiusdem est ib. 1195.

V. 607. Ἀφλοισμὸς semel dictum interpretum exercuit studia, et de tenore et de potestate eius dissidentium. Oxytonum illud esse schol. A. Eust. 1033. et Arcad. de acc. 61, 21. testantur. Plus controversiae eius significatio movit. Alii enim spumam, alii strepitum sive dentium stridorem eo indicatum volant, et pro diversa potestate duplicem eius ponunt originem vel ἀφρὸν vel φλοῖσβον, vid. praeterea Et. M. 177, 48. Apoll. Lex. Hom.

σμερδαλέον κροτάφοισι τινάσσετο μαρναμένοιο.
[Ἕκτορος· αὐτὸς γάρ οἱ ἀπ' αἰθέρος ἦεν ἀμύντωρ
Ζεύς, ὅς μιν πλεόνεσσι μετ' ἀνδράσι μοῦνον ἐόντα
τίμα καὶ κύδαινε. μινυνθάδιος γὰρ ἔμελλεν
ἔσσεσθ'· ἤδη γάρ οἱ ἐπώρνυε μόρσιμον ἦμαρ
Παλλὰς Ἀθηναίη ὑπὸ Πηλείδαο βίηφιν.]
καί ῥ' ἔθελεν ῥῆξαι στίχας ἀνδρῶν πειρητίζων,
ᾗ δὴ πλεῖστον ὅμιλον ὕρα καὶ τεύχε' ἄριστα·
ἀλλ' οὐδ' ὣς δύνατο ῥῆξαι, μάλα περ μενεαίνων.
ἔσχον γὰρ πυργηδὸν ἀρηρότες, ἠΰτε πέτρη
ἠλίβατος, μεγάλη, πολιῆς ἁλὸς ἐγγὺς ἐοῦσα,

V. 609. σμερδαλέα Vind. quint. — V. 613. ἐπήρτυε Harl. — V. 621. τροφέοντα V. et V. L. ap. Eust. 1033, 40. — Ib. ἀκτὴν V. L. ap. schol. A. Both. αὐτῇ Ald. sec. et all. — V. 622. ἐξ ἁλός· ὡς Δαναοὶ Τρῶες μένον V. L. ap. schol. A. — Ib. οὐδὲ φέβ. V. et ol. vulgo. — V.

182. ibique Tollium. Sed hic et Eustathii mentem minus est assequutus, et φλοῖσβον, i. e. maris tumultum, dentium stridori parum convenire intelligitur.

V. 609. Pluralem cur Vind. quint. maluerit, non dispicio: illo enim Homerus minus delectatur. Iungit autem σμερδνόν, σμερδαλέον et σμερδαλέα clamori et fragori edito, velut σμερδνὸν βοάων 15, 687, 732. σμερδαλέον ἐβόησεν 8, 92. Od. 24, 537. σμερδαλέα ἰάχησεν Il. 5, 302. alibi, κτυπέων 7, 479, σμερδαλέον κονάβησαν vel κονάβησε 2, 334. 15, 648. 16, 277. 21, 593. Od. 17, 542. h. in Merc. 54, 420. κονάβιζε Il. 2, 468. 13, 498. 21, 255. καπάχιζε Od. 10, 399; de torvo oculorum adspectu semel legitur Il. 22, 95. Nostro insuper finitima sunt 13, 805. 16, 105.

V. 610 sqq. Versus quinque, utpote qui Hectoris ardorem divinitus immissum debilitent et proxime coniuncta importunius dissecent, Alexandrini obelo notarunt, Zenodotus ne adscripsit quidem. Hos etsi scholl. BL. defendere student, nonnulla tamen falsa et subobscura augent suspicionem. Iupiter enim in Ida residens coelitus opitulatur Hectori, neque apparet, cur Troum imperator in media acie constitutus inter multos solus fuisse dicatur. Quotiescunque idem reperiatur, nunquam certe ineptia simili offendimur, vid. 20, 188. Od. 10, 157. 16, 105. 22, 13, 107. His igitur de causis Heynio, Wolfio aliisque erat accedendum.

V. 621. Κύματα τροφόεντα tum maior librorum pars tum Graeci interpretes verum iudicant, vid. Od. 3, 290. Apoll. Lex. 659. et schol. ad Od. l. all., e quibus Aristarchum nostrum praeposuisse discimus. Idem aliter, schol. A. referente, in versus fine simplicius elegit: αὐτήν· οὕτως Ἀρίσταρχος μετὰ τοῦ ν̄, τὴν πέιραν, add. Eust. 1033, 26. Neque iniurta: Achivi enim, He-

ἥτε μένει λιγέων ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα
κύματά τε τροφόεντα, τότε προερεύγεται αὐτήν·
ὣς Δαναοὶ Τρῶας μένον ἔμπεδον, οὐδ' ἐφέβοντο.
αὐτὰρ ὁ λαμπόμενος πυρὶ πάντοθεν ἔνθορ' ὁμίλῳ·
ἐν δ' ἔπεσ', ὡς ὅτε κῦμα θοῇ ἐν νηῒ πέσῃσιν
λάβρον ὑπὸ νεφέων ἀνεμοτρεφές, ἣ δέ τε πᾶσα
ἄχνῃ ὑπεκρύφθη, ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτης
ἱστίῳ ἐμβρέμεται· τρομέουσι δέ τε φρένα ναῦται
δειδιότες· τυτθὸν γὰρ ὑπὲκ θανάτοιο φέρονται·
ὣς ἐδαΐζετο θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν.
αὐτὰρ ὅγ', ὥστε λέων ὀλούφρων βουσὶν ἐπελθών,

625. ὑπαὶ νεφέων V. ol. vulgo. | Apoll. in Lex. 46. — V. 627.
ἀνεμοτραφὲς un. libr. — V. 626. | ἱστίᾳ vel ἱστίῳ editt. antiquiss.
ἄχνη ὑπεκρ. Z. Et. M. 181, 50. | — V. 628. ὑπ' ἐκ Vind. ed.
— Ib. δεινὸς ἀήτη V. schol. A. | Eust. 1033, 51 et ol. vulgo. —

etoris et Troum incursiones fortiter excipientes, cum rupe undis alluentibus resistente comparantur. Qua de re alia, quibus nulla subest similitudo, exempla frustra excitarunt, vid. Od. 5, 402, 438. II, 2, 395. Apoll. Arg. IV, 631, 1242. Nostro ad verbum fere congruit idem poeta III, 1239.

V. 622. In versus limine fuit ἐξ ἁλός, ut intelligere licet ex schol. A.: ἡ διπλῆ, ὅτι ἔν τισι γράφεται, ἐξ ἁλός, ὡς Δαναοί. αἴρεται δὲ τὸ κινοῦν τὴν ἔμφασιν τῆς ἐμμόνου στάσεως· μένον γὰρ ἔμπεδον, φησίν, ὡς πέτρα ἐναρηρυῖα τῷ πεδίῳ, vid. 5, 527. οὐδ', ἐφέβοντο Vind. quint. approbat.

V. 626. Dativus Aristarchi fuisse videtur, eique consentiunt scholl. et Eust. 1033, 50, nec nominativus commode explicari potest. Schol. A.: ὅτι ἀρσενικῶς δεινὸς ἀήτη, ἀλλ' οὐ δεινή, ὡς „κλυτὸς Ἱπποδάμεια" (Il. 2, 742). ἔνιοι δὲ ἀγνοοῦντες ποιοῦσι δεινὸς ἀήτης· ἀλλ' οὐ δεῖ γράφειν οὕτως, cf. Eust. 1034, 5. Toll. ad Apoll. Lex. 46 sq. et Ruhnken. praef. ad Hesych. II. p. VIII. Verum contra stant et alii libri et poetae usus, vid. Od. 4, 567, nec quisquam poetarum praeter Hesiodum Op. 645, 675. novit femininum, cf. Apoll. Arg. I, 423. IV, 766, 1537. Callim. in Del. 380. Quint. Sm. II, 550, 568, 585. III, 717. VIII, 59, 70. XI, 247. XIII, 480. XIV, 343, alios.

V. 628. Vide Excurs. XVIII. §. 3.

V. 629. Heynius totum versum ex Il. 9, 8. fortasse adsutum suspicatur. Sed proxima corollarium in eam sententiam impositum sibi expetunt, quanquam poeta, id quod bene vidit Eustath. 1034, 19, nautas commemorando ad additamentum, ab initio paullo seiunctum, deflexit.

αἳ ῥά τ' ἐν εἰαμενῇ ἕλεος μεγάλοιο νέμονται
μυρίαι· ἐν δέ τε τῇσι νομεὺς οὔπω σάφα εἰδὼς
θηρὶ μαχέσσασθαι ἕλικος βοὸς ἀμφὶ φονῇσιν·
ἤτοι ὃ μὲν πρώτῃσι καὶ ὑστατίῃσι βόεσσιν
αἰὲν ὁμοστιχάει, ὃ δέ τ' ἐν μέσσῃσιν ὀρούσας
βοῦν ἔδει, αἱ δέ τε πᾶσαι ὑπέτρεσαν· ὣς τότ' Ἀχαιοὶ
θεσπεσίως ἐφόβηθεν ὑφ' Ἕκτορι καὶ Διὶ πατρὶ
πάντες· ὃ δ' οἷον ἔπεφνε Μυκηναῖον Περιφήτην,
Κοπρῆος φίλον υἱόν, ὃς Εὐρυσθῆος ἄνακτος
ἀγγελίης οἴχνεσκε βίῃ Ἡρακληείῃ·
τοῦ γένετ' ἐκ πατρὸς πολὺ χείρονος υἱὸς ἀμείνων

V. 631. εἰαμένῃ Vind. ed. vulgo W. H. Both. — V. 633. μαχήσασθαι W. et nunc vulgo. — V. 635. αἰεὶ Vind. un. — V. 637. ὑφ' Ἑ. χαλκοκορυστῇ Vind. quint. — V. 639. ὑπὸ Εὐρυσθῆος ἀέθλων libr. pauci V. L. ap. Eust. 1035, 50. et H. — V. 640. ἀγγελίην Z. — Ib. ἴχνεσκε Vind. quint. schol. ad Pind. Ol. III, 50. — V. 642. παντοίην ἀρετήν Vind. quint. V. L. ap.

V. 631. *Εἰαμενὴ* cur sit adspirandum exposui ad 4, 483. Structuram vero in comparatione liberiorem iam Eust. 1034, 41. et Clarkius, illum sequutus, attigerunt, vid. Excurs. XXV.

V. 633. Venet. sibi constans *μαχέσσασθαι* cum plurimis, cf. ad 1, 298. Praepositio his verbis adiuncta raro genitivum 16, 625, crebrius dativum, numeris commodiorem, sibi poscit, vid. 3, 70, 254. 9, 547 alibi.

V. 635. *Ὁμοστιχάει* a Dionysio barbarum habitum, vid. Bekker. l. all. 136, et libri agnoscunt, nec grammatici mutant, cf. Apoll. Lex. 499. Etym. M. 516, 9. schol. ad Od. 6, 244. Pastoris autem imprudentia in eo cernitur, quod modo inter primos, modo inter extremos vadit boves, leone e medio grege praedam sibi petituro. Unde patet *καί*, ut nonnulli putarunt, non disiunctivam, sed copulativam esse. Sollemne vero est poetis *πρῶτον καὶ ὕστατον* inde ab Homero, vid. 2, 281. 11, 299. 14, 289; ordinem inversum nonnisi raro offerri admonuit Schaefer. ad Theogn. 3. Exemplis eius studio collectis concinit Quint. Sm. XI, 459 — *εἰςορόωντα πόλῃα Ὑστάτιον καὶ πρῶτον.*

V. 639. Triplicem genitivum propter librorum paucorum assensum, cuius concors est schol. Pind. ad Ol. l. all., recipere nolim. Minus enim quadrant ad nostra 8, 363. 19, 133.

V. 640. Primum pertractavi ad 13, 252. Qui postea *ἴχνεσκε* tradiderunt, *ἴχνος* eius stirpem posuisse manifestum est. Ita iubet schol. Vict.: *οἴχνεσκε* (l. *ἴχνεσκε*) *ἐπορεύετο, παρὰ τὸ ἴχνος.*

V. 642. Singularem commendant Od. 13, 46. 18, 205, nec vero alterum poetae est inauditum, vid. ib. 4, 704, 825. Homeri

παντοίας ἀρετάς, ἠμὲν πόδας ἠδὲ μάχεσθαι,
καὶ νόον ἐν πρώτοισι Μυκηναίων ἐτέτυκτο·
ὅς ῥα τόθ' Ἕκτορι κῦδος ὑπέρτερον ἐγγυάλιξεν.
στρεφθεὶς γὰρ μετόπισθεν ἐν ἀσπίδος ἄντυγι πάλτο,
τὴν αὐτὸς φορέεσκε ποδηνεκέ', ἔρκος ἀκόντων·
τῇ ὅγ' ἐνὶ βλαφθεὶς πέσεν ὕπτιος· ἀμφὶ δὲ πήληξ
σμερδαλέον κονάβησε περὶ κροτάφοισι πεσόντος.
Ἕκτωρ δ' ὀξὺ νόησε, θεῶν δέ οἱ ἄγχι παρέστη,
στήθεϊ δ' ἐν δόρυ πῆξε, φίλων δέ μιν ἐγγὺς ἑταίρων
κτεῖν'· οἱ δ' οὐκ ἐδύναντο, καὶ ἀχνύμενοί περ ἑταίρου,
χραισμεῖν· αὐτοὶ γὰρ μάλα δείδισαν Ἕκτορα δῖον.

**Eust. 1035, 52. — V. 645. στραφθεὶς V. L. ap. schol. A. — Ib. ὑπ' ἀσπίδος Vind. ed. St. Clark. ἐν ἄντυγι ἄλτο vel πᾶλτο all. ap. schol. A. — V. 646. ποδηνεκές V. ol. vulg. et H. — V. 647. ἐνιβλαφθεὶς Vind. ed. ol. vulg. et H. — V. 651. ἠδύναντο Ald. sec. Rom., male. — V. 652. μάλ' ἐδείδισαν Vind. ed. ol. vulg. —**

sententiae Eustathius componit Od. 2, 276 sq., egregiam Periphetae virtutem eo testificatus.

V. 645. Varietatem hic nobis oblatam uberius persequutus sum in Excurs. XVI. §. 1.

V. 646. Libri conveniunt in depravato *ποδηνεκές*, neque Eustathium aliud quidquam reperisse eius verba ostendunt; ait enim 1035, 60 *τὸ δὲ ποδηνεκὲς ἔρκος διὰ μετρικὸν δάκτυλον ἐτέθη, μᾶλλον μὲν οὖν διὰ καινότητα φράσεως, ἄλλως γὰρ πρὸς τὴν ἀσπίδα ἦν ἄν, ἵνα ἔρκη· ἣν ἐφόρει ποδηνεκῆ.* Nihilominus alterum utpote aptius et planius Wolfius iure recepit, id quod ex Apoll. Lex. 556. Tollius eruit.

V. 647. Scienter Ven. *ἐνὶ βλαφθείς*; id enim Homeri sermo postulat, vid. 6, 49. 16, 331, add. Eust. 1036, 63.

V. 648. Egimus de his supra ad v. 608.

V. 651. Schol. A.: *ἡ διπλῆ, ὅτι ἐλλείπει ἡ περί, περὶ ἑταίρου. Ἑλλάνικος δὲ Αἰολικῶς νομίζει τὴν περὶ πὲρ εἰρῆσθαι*, cf. Eust. 1036, 1. Neque ellipsi neque Aeolismo eo egemus: verba enim ista genitivum rei frequenter adsciscere notum est, cf. 8, 125, 317. 17, 459. et alibi. Praepositio autem cum verbis eiusmodi connexa apud posteriores demum reperitur, velut in hymn. in Cer. 77 *ἀχνυμένην περὶ παιδί*, et longe saepius apud Quint. II, 618. III, 687, 720. VII, 384, 390.

V. 652. Augmentum de librorum auctoritate proscripserunt; abest enim a Ven. Vind. quint. Lips. et plurimis, add. Eust. 1035, 41.

Εἰςωποὶ δ' ἐγένοντο νεῶν, περὶ δ' ἔσχεθον ἄκραι
νῆες, ὅσαι πρῶται εἰρύατο· τοὶ δ' ἐπέχυντο.
Ἀργεῖοι δὲ νεῶν μὲν ἐχώρησαν καὶ ἀνάγκῃ
τῶν πρωτέων, αὐτοῦ δὲ παρὰ κλισίῃσιν ἔμειναν
ἀθρόοι, οὐδ' ἐκέδασθεν ἀνὰ στρατόν· ἶσχε γὰρ αἰδὼς
καὶ δέος· ἀζηχὲς γὰρ ὁμόκλεον ἀλλήλοισιν.
Νέστωρ αὖτε μάλιστα Γερήνιος, οὖρος Ἀχαιῶν,
λίσσεθ' ὑπὲρ τοκέων γουνούμενος ἄνδρα ἕκαστον·
Ὦ φίλοι, ἀνέρες ἔστε, καὶ αἰδῶ θέσθ' ἐνὶ θυμῷ

V. 656. *τῶν προτέρων* Vind. ed. ol. vulg. Eust. 1036, 7. — Ib. *πάρα* Vind. ed. St. *ἡμῖνον* Vind. ed. all. et Eust. 1036, 8. — V. 657. *οὐ δὲ κέδασθεν* V. Eust. 1036, 10. et H. — V. 659. *Νέστωρ δ' αὖτε* ol. vulg. et H. — V. 660. *ὑπὲρ τεκέων* editt.

V. 653 sqq. Haec ut pateant, quomodo res adhuc fuerit gesta, breviter erit considerandum. Achivi, vid. 385 cll. 405. a munimentis ad navale repulsi acerrimas Hectoris et Troum incursiones diu sustinuerunt, sed Periphete aliisque occisis territi a navibus primis pedetentim recedunt, atque inter ipsas, tentoriis vicini, consistentes eadem fortitudine atque animi pertinacia hostium catervas ab aditu prohibent, donec Aiax insito robore fretus provolitat, et per navium tabulata magnis passibus incedens suique Troianorum, ignem inferre auso, mortem ac perniciem minatur. Quae si reputaveris, *εἰςωποὶ δ' ἐγένοντο νεῶν*, quemadmodum plerique existimarunt, cf. scholl. AD. Eust. 1036, 3. Apoll. Lex. 251. schol. ad Eurip. Androm. 257. Hesych. I, 1122, ad Achivos referendum esse planum erit et perspicuum. Etenim iis naves, quae antea a tergo fuerant, iam sunt in conspectu positae. Pugna autem ista ad ipsas naves commissa, Periphetae socios metu perculsos, donec naves conspexerint, fugisse Bothio non erat dicendum. Rationem istam plurimis comprobatam egregie adiuvant proxima, siquidem *νῆες ἄκραι*, quibus circumdati iam pugnant Graeci, naves sunt extremae, in Troianos campos spectantes et munimentis contiguae. Itaque nec de navium proris mari obversis, nec de altero illarum ordine litori vicino, sicut Eustath. teste nonnullis visum est, poterit cogitari. Quorum unum quum Homeri usus et sermo, vid. 17, 264. 23, 519, tum verba „*ὅσαι πρῶται εἰρύατο*“ confutant, alterum si statueris, Graecos nimium quantum cessisse apparet, vid. ad 14, 31. Porro Achivis gradum referentibus Troes instant (*τοὶ δ' ἐπέχυντο*), cf. 16, 295, ubi Achivis inclinata hostium acie idem fecisse narrantur. Troianis iterum hic opponuntur Achaei a navibus sese recipientes v. 655, cf. 12, 406. 18, 244. Haec tam clara et manifesta sunt, ut viros doctos in devia aberrasse profecto mirari subeat. Porphyrius autem, cur Troes, naves extremas potiti, ab igne abstinuerint, inepte quaerit, vid. 717 sqq. Ceterum ne quis obiiciat me, critici operam professum, interpretis fungi provincia, munus utrumque tenui admodum discrimine seiungi, et versus quindecim iniusta originis spuriae suspicione ab Heynio mota liberandos fuisse liceat addere.

ἄλλων ἀνθρώπων· ἐπὶ δὲ μνήσασθε ἕκαστος
παίδων ἠδ' ἀλόχων καὶ κτήσιος ἠδὲ τοκήων,
ἡμὲν ὅτεῳ ζώουσι, καὶ ᾧ κατατεθνήκασιν.
τῶν ὕπερ ἐνθάδ' ἐγὼ γουνάζομαι οὐ παρεόντων
ἑστάμεναι κρατερῶς· μηδὲ τρωπᾶσθε φόβονδε.
Ὣς εἰπὼν ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου.
τοῖσι δ' ἀπ' ὀφθαλμῶν νέφος ἀχλύος ὦσεν Ἀθήνη
θεσπέσιον· μάλα δέ σφι φόως γένετ' ἀμφοτέρωθεν,
ἡμὲν πρὸς νηῶν καὶ ὁμοιίου πολέμοιο.

antiquiss. et Rom. — V. 664. ὅτῳ libr. pauci. — V. 666. τροπάεσθε Vind. ed. et ol. vulgo. τρωπᾶσθαι V. Eust. 1033, 40. et all. — V. 670. πρὸ νηῶν Vind. quint. πὰρ νηῶν V. l. ap. Eust. 1036, 56. — Ib. πτολέμ. ol. vulgo. —

V. 656. Schol. A.: γράφεται πρώτων καὶ προτέρω καὶ πρωτέων, Lips. γρ. προτέρων. Quibus efficitur priora vitiata esse: emendabis igitur πρωτέων sive πρωτῶν· γράφεται προτέρων καὶ πρωτέων. Illud vero, a vulgaribus receptum, fuit eorum, qui duplicem navium ordinem ita descriptum putabant. Dionysius πρωτῶν ut ab Iade alienum notavit.

V. 657. Augmentum numerorum gravitati consentaneum praeter Wolfium Vindd. et editiones communes servant.

V. 659. Non opus est duplici particula, Ven. Vindd. aliorumque testimoniis improbata, vid. ad v. 370.

V. 660. Eust. 1036, 30 τοκέων, a Rom. male mutatum, longe optimum ducit, vid. ad v. 439. Schol. A. ὑπὲρ τοκέων ambiguum putat hisce: ἤτοι γὰρ ὡς λέγομεν πρὸς Διός, ἢ ἅπερ ἂν παρόντες ἐποίουν οἱ γονεῖς. ὅπερ μᾶλλον εἰκός· ἐπιφέρει γὰρ „τῶν ὑπὲρ ἐνθάδ' ἐγὼ γουνάζομαι" (665). Sed prius Homeri ex usu erit anteferendum, vid. 22, 338. 24, 466. Od. 15, 261. hymn. in Cer. 64.

V. 664. Eust. 1036, 33 Τὸ δὲ ὁτέῳ ἐκ τοῦ ὅτῳ γέγονεν Ἰωνικῇ ἐπενθέσει τοῦ ε, ὁμοίως τῷ ὁτέοισιν, ὡς προδεδήλωται, καὶ τουτέοισιν. Nulla igitur apud eum fuit discrepantia, vid. ad v. 491.

V. 666. Ne Eustath. quidem τρωπᾶσθε 1036, 40 sqq. reiicit, etsi alterum τρωπᾶσθαι in pluribus libris exstare scribit. Idem forte fortuna remansit in Venet.; nam imperativum schol. A. tuetur hisce: ἡ διπλῆ πρὸς τὸ ἀκατάλληλον τῆς φράσεως· ἴδιον γάρ· μὴ τρωπᾶσθε δέ, cf. Excurs. IX. §. 1.

V. 668 sqq. Versus sex a criticis Alexandrinis damnati sunt. Primum enim multis prodi dicunt indiciis nebulam nullam Graecorum oculis fuisse offusam conferendo v. 416, 494, 683., deinde Minervam, Iovis iussu constrictam, non potuisse venire subsidio Achivis. Neque sufficere videntur aliorum argumenta, quibus illorum opinionem redarguere student. Sed rem dubiam pro certa et concessa sumere non ausim.

V. 670. Eustathius utrum glossam an varietatem scribendi habuerit πὰρ νηῶν minus liquet ex hisce: ἡμὲν πρὸς νηῶν

Digitized by Google

Ἕκτορα δὲ φράσσαντο βοὴν ἀγαθὸν καὶ ἑταίρους,
ἠμὲν ὅσοι μετόπισθεν ἀφέστασαν οὐδ' ἐμάχοντο,
ἠδ' ὅσσοι παρὰ νηυσὶ μάχην ἐμάχοντο θοῇσιν.
Οὐδ' ἄρ' ἔτ' Αἴαντι μεγαλήτορι ἤνδανε θυμῷ
ἑστάμεν, ἔνθα περ ἄλλοι ἀφέστασαν υἷες Ἀχαιῶν·
ἀλλ' ὅγε νηῶν ἴκρι' ἐπῴχετο μακρὰ βιβάσθων,
νώμα δὲ ξυστὸν μέγα ναύμαχον ἐν παλάμῃσιν,
κολλητὸν βλήτροισι, δυωκαιεικοσίπηχυ.
ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἵπποισι κελητίζειν εὖ εἰδώς,
ὅστ', ἐπεὶ ἐκ πολέων πίσυρας συναείρεται ἵππους,
σεύας ἐκ πεδίοιο μέγα προτὶ ἄστυ δίηται
λαοφόρον καθ' ὁδόν· πολέες τέ ἑ θηήσαντο

V. 671. ἐφράσαντο Eust. 1036, 58. — V. 672. μέτ' ὀπ. V. — Ib. οὐ δὲ μάχ. H. cum paucis. — V. 673. πὰρ νηυσὶ Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 675. ἐφέστασαν Ald. sec. Ambros. — V. 676. βιβάσκων Vind. quint., vid. ad 13, 809. — V. 678. δύω καὶ εἰκοσίπηχυ V. Apoll. in Lex. 190. Ald. sec. et all. — V. 679. ἵππῃσι Vind. quint. — Ib. κέλητ' ἴζειν V. L. ap. schol. A. — V. 680. συναγείρεται V. vulgo. W. et Both. — V. 681.

ἢ πὰρ νηῶν. Alterum, quod in aliis repertum testantur, certe bisyllabum erit proferendum, ut v. 613. Ven. et Eust. 1036, 59. cum optimis quibusque παρὰ νηυσὶ confirmant.

V. 675. Fluctuant libri inter ἀφέστασαν et ἐφέστασαν, quorum utrumque Homericis aptum possit haberi. Prius enim Achivos aliquanto regressos, posterius eosdem Troianis resistentes declarabit, vid. v. 703. Illud autem praesentem rerum statum sibi magis expostulare intelligitur, vid. 4, 340. 13, 738. 14, 132. Certe paullo ante v. 672., ubi idem de Troianis obtinet, non de excubiis, nocturno tempore alternis vigilantibus, quos Bothius, errore nescio quo impulsus, advocat, sed de iis Troum militibus, qui pugnando fessi ab opera destiterunt, erit accipiendum.

V. 678. Uno verbo δυωκαιεικοσίπηχυ comprehendi iubent veteres, ut schol. A. et Eustath. 1037, 42., add. Wolf. praef. edit. nov. p. LXI. et ad 6, 319.

V. 679. Voces separatae neque equiti nec Graecorum usui satisfacere schol. A. dicit. Scientiam desultoriam Homero cognitam, eius vero ducibus atque principibus inusitatam fuisse scholl. AB. Eust. 1037, 50 sqq. Et. M. 502, 33. et alii veterum confitentur, cf. Nitzsch. ad Od. 5, 371.

V. 680. Vulgare συναγείρεται libri non minus quam editores approbarunt, rati desultorem illum e multis equis quattuor studiose sibi elegisse, unde schol. B.: ἐκ πολλῶν, inquit, τοὺς ἐπιτηδείους καὶ οἷον ἀρίστους καὶ ἰσοταχεῖς συναγάγῃ ἐκλεξάμενος, add. Eust. 1037, 53. At conquirendi quidem notio inest voci συναγείρειν, potestate eligendi ea caret, vid. Od. 4, 90. 14, 329. 19, 293. Hinc commode cecidit, quod aliis lectum fuisse συναείρεται

ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες· ὃ δ' ἔμπεδον ἀσφαλὲς αἰεὶ
θρώσκων ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται, οἱ δὲ πέτονται·
ὡς Αἴας ἐπὶ πολλὰ θοάων ἴκρια νηῶν
φοίτα μακρὰ βιβάς, φωνὴ δέ οἱ αἰθέρ' ἵκανεν.
αἰεὶ δὲ σμερδνὸν βοόων Δαναοῖσι κέλευεν
νηυσί τε καὶ κλισίῃσιν ἀμυνέμεν. οὐδὲ μὲν Ἕκτωρ
μίμνεν ἐνὶ Τρώων ὁμάδῳ πύκα θωρηκτάων·
ἀλλ' ὥςτ' ὀρνίθων πετεηνῶν αἰετὸς αἴθων
ἔθνος ἐφορμᾶται, ποταμὸν πάρα βοσκομενάων,
χηνῶν ἢ γεράνων ἢ κύκνων δουλιχοδείρων·
ὡς Ἕκτωρ ἴθυσε νεὸς κυανοπρώροιο
ἀντίος ἀΐξας· τὸν δὲ Ζεὺς ὦσεν ὄπισθεν

διώκει Vind. ed. et vulgo, διώκοι Vind. quint. διώκῃ Ald. sec. et Ambros. — V. 682. τε ἰθηήσαντο editt. antiquiss. — V. 686. μακρὰ βιβῶν V. L. ap. schol. A. Vind. quint. et all. — V. 691. ποτάμῳ πάρα β. Harl. παραβοσκομενάων Eust. 1038, 20. Rom. — V. 694. ἀντίον all., ut videtur. — Ib. ἀΐσσων V. W. et Both. — Ib. ὦρσεν Vind. ed. Ald. sec. et H. —

interpretes antiqui scriptum reliquerunt, ita schol. A.: οἱ δὲ συναείρεται, ἀντὶ τοῦ συζεύξει, ὡς τὸ „σὺν δ' ἤειρεν ἰμάσιν" (10, 499.), add. Eust. l. all. Equos vero coniugatos potius quam collectos requiri nemo non videt, idemque, ut proprium, Wolfio in praef. ed. nov. p. LXXVII. haud displicet. Itaque, quin recipiamus, nihil impedit nisi verbi ἀείρω, i. e. ἴρω, insolentia; id vero etsi multi spreverunt, eo minus erit repudiandum, quo certius est in Il. 10, 499., add. Porphyr. quaest. Hom. 8., schol. Mosquens. apud Heynium et Steph. Thes. Gr. ling. 1628. d. cll. 1630. b. Laudandus igitur est Heynius, quippe qui loci sententia bene perspecta verbo perraro solus habuerit fidem.

V. 681. E Veneto restituit Wolfius δίηται, cui concinit Il. 23, 475. Eust. 1037, 46. διώκει cum vulgaribus praebet.

V. 686. Vid. supra ad v. 307.

V. 689. Schol. Vict.: τινὲς ἐπισυνάπτουσι τούτῳ τόνδε· „ἀλλὰ πολὺ προθέεσκε τὸ ὃν μένος οὐδέτι εἴκων," qui bis offertur in Homericis Il. 22, 459. et Od. 11, 515. de Neoptolemo, nostris autem parum convenit.

V. 691. Casus quartus, etsi perraro huic verbo adiungitur, 20, 461. et Hes. Scut. Herc. 127. dubio eximitur. Nomen praemissum sensu translato numerum solet mutare, vid. 2, 87, 459, 461. Od. 14, 73.; singularis igitur nostrorum usui consentaneus erit notandus. Versu exeunte praepositionem alias saepe coniunctam recte dirimunt Ven. Vindd. et plurimi.

V. 692. Hunc versum, quod 2, 467. legitur, adventicium iudicat Knightius.

V. 694. Aoristus, quanquam Ven. praesens habet, ut ad

χειρὶ μάλα μεγάλῃ, ὤτρυνε δὲ λαὸν ἅμ' αὐτῷ.
Αὖτις δὲ δριμεῖα μάχη παρὰ νηυσὶν ἐτύχθη·
φαίης κ' ἀκμῆτας καὶ ἀτειρέας ἀλλήλοισιν
ἄντεσθ' ἐν πολέμῳ· ὣς ἐσσυμένως ἐμάχοντο.
τοῖσι δὲ μαρναμένοισιν ὅδ' ἦν νόος· ἦτοι Ἀχαιοὶ
οὐκ ἔφασαν φεύξεσθαι ὑπὲκ κακοῦ, ἀλλ' ὀλέεσθαι·
Τρωσὶν δ' ἔλπετο θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἑκάστου
νῆας ἐνιπρήσειν, κτενέειν θ' ἥρωας Ἀχαιούς.
οἳ μὲν τὰ φρονέοντες ἐφέστασαν ἀλλήλοισιν.

V. 696. αὖθις Dio Chrysost. Or. VIII, 283. — V. 697. κἀκμῆτας schol. ad Aristoph. Ach. 24. — V. 698. ἀντέσθ' ἐν π. Tyrannio. — V. 700. φεύξασθαι Vind. quint. et schol. A. ὑπ' ἐκ vulgo W. H. — V. 701. Τρ. δ' ἤλπετο V. ol. vulgo et

Hectorem referendus longe melior videtur: neque illum ignorat schol. A.: ἆσσον· γράφεται ἄῑξας· Ἀρίσταρχος ἀνίλος διὰ τοῦ ς, add. Vindd. et Eust. 1038, 21. In eiusdem clausula Aristarcheum ὦσεν, cuius praeter schol. Eust. 1038, 27. meminit, egregie defendit Wolf. in praef. ed. nov. p. XXXVII., negans ullum heroem ὄπισθεν impleri divino spiritu. Alia ratio est Il. 13, 83., quo testimonio utitur Heynius.

V. 697. Crasi ex Atthide male invectae et Ionica intercedit dialectus et poetae obstat usus, vid. ad 11, 802. Eandem e Longini libro de sublim. XXVI. §. 1. codicum ope expulerunt.

V. 698. Tyrannionem ἀντέσθαι ad similitudinem aliorum, veluti λαβέσθαι, πυθέσθαι, aoristi secundi medium habuisse schol. Ven. memoriae prodidit. Aliter iudicant grammatici, vid. scholl. Apoll. Lex. 121. et Passov. in v.

V. 700. Aoristum quum schol. interpretatio tum sententiae conformatio, cui futurum est accommodatius, reiiciunt, add. Eust. 1038, 29., cum libris concordantem.

V. 704. Eust. 1039, 10. Ionicum νεὸς in exemplaribus antiquis ferri concedit, idque a nominativo absoleto νεῦς repetendum censet, negat vero νεώς, synizesis ope monosyllabum, numeris obesse, cf. Buttm. gr. ampl. §. 58. v. νηῦς.

V. 705. Aristarchus, cuius praecepta maxime faciunt veteres, nomina composita et derivata spiritu secernenda putavit. Etenim illa, quippe quae duorum vim retineant, vel media adspiravit, haec, quum significatio propria haud mutetur, leni instruxit spiritu. Ita autem rem instituit, quod derivata e nomine duplici conflari negavit. Quibus perspectis melius intelligemus ea, quae schol. A. commentatur: ἐψίλωσαν τὸ ᾱ, παραγωγὴν δεξάμενοι, καὶ οὐ σύνθεσιν, καὶ οὕτω ἡ παράδοσις ἐπείσθη καὶ τάχα, ἐπεὶ μηδὲν ἄλλο ἢ τὸ ὠκὺ ἐκ τῆς λέξεως σημαίνεται, vid. Apoll. Lex. 726. Nec tamen Aristarchus pervicit, ab eo enim Herodianus cum aliis dissensit. Is quidem, schol. auctore, nomina propria interadspirationem respuere, adiectiva vero sibi poscere existimavit; scri-

Ἕκτωρ δὲ πρύμνης νεὸς ἥψατο ποντοπόροιο,
καλῆς, ὠκυάλου, ἣ Πρωτεσίλαον ἔνεικεν
ἐς Τροίην, οὐδ' αὖτις ἀπήγαγε πατρίδα γαῖαν.
τοῦπερ δὴ περὶ νηὸς Ἀχαιοί τε Τρῶές τε
δήουν ἀλλήλους αὐτοσχεδόν· οὐδ' ἄρα τοίγε
τόξων ἀϊχὰς ἀμφὶς μένον, οὐδέ τ' ἀκόντων,
ἀλλ' οἵγ' ἐγγύθεν ἱστάμενοι, ἕνα θυμὸν ἔχοντες,
ὀξέσι δὴ πελέκεσσι καὶ ἀξίνῃσι μάχοντο
καὶ ξίφεσιν μεγάλοισι καὶ ἔγχεσιν ἀμφιγύοισιν.

H. — V. 704. νεὼς Eust. 1039, 18. et libr. pauci. — V. 705. ὠκυᾶλου Herod. — V. 706. ἐπήγαγε Vind. quint. ἀφίκετο V. L. ap. schol. Vict. — V. 711. ὀξέσι δὲ πελ. Dio l. all. —

psit igitur φλίππος et Φίλιππος, Εὐρύαλος, Ὠκύαλος (Od. 8, 111), ἀμφίαλος, ὠκύαλος, πάρᾱλος et similia similiter. Itaque eius signa sequuntur Etym. M. 821, 25. Phavor. 1890, 21. et alii, add. Lehrs. de Arist. stud. 322.

V. 706. Schol. Vict.: τινὲς γράφουσιν οὐδ' ἀμφίκετο περιπαθήσας, ὡς προαναφώνησις· dum ad Protesilaum referunt ea, quae de illius nave dicuntur. Sed verum latet; crediderim autem dedisse istos: οὐ δ' αὖτις ἀφίκετο πατρίδα γαῖαν, vid. 13, 695.

V. 709. Nomen ἀϊχή, utpote a verbo ἄϊσσω ductum, acui iubent schol. A. Eust. 1039, 15. Apoll. in Lex. 59. Etym. M. 42, 46. Iis vero convenire putaverim Arcad. de acc. 107, 3., ubi praecipiuntur haec: τὸ δὲ φυλαχὴ ἀπὸ τοῦ φυλάσσω, καὶ αἰαχὴ ἀπὸ τοῦ αἰάζω. Αἰαχὴ enim et auctoritate caret et etymologiae disconvenit, quare vide, an sit emendandum: ἀϊχὴ ἀπὸ τοῦ ἄϊσσω. In tenorem vero antiqui ideo inquisiverunt, quod ἄϊξ, ἄϊκος, aliis epicis cognitum, numeris efficit, vid. Apoll. Rh. IV, 820. et inde compositum κατάϊξ I. 1203. III, 1376. Callim. h. in Dian. 114., quibus finitima sunt Homerica πολυάϊξ Il. 1, 165. 20, 328. Od. 11, 314. et κορυθάϊξ Il. 22, 132.

V. 711 sqq. Poetae ἐνάργειαν mirifice placuit Eustathio 1039, 8.: καὶ ὅρα, inquit, τὴν φράσιν τῆς κινδυνώδους ἀκμαίας μάχης, ἣν οὐκ ἂν φράσαιεν κάλλιον, οὐδ' εἰ πάντες ῥήτορες εἰς ἓν συνελθόντες μελετήσαιεν. neque ignorat utrumque Dio, cuius supra inieci mentionem. Nihilominus Alexandrinis tanquam tenuis et exilis suspectus fuit v. 712. Aristarchus, si fides est penes scholl. BL., praecedentem in dubium vocavit, ensibus enim nominatis parum conducere bipennes et secures. Alii, ut Dionysius, versum 712. eo defenderunt, quod sequitur statim: πολλὰ δὲ φάσγανα κ. τ. λ.; Aristarcho vero obiecerunt poetam multiplici armorum apparatu legentibus quasi novum et insolitum proponere spectaculum. Neque bipennes alieni haberi poterunt, Graecis in naves repulsis, neque a Troianis usus eorum prorsus est auferendus, vid. 13, 612.

Digitized by Google

πολλὰ δὲ φάσγανα καλά, μελάνδετα, κωπήεντα,
ἄλλα μὲν ἐκ χειρῶν χαμάδις πέσον, ἄλλα δ' ἀπ' ὤμων
ἀνδρῶν μαρναμένων· ῥέε δ' αἵματι γαῖα μέλαινα.
Ἕκτωρ δὲ πρύμνηθεν ἐπεὶ λάβεν, οὐχὶ μεθίει,
ἄφλαστον μετὰ χερσὶν ἔχων, Τρωσὶν δὲ κέλευεν·
Οἴσετε πῦρ, ἅμα δ' αὐτοὶ ἀολλέες ὄρνυτ' ἀϋτήν·
νῦν ἡμῖν πάντων Ζεὺς ἄξιον ἦμαρ ἔδωκεν
νῆας ἑλεῖν, αἳ δεῦρο θεῶν ἀέκητι μολοῦσαι
ἡμῖν πήματα πολλὰ θέσαν κακότητι γερόντων·
οἳ μ' ἐθέλοντα μάχεσθαι ἐπὶ πρύμνῃσι νέεσσιν
αὐτόν τ' ἰσχανάασκον, ἐρητύοντό τε λαόν.
ἀλλ' εἰ δή ῥα τότε βλάπτε φρένας εὐρύοπα Ζεὺς
ἡμετέρας, νῦν αὖτε ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει.
Ὣς ἔφαθ'· οἳ δ' ἄρα μᾶλλον ἐπ' Ἀργείοισιν ὄρουσαν.

V. 713. μελένδετα schol. brev., ut videtur. — V. 714. πέσεν Lips. Vind. un. all. — Ib. χειρὸς Harl. et editt. antiquiss. — V. 716. οὐκ ἐμεθίει Z. οὔτι μεθίει schol. ad Apoll. Arg. I, 1089. — V. 717. δ' ἐκέλευεν Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 718. οἷσατε Harl. — Ib. ἅμα δ' ἄλλοι Vind. quint. — V. 719. νῦν ὑμῖν Rom. — V. 724. τότ' ἔβλαπτε Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 726. οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπ' Ἀργ. Vind. un. — V. 729.

V. 713. Propter epitheton μελάνδετον, nonnisi semel dictum, a multis recitatur grammaticis, vid. scholl. Eust. 1039, 23. Et. M. 551, 40. Hesych. II, 563. Reddunt autem varie; plerique quidem σιδηρόδετα· οἱ δὲ μελαίνας λαβὰς ἔχοντας δεδεμένας· οἱ δὲ ἐπιμελῶς ἐνδεδεμένα ὡς πρὸς τὴν λαβήν, vid. scholl. BLV. Ex quibus Heynius coniicit fuisse qui μελένδετα legerent.

V. 714. Schol. A.: οὕτως διὰ τοῦ ō πέσον, de Aristarchi sententia, vid. ad 8, 137. Cum eo et optimis facit Eust. 1039, 2.

V. 716. Cf. 16, 762. et Et. M. 53, 16., ubi versus adscriptus invenitur. Zenodoteum barbarum videtur schol. Venet.

V. 718. Aoristum esse οἶσε et οἴσετε iure affirmat Buttmannus, vid. ad 3, 105. Futurum iam excludit persona tertia οἰσέτω Od. 8, 255. II 19, 173.; secunda singularis est in Od. 22, 106, 481. et pluralis ib. 20, 154.

V. 719. Rom. obloquitur ipse Eust. 1039, 46.

V. 724. Augmento sublato versus fit numerosior. De re vid. 22, 15. 23, 774, 782. cll. 6, 234. 19, 137. Imprudentiae enim et peccatorum auctores deos facere solent et epici et tragici, uti Soph. in Antig. 623.

V. 729. Praepositionem ὑπὸ minus commodam schol. A. improbare videtur hisce: τὸ ἑξῆς· ἀνεχάζετο τυτθὸν θρῆνυν ὑφ' ἑπταπόδην. οὕτως οὖν διορθωτέον, etsi Et. M. 454, 58. conspirat cum Apollonio. Θρῆνυν vero remigum indicare sedem, quae ab Atticis θρᾶνος dicitur, unde θρανῖται deducuntur et Latinorum

Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνε· βιάζετο γὰρ βελέεσσιν·
ἀλλ' ἀνεχάζετο τυτθὸν ὀϊόμενος θανέεσθαι
θρῆνυν ἐφ' ἑπταπόδην, λίπε δ' ἴκρια νηὸς ἑΐσης.
ἔνθ' ἄρ' ὅγ' ἑστήκει δεδοκημένος, ἔγχεϊ δ' αἰεὶ
Τρῶας ἄμυνε νεῶν, ὅστις φέροι ἀκάματον πῦρ·
αἰεὶ δὲ σμερδνὸν βοόων Δαναοῖσι κέλευεν·
Ὦ φίλοι, ἥρωες Δαναοί, θεράποντες Ἄρηος,
ἀνέρες ἔστε, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς·
ἠέ τινάς φαμεν εἶναι ἀοσσητῆρας ὀπίσσω,
ἠέ τι τεῖχος ἄρειον, ὅ κ' ἀνδράσι λοιγὸν ἀμύνᾳ;
οὐ μέν τι σχεδόν ἐστι πόλις πύργοις ἀραρυῖα,
ἣ κ' ἀπαμυναίμεσθ', ἐτεραλκέα δῆμον ἔχοντες·
ἀλλ' ἐν γὰρ Τρώων πεδίῳ πύκα θωρηκτάων,
πόντῳ κεκλιμένοι, ἐκὰς ἤμεθα πατρίδος αἴης.

θρῆνυν ὑφ' ἑπταπ. Apoll. in Lex. 750. ἁπτοπόδην Nitzsch. coniect. ad Od. 5, 160. — V. 730. ἐνθ' ὅγ' ἑστήκει Vind. quint. εἱστήκει Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 731. φέρει Harl. Lips. Vind. quint. — V. 737. οὐ μέν τις σχεδὸν V. Vind. et ol. vulg. H. Both. — V. 738. ἀπαμυνώμ. Vind. quint. ἐπαμυναίμ. Harl. Lips. all. quid. — V. 739. Τρώων ὁμάδῳ V. L. ap. schol. A. —

transtra, plurimi volunt, vid. scholl. Eust. 1040, 5. Et. M. 455, 1. et Apoll. Lex. all. Nitzschius ad Od. 5, 160. ἑπταπόδην, ut nimis vagum et incertum, mutaturus est in ἁπτοπόδην, idque intelligit de loco, in quo is sedit, cui velorum regendorum cura erat demandata. Putat igitur θρῆνυν nonnisi gubernatoris sedem declarare. Primum autem arctioribus nomen Homericum includit finibus; deinde verbum fingit novum et notioni isti minus aptum; denique ἑπταπόδην et librorum et grammaticorum consensione tutum certumque esse parum animadvertit.

V. 730. Aristarcheum εἱστήκει cum Vind. quinto probat Venetus. Formae passivae δεδοκημένος activam esse vim schol. observant, vid. similem aliorum usum, ut Hes. Scut. Herc. 214. Apoll. Arg. IV, 900, 1660.

V. 731. Indicativus quanquam ferri potest, in optativo tamen Eust. 1040, 16. et libri meliores recte subsistunt.

V. 736. Non Martium murum, cuius mentio est Il. 4, 407., sed moenia Achivis firmiora a poeta indicari post schol. Vict.: „βέλτιον οὐ κατεσκευασάμεθα," Heynius admonuit.

V. 737. Schol. A.: οὐ μέν τις, Ἀρίσταρχος χωρὶς τοῦ ς, οὐ μέν τι, cuius auctoritati cum Wolfio parui.

V. 738. Homericum transtulit Nic. Ther. 2. λύσιν δ' ἑτεραλκέα κήδεος, ad quem schol. nostra adscripsit.

V. 739. Correctoris manum prodit Τρ. ὁμάδῳ: πεδίον enim, quum in ipsis navium munimentis pugna conseratur, ineptum putavit. Id autem proxima satis vindicant.

τῷ ἐν χερσὶ φόως, οὐ μειλιχίῃ πολέμοιο.
Ἦ, καὶ μαιμώων ἔφερε ἔγχεϊ ὀξυόεντι.
ὅστις δὲ Τρώων κοίλῃς ἐπὶ νηυσὶ φέροιτο
σὺν πυρὶ κηλείῳ χάριν Ἕκτορος ὀτρύναντος,
τὸν δ' Αἴας οὔτασκε δεδεγμένος ἔγχεϊ μακρῷ·
δώδεκα δὲ προπάροιθε νεῶν αὐτοσχεδὸν οὗτα.

V. 741. μειλιχίῃ πολ. Dionys. Thrax. Ald. sec. — V. 743. ἐπὶ νηυοὶν ἄγοιτο Vind. quint. νῆας ἄγ. Harl. et editt. antiqq. — V. 745. ὀξεῖ χαλκῷ Vind. ed. ὀξέϊ δουρί editt. antiquiss. — V. 746. δώδεκα δὴ V. L. ap. Eust. 1040, 40.

V. 741. Dativum Aristarchum sanxisse schol. A. perhibet, importune autem commate distinxit Bothius eo consilio, ut φόως πολέμοιο comprehenderentur. Nam φόως sine ullo additamento prosperum belli successum sive victoriam et salutem apud Homerum solet significare, vid. 6, 6. 8, 282. 11, 797. 16, 39. Neque audiendus est schol. A., qui eodem fere modo interpretatur: τὸ γὰρ λεγόμενον τοιοῦτο, διὰ τὸ τοῦ πολέμου φῶς ἡμῖν ἐν ταῖς χερσίν, οὐκ ἐν τῇ μειλιχίᾳ ἀπαντήσει. Aristarchum enim nobis assentiri testis est Eust. 1040, 35.

V. 742. Verbum ἐφέπειν, ut hic legitur, nulli casui est iunctum 21, 542.; ἐφέπειν τι, rem obire, habes in Od. 9, 121. 12, 330. Alibi ἐφέπειν τινά, alicui instare, velut 11, 177. 21, 357, 494. 22, 188., significat, vid. ad 11, 496.

V. 745. Longa Aiacis hasta, qua Troas ignem navibus inferre parantes excipit, tum rei est aptissima, tum librorum optimorum auctoritate confirmata.

V. 746. Clausulam pulcherrimam, qua Aiacis virtus toties celebrata praecipue eminet, a diasceuastis assutam esse conqueritur Knigthius, et vers. nostri libri 726. cum rhapsodiae insequentis secundo proxime coniungit. Quibus deletis, Aiacis operam, navibus a Troum impetu et flammis defendendis dicatam, si non totam, certe maiore ex parte ad irritum cadere nemo non videt. Nec quisquam veterum, quantum quidem cognoscere licuit, in ea fuit sententia.

Digitized by Google

# ΙΛΙΑΔΟΣ II.

Achilles, a Patroclo exoratus, ei suis et armis et militibus in bellum exire permittit, monet tamen, ne Troianis a navibus repulsis ferocius instando vitae discrimen adeat v. 1 — 101. Aiace telorum multitudine cedere coacto, Troes ignem iniiciunt navi extrema, cuius flamma conspecta Achilles ipse amico auctor est, ut perditis Achaeorum rebus ocius ferat opem v. 102 — 129. Dum Patroclus arma induit, Pelides Myrmidonum cohortes obit et adhortatur, mox precibus et libatione Iovi oblatis, Patroclo duce, in proelium emittit. Illae a Menoetiade ad opus impigre faciundum denuo accensi animo prompto et alacri hostium aciem invadunt v. 130 — 277. Hi Achillis, ut putabant, adspectu perturbati paullulum cedunt, ignesque ab Achivis restinguuntur v. 277 — 305. Pugna vehementius exardescente, Patroclus et alii Danaorum principes Troas caedunt singulos, eorumque exercitum male mulcatum per vallum et fossas in aperta campi depellunt v. 306 — 418. Sarpedon, Iovis filius, ut suorum fugam sisteret, cum Patroclo congressus, eius hasta cadit et morti proximus Glaucum socium obsecrat, ut hostes spoliandi cupidos ab aditu prohibeat v. 419 — 507. Glaucus, cuius vulneri Apollo invocatus medetur, Hectore aliisque assumptis super Sarpedonis corpore novam et acerrimam excitat pugnam. Nihilominus Patroclus, Troianis et Lyciis fugatis, Sarpedonis arma eripit, nudum vero eius corpus Apollo Iovis iussu lavat et unguit, et per Mortem ac Somnum, fratres geminos, in patriam deferendum curat v. 508 — 683. Patroclus, Achillis monitis oblitus, Troianos fugientes ad urbem persequitur, unde Apollinis minis deterretur v. 684 — 711. Hectore ab eodem deo in pugnam remisso, Patroclus Cebrionem, illius aurigam, interficit, ac Danai diu frustra annisi caesi corpus tandem potiuntur, eique arma detrahunt v. 712 — 752. Iam Patroclo, in Troas iterum irruenti, Apollo obvius arma excutit. Quo facto Myrmidonum dux, primo ab Euphorbo vulneratus, tum Hectoris ense transfixus, diem obit supremum. Automedon vero, eius auriga, Hectoris impetum equorum pernicitate facile eludit v. 753 — 867.

Digitized by Google

## Πατρόκλεια.

Ὣς οἱ μὲν περὶ νηὸς ἐϋσσέλμοιο μάχοντο·
Πάτροκλος δ' Ἀχιλῆϊ παρίστατο, ποιμένι λαῶν,
δάκρυα θερμὰ χέων, ὥστε κρήνη μελάνυδρος,
ἥτε κατ' αἰγίλιπος πέτρης δνοφερὸν χέει ὕδωρ.
τὸν δὲ ἰδὼν ὤϊκτειρε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς,
καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·

V. 4. *χέεν* Et. magn. 27, 45. 281, 14. — V. 5. *ἰδὼν θάμβησεν* Ar. — V. 7. *δεδάκρυσσαι* V. et all. — V. 9. *αἰανοῦ* ἁπτομένοις Herod. *περὶ λέξ. μον.* 7, 30. — V. 10. *προσδέρκεται* Z. *προτιδέρκεται* H. — Ib. *ἂν ἕλαιται* Vind. quint. — V. 11.

V. 1. Heynius libri initium a versu 216, narratione ad summum rerum cardinem adducta, rectius exordiri statuit. Sed si rhapsodiae nostrae iure inscribunt *Πατρόκλειαν*, veniam proficiscendi, ab Achille Menoetiadae concessam, cum rebus gestis coniungendam, neque ab iis secernendam fuisse intelligitur. Respicit autem poeta primis verbis ad praegressa, ad nova transitum facturus, vid. Eust. 1041, 19. et schol. A. Apte igitur ab eodem principio plures Homeri rhapsodiae proficiscuntur, vid. Il. 7. 9. 12. 18. 20. 22. 23. et Od. 6. 7. 13, quanquam oratio alibi etiam hoc modo distinguitur, vid. 11, 596. 13, 673. Monosyllabum *νηῦς*, ubi *ἐϋσσέλμος* adiungitur, heroicus versus respuit. Quo factum est, ut nominativus eius adiectivi ab Homeri carminibus absit.

V. 5. Aristarchum, quod Achilles Patroclo obiecerit lacrymas, *θάμβησεν* dedisse, unus schol. Vict. narrat. Verum et alii dissident et Achilles, amici lacrymantis misertus, doloris causam improbare potuit.

V. 7. Consonae geminae ad numerorum integritatem inutili praeter Vindd., editt. antiqq. et Eustath. 1041, 46. obstat Ktym. M. 759, 20. Passivum autem lacrymis quasi oppletum significat, eique plerumque adnectitur nomen, ut in Od. 20, 204 *δεδάκρυνται δέ μοι ὄσσε*, add. ib. 353. Il. 22, 491. Proxima recitant Ktym. M. 654, 42. et schol. ad Soph. Trach. 1073; ea vero ex infantium indole, quorum preces mandatis sint similiores, bene repetunt scholl. BL. et Eust. 1042, 7.

V. 9. Herodiani mendum eximunt plurimi, cf. scholl. AL. Eust. 1042, 7. Qua origine ac mensura sit *ἑανὸς* post Clarkium diligentius excussit Buttmann. in Lexil. II, 9 sqq., qui τὸν *ἑανὸν* (vestem) mediam corripere iure affirmat; nam τὸ *ἑανόν*, a lexicographis omnibus fere allatum, ignorant poetae, vid. Il. 21,

Τίπτε δεδάκρυσαι, Πατρόκλεις; ἠύτε κούρη
νηπίη, ἥθ' ἅμα μητρὶ θέουσ' ἀνελέσθαι ἀνώγει,
εἱανοῦ ἁπτομένη, καί τ' ἐσσυμένην κατερύκει,
δακρυόεσσα δέ μιν ποτιδέρκεται, ὄφρ' ἀνέληται·
τῇ ἴκελος, Πάτροκλε, τέρεν κατὰ δάκρυον εἴβεις.
ἦέ τι Μυρμιδόνεσσι πιφαύσκεαι, ἢ ἐμοὶ αὐτῷ;
ἦέ τιν' ἀγγελίην Φθίης ἔξ ἔκλυες οἷος;
ζώειν μὰν ἔτι φασὶ Μενοίτιον, Ἄκτορος υἱόν,
ζώει δ' Αἰακίδης Πηλεὺς μετὰ Μυρμιδόνεσσιν·
τῶν κε μάλ' ἀμφοτέρων ἀκαχοίμεθα τεθνηώτων.
ἦέ σύγ' Ἀργείων ὀλοφύρεαι, ὡς ὀλέκονται

καταδάκρυον Ald. sec. — V. 12. ἦε schol. A. — Ib. πιφάσκεαι Apoll. de synt. II, 18, 137. — V. 13. ἐξέκλυες Vind. ed. St. ἐξ ἔκλ. vulgo. — V. 14. ζώειν μὲν Eust. 1042, 26. — V. 16. ἀκαχήμεθα Vind. ed. Rom. — Ib. τεθνειώτων iid. et ol. vulgo. —

507. Apoll. Arg. IV, 1155, 1189., nec grammatici doctiores adversantur, ut schol. Ven. ad Il. 14, 178 sq. Pollux. III, 37. VII, 51. Hesych. I, 1057. et Eustathius, cuius testimonia Devarii index contulit. Neque alios, si rem penitius examinaveris, ab illis discrepare cognosces, sicut Apoll. in Lex. 237. Etym. M. 308, 13. et Gud. 155, 36, in quo aliorum ope erit emendandum: *ἑανόν· τὸν ἐνδυτήριον πέπλον παρὰ τὸ ἕσασθαι, τὸ ἐνδύσασθαι*, corrupte enim fertur *τὸ ἐνδυτήριον* et *ἕσασθαι*.

V. 11. Praepositionem ad verbum esse adiungendam argumento sunt Il. 3, 142. 19, 323. Od. 16, 332. Apoll. Arg. III, 461 sq.

V. 12. Schol. A. in lemmate habuisse videtur *ἦ ἔτι*, unde id adscripsit Heynius; apud Bekkerum nonnisi haec leguntur: „*ἦ· πάντες περιεσπάσθησαν οἱ σύνδεσμοι κατὰ λόγον τῶν ἐρωτηματικῶν. Πιφαύσκω* et *πιφάσκω* aliquoties variare constat: illud vero Homero vindicat librorum et multitudo et praestantia, hoc apud Hesiod. in Theog. 655. remansit. Ancipitem syllabae primae mensuram recte definivit Passov. in Lex. v. *πιφαύσκω*, add. Comment. nostram de pros. Gr. §. 50, 3. annot.

V. 13. Particulam ac verbum dissociari bene vidit schol. A. Haec autem ac similia tenore esse erigenda dixi ad Il. 5, 157.

V. 14. In Eustathii commentariis sive librariorum sive typothetarum incuria distributivum supposuit affirmativo, pro quo et libri spondent et schol. ad Od. 5, 394. Idem cum Veneto, aliis pluribus et Eustathio 1042, 23. optativo, Achillis menti perquam accomodato, venit subsidio.

V. 17. Ad genitivum explicandum, etsi veteres *περὶ* extrinsecus advocant, nulla omnino egemus ellipsi. Sicut enim alia affectus verba secundum adsciscunt casum, ita *ὀλοφύρεσθαι* ei passim jungitur, vid. 8, 33, 202, 464. 22, 169 sq.



Digitized by Google

νηυσὶν ἔπι γλαφυρῇσιν ὑπερβασίης ἕνεκα σῆς;
ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα εἴδομεν ἄμφω.
Τὸν δὲ βαρυστενάχων προσέφης, Πατρόκλεις ἱππεῦ·
ὦ Ἀχιλεῦ, Πηλέος υἱέ, μέγα φέρτατ' Ἀχαιῶν,
μὴ νεμέσα· τοῖον γὰρ ἄχος βεβίηκεν Ἀχαιούς.
οἳ μὲν γὰρ δὴ πάντες, ὅσοι πάρος ἦσαν ἄριστοι,
ἐν νηυσὶν κέαται βεβλημένοι οὐτάμενοί τε.
βέβληται μὲν ὁ Τυδείδης κρατερὸς Διομήδης·

V. 20. προσέφη Rom. et libror. pars. — V. 21. Πηλίως υἱέ Ptolem. Plutarch. de aud. poet. VI, 125., Πηλῆος υἱέ Harl. Thiersch. in gr. Gr. §. 194, 46. b. Both. — V. 22. Ἀχαιῶν Bentlei. coniect. — V. 23. πέρος εἰσὶν ἄρ. id. — V. 25. μὲν Τυδ. Aristoph. H. — V. 28.

V. 18. Homerus verborum nominibus non raro utitur sensu translato, quanquam illa ipsa vel semper vel plerumque dicuntur proprie. Horum ex numero sunt ὑπερβαίνειν et ὑπερβασίη, quorum alterum iniuriam admissam nunquam non significat, vid. 3, 107. 23, 589. Od. 3, 206. 13, 193. 22, 64, 168, alterum vero nonnisi semel ita reperitur Il. 9, 501.

V. 19. Adfuere haec in Thetidos et Achillis colloquio 1, 363. adde 18, 74.

V. 20. Personam alteram, scribarum socordia e Rom. sublatam, quum libri plurimi cum interprete Veneto tuentur, tum Herodian. περὶ σχήμ. 89. Quo crebrius autem hac dicendi forma poeta utitur, eo minus erit suspicionis, vid. infra v. 744, 754, 787. et alibi

V. 21. Schol. Victor.: Πηλέως υἱέ, οὕτως Πτολεμαῖος. οἱ δὲ ὑπομνησάμενοι Ἰακῶς. Quod quid fuerit, litigari potest; intactum igitur reliqui vulgare, librorum consensu firmatum, vid. ad 1, 489.

V. 22. Nihil falsi subesse 10, 445. et Etym. M. 193, 36. ostendunt.

V. 23. Adverbio πάρος praesens solum convenire Bentleius autumavit. Quam opinionem veritate esse destitutam multa Homeri probant exempla, vid. 11, 111. 16, 557. 17, 270. 23, 604. Od. 2, 119. 6, 325. 13, 314. Hesiod. Scut. Herc. 119. Imperfectum enim rei praeteritae est appositum, add. Wolf. praef. ad edit. nov. p. LXXVII.

V. 28. Particula duplex et numerorum concinnitati et sententiae ponderi conducit. Fuisse autem praeter Podalirium et Machaonem alios medicos in Achivorum exercitu e poetae verbis colligunt schol. A. et Eust. 1043, 57. add. Il. 13, 213. Quint. Sm. IV, 211. Nec minus idem de Troianorum medicis, quorum Homerum nunquam meminit, in Posthum. III, 291. X, 254. narrat. Verbum ἀμφιπένεσθαι curae, quae sauciis et mortuis debetur, praecipue congruit, vid. 4, 220. 13, 656. Od. 19, 455; inde pri-

οὔτασται δ' Ὀδυσεὺς δουρικλυτὸς ἠδ' Ἀγαμέμνων·
βέβληται δὲ καὶ Εὐρύπυλος κατὰ μηρὸν ὀϊστῷ.
τοὺς μέν τ' ἰητροὶ πολυφάρμακοι ἀμφιπένονται
ἕλκε' ἀκειόμενοι· σὺ δ' ἀμήχανος ἔπλευ, Ἀχιλλεῦ.
μὴ ἐμέγ' οὖν οὗτός γε λάβοι χόλος, ὃν σὺ φυλάσσεις·
αἰναρέτη, τί σεν ἄλλος ὀνήσεται ὀψίγονός περ,
αἴ κε μὴ Ἀργείοισιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμύνῃς;
νηλεές· οὐκ ἄρα σοίγε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεύς,

μὲν ἰητροὶ Lips. Harl. — V. 29. ἕλκε' ἀκειάμενοι V. Rom. — V. 30. ἐμὲ γοῦν vulgo et W. — Ib. λάβῃ Lips. — V. 31. αἰν' ἀρετῆς vel αἰναρέτης grammaticor. pars, αἰναρέτη Vind. ed. — Ib. τίς σεν ἄλλος ol. vulgo. — V. 32. ἀμύνοις Vind. quint. —

mum ad animalia mortuorum corpora sectantia, ut 21, 103. 23, 184, tum ad alia quaecunque transfertur, vid. Il. 19, 278. 24, 124. Od. 15, 467.

V. 29. Aoristum *ἀκειάμενοι* minus quadrare Heynius vidit; praesenti vero et Vindd. cum plerisque et Eust. 1043, 58, a quo Rom. temere defecit, tuentur, add. Od. 14, 383. et Apoll. Lex. 74, in quo *ἀκειόμενον* vitiosius solet edi.

V. 30. Receptum Veneto auctore mutavi. Coniiciendo in idem incidit Thiersch. in gr. Gr. §. 329, 1. cfr. ad 5, 258.

V. 31. Aristarchi iudicium ad haec constituenda tanti fuit momenti, ut compositum *αἰναρέτης* et eius vocativum critici Alexandrini aliis spretis comprobarent. Illi vero conferunt *ὑψαγόρης*, *μισογύνης* ac similia ab eius generis nominibus prognata. Quod qui ignorarent aut *αἰναρέτης* cum praecedente *χόλος* consociasse aut *αἰν' ἀρετῆς* dedisse schol. A. et Eustath. 1043, 51 sq. testantur. Aristarcho optimi quique accedunt grammatici, velut Apoll. in Lex. 65. Etym. M. 670, 15. clk 36, 9. Hesych. I, 165. Zonar. I, 70., neque abhorrent *παρασύνθετα* alia, qualia sunt *αἰνόγαμος* Eurip. Hel. 1120. Opp. Cyn. I, 261, *Αἰνόπαρις* Eur. Hec. 965. Clausulam versui olim impositam, ut numeris infestam iam notavit Barnesius. Neutrum, praeterquam quod in Aldina prima legitur, Ven. et schol. A. obtulerunt, neque illud absurdum habuerim. Plerumque quidem *ὀνίνημι* significat *adiuvo*, et personae accusativum sibi poscit, ut in Il. 1, 503. 5, 205. 7, 172. 8, 36, 467. 24, 45. Od. 23, 24, sed medium aliqua re *iuvari* sive *recreari*, cf. Il. 6, 260. Od. 14, 415. et genitivo adiecto ib. 19, 68. Ait igitur Patroclus: „male fortis, quae tui posteris erit utilitas, si ne ab Achaeis quidem perniciem funestam defendes!“ Quare recentissimis quibusque editoribus sum adstipulatus.

V. 32. Nulla est fides optativo, quem librarius ipse amovit scribendo *ἀμύνοις*, vid. Matth. in gr. Gr. §. 525. b.

οὐδὲ Θέτις μήτηρ· γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα,
πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής.
εἰ δέ τινα φρεσὶ σῇσι θεοπροπίην ἀλεείνεις,
καί τινά τοι παρ Ζηνὸς ἐπέφραδε πότνια μήτηρ·
ἀλλ' ἐμέ περ πρόες ὦχ', ἅμα δ' ἄλλον λαὸν ὄπασσον
Μυρμιδόνων, ἵν πού τι φόως Δαναοῖσι γένωμαι.
δὸς δέ μοι ὦμοιιν τὰ σὰ τεύχεα θωρηχθῆναι,
αἴ κ' ἐμὲ σοὶ ἴσκοντες ἀπόσχωνται πολέμοιο
Τρῶες, ἀναπνεύσωσι δ' Ἀρήϊοι υἷες Ἀχαιῶν
τειρόμενοι· ὀλίγη δέ τ' ἀνάπνευσις πολέμοιο.
ῥεῖα δέ κ' ἀκμῆτες κεκμηότας ἄνδρας ἀϋτῇ

V. 34. σ' *τικτε* V. all. et Plut. de discr. adulat. et amic. VI, 246. et de sollert. animal. X, 42. [T. II. p. 970. B.] — V. 35. *ὅ τι τοι* Plut. loc. prior., *ὅτε τοι* Ar. — V. 36. *ἀλειὴης* Harl. — V. 38. *ἄλλων* Both. coniect., sed vid. 11, 796. — V. 39. *ἤ πού τι* Vind. ed., male. — V. 41. *αἴ κέ με* V. ol. vulgo et H.

V. 34. Augmento, quo numerorum incessus frangitur, Vindd. et schol. Theocr. ad Id. III, 15. intercedunt. Mare nonnisi semel ab Homero *γλαυκὸν* appellari, Hesiodum vero *γλαυκὴν δυςπέμφελον* nominis instar in Theog. 400. posuisse schol. A. nos commonefacit.

V. 35. Schol. Vict. ita praecipit: *ὅ τι τοι τρία μέρη λόγου, ἵν' ᾖ τὸ ὅ ἀντὶ τοῦ διό· περισπᾶται δὲ τὸ τε. Ἀρίσταρχος δὲ γράφει, ὅτε τοι.* Illud agnoscere videtur Plutarchus, sed parum placet. Aristarchus num *ὅ τι τοι νόος* an *ὅτε τοι νόος* voluerit, non satis constat. Qua de causa, tametsi utroque Patrocli opprobria quodammodo mitigentur, rumores dubii et fortasse vani librorum consensui erant posthabendi.

V. 36. Indicativum ab omnibus fere traditum Il. 11, 794 sqq. tuetur. Etenim Patroclus consilio a Nestore sene, sapientissimo et de rebus Danaorum afflictis sollicito, proposito utitur. Nulla igitur subest ratio, cur versus decem e Patroclea in Agamemnonis *ἀριστείαν* temere invectos statuamus, praesertim quum veteres iudices et modestiores et intelligentiores nonnisi duo postremos suspectos habeant. Quodnam vaticinium Nestor et Patroclus respexerint, frustra quaesiverunt. Mortem enim praematuram a Thetide filio praedictam, vid. 9, 410., non magis huc pertinere crediderim quam alia ex Il. 17, 408. 18, 8. allata. De priore Achilles ipse ingenue professus est: posteriora ad desidiam eius explicandam nihil prorsus valent. Putarunt potius Nestor et Patroclus oraculum aliis ignotum per matrem Achilli esse factum.

V. 41. Grammatici *ἴσκειν* sive *ἴσκειν* Homero *assimilare* (*ὁμοιοῦν*), nec vero *dicere* significare ex Aristarchi auctoritate saepius admonent, vid. Buttm. in Lexil. II, 62 sqq. et Lehrs. de Arist. stud. Hom. 105 sq. Ptolemaeo, simplici vocali contento, usus et consuetudo paruisse videtur.

ὥσαιμεν προτὶ ἄστυ νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων,
Ὡς φάτο λισσόμενος, μέγα νήπιος· ἦ γὰρ ἔμελλεν
οἱ αὐτῷ θάνατόν τε κακὸν καὶ Κῆρα λιτέσθαι.
τὸν δὲ μέγ' ὀχθήσας προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·
Ὤ μοι, Διογενὲς Πατρόκλεις, οἷον ἔειπες·
οὔτε θεοπροπίης ἐμπάζομαι, ἥντινα οἶδα,
οὔτε τί μοι πὰρ Ζηνὸς ἐπέφραδε πότνια μήτηρ·
ἀλλὰ τόδ' αἰνὸν ἄχος κραδίην καὶ θυμὸν ἱκάνει,
ὁππότε δὴ τὸν ὁμοῖον ἀνὴρ ἐθέλῃσιν ἀμέρσαι,
καὶ γέρας ἄψ ἀφελέσθαι, ὅ τε κράτεϊ προβεβήκῃ·
αἰνὸν ἄχος τό μοί ἐστιν, ἐπεὶ πάθον ἄλγεα θυμῷ.

— Ib. ἐλκοντες Ar., ut videtur. V. 45. ποτὶ Eust. 1044, 24. Rom. — V. 47. οἱ αὐτῷ Vind. ed. all. — Ib. λίτεσθαι Ptolem. — V. 50. εἴ τινα Ar. — V. 51. ὑπέφραδε Vind. quint. — V. 53. ὁππότε τις Ar. — V. 54. προβεβήκει ol. vulgo.

V. 44 sq. Apollonius in Lex. 78 sq. adscripsit, cui participium, librarii festinatione neglectum, ex Homero reddatur.

V. 47. Λιτέσθαι etsi praesentis neque aoristi sit infinitivus, prouti ἰδέσθαι, ἑκέσθαι, λιπέσθαι iisque cognata, paenultimam acuere Herodianus censuit, vid. schol. A. Eust. 1045, 1. et Etym. M. 567, 27 sqq., in quo diversorum praecepta in unum coaluerunt. In tenoribus autem ponendis, Aristarcho duce, magistri meliores aliorum forma ac specie similium normam intueri maluerunt, quam ex temporum nominumque discrimine rem aestimare, vid. Lehrs. de Ar. stud. Hom. 263 sq. Quapropter Thiersch. in gr. Gr. §. 232. p. 395. 86. a vero aberravit.

V. 50. Aristarchi εἴ τινα Achilli animae prodigo magis congruum ducit schol. A. Quodsi de vitae brevitate sermo est, in eo acquiescamus oportet iudicio, sin minus, aptius etiam erit vulgare. Negat enim Pelides se ullo deorum effato a belli periculis absterreri. Initium horum redit in Od. 2, 201.

V. 54. Veteres, utrum ὅτε an ὅ τε dederit poeta, ambigunt, vid. schol. A. et Eust. 1045, 43. Hoc autem regiam Agamemnonis potentiam, de qua et Nestor et rex Achivorum ipse faciunt mentionem 1, 281. 9, 160. manifestius indicari patet. Subiunctivo e Veneto a Wolfio restituto eo plus fidei erit, quo infestior est Pelides illi Atridae dominationi, vid. 9, 323. et Herm. in Opusc. II, 22. Nostris fere concinunt 6, 125, 23, 890. et proxime ad ea accedunt Neptuni querelae 15, 209 sqq.

V. 55. Coniungenda haec esse prioribus schol. A. et Wolfius in praef. ed. nov. p. LXXXI. recte observant. Perstringit enim Achilles ingratum Agamemnonis animum, qui sibi de exercitu optime merito tantam intulerit contumeliam, vid. 1, 162. 9, 321. cll. 1, 229, 299. 9, 335 sq.

κούρην ἣν ἄρα μοι γέρας ἔξελον υἷες Ἀχαιῶν,
δουρὶ δ' ἐμῷ κτεάτισσα, πόλιν εὐτείχεα πέρσας,
τὴν ἄψ ἐκ χειρῶν ἕλετο κρείων Ἀγαμέμνων
Ἀτρείδης, ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην.
ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν· οὐδ' ἄρα πως ἦν
ἀσπερχὲς κεχολῶσθαι ἐνὶ φρεσίν· ἦτοι ἔφην γε
οὐ πρὶν μηνιθμὸν καταπαυσέμεν, ἀλλ' ὁπότ' ἂν δὴ
νῆας ἐμὰς ἀφίκηται ἀϋτή τε πτόλεμός τε.
τύνη δ' ὤμοιιν μὲν ἐμὰ κλυτὰ τεύχεα δῦθι,
ἄρχε δὲ Μυρμιδόνεσσι φιλοπτολέμοισι μάχεσθαι,
εἰ δὴ κυάνεον Τρώων νέφος ἀμφιβέβηκεν
νηυσὶν ἐπικρατέως, οἱ δὲ ῥηγμῖνι θαλάσσης
κεκλίαται, χώρης ὀλίγην ἔτι μοῖραν ἔχοντες,
Ἀργεῖοι, Τρώων δὲ πόλις ἐπὶ πᾶσα βέβηκεν

V. 57. εὐτείχεον Lips. et paucl. — V. 59. ὡς εἰ V. μεταναστήν Ar. — V. 60. οὐδ' ἄρα περ ἦν Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 63. τε πόλ. Ald. sec. — V. 66. ἦ δῆ V. L. ap. scholl. BDL. — V. 69. βεβήκει Harl. — V. 70. λεύ-

V. 57. Lipsiensis vel aliis locis inductus, ut Il. 1, 129. 2, 113, 288, vel tenoris insolentia offensus a recepto declinavit. Paroxytonum vero e metaplasmo subortum copiosius exponunt schol. A., Eustath. 1045, 60. et Ktym. M. 399, 8, add. Thiersch. in gr. Gr. §. 200. 10.

V. 59. Femininum, ad Briseidem referendum, quomodo exaraverint veteres, parum constat, siquidem Massiliensi ac Rhiano μεταναστεῖν, Aristarcho μετανάστην dant schol. Vict. et Ven. B. Itaque satius erit nihil mutare, et μετανάστην Achillem ipsum intelligere, vid. 9, 648. Accusativus autem non pro genitivo potest accipi, sed a verbo ei structurae consentaneo repetatur necesse est. Achilles enim ait: „haec e manibus iterum abstulit Agamemno, ac si inhonestum aliquem inquilinum spoliaret.“

V. 60. Clausulam emendant libri et Eust. 1045, 63, quem non moratus est Romanae editor. Priora in re simillima repetita habes 18, 112. 19, 65.

V. 63. Hermannus in Opusc. I, 283. optativum reponendum statuit. Neque negaverim eum modum Achilli eadem Achaeorum legatis 9, 610 sqq. professo aptiorem videri. Sed omnes omnino in subiunctivo consentiunt, neque illum depellendum crediderim, quod conditio a Pelida posita belli eventui adstringitur.

V. 64. „Arma mea indue humeris,“ vid. 9, 596., saepius vel accusativum, cf. 7, 193. 8, 387. 16, 129. 18, 192., vel praepositiones ἀμφί, περί, ἐν, semel ἐς verbum illud sibi adsciscit, velut 3, 328. 8, 43. 13, 464. Od. 23, 366. Il. 10, 272. et Od. 22, 201.

V. 66. Quandoquidem densae Troum catervae in naves ingruunt, loci adverbium glossam sapit. Nubi vero alias etiam com-

θάρσυνος. οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσσουσι μέτωπον
ἐγγύθι λαμπομένης· τάχα κεν φεύγοντες ἐναύλους
πλήσειαν νεκύων, εἴ μοι κρείων Ἀγαμέμνων
ἤπια εἰδείη· νῦν δὲ στρατὸν ἀμφιμάχονται.
οὐ γὰρ Τυδείδεω Διομήδεος ἐν παλάμῃσιν
μαίνεται ἐγχείη Δαναῶν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι·
οὐδέ πω Ἀτρείδεω ὀπὸς ἔκλυον αὐδήσαντος
ἐχθρῆς ἐκ κεφαλῆς· ἀλλ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο,
Τρωσὶ κελεύοντος, περιάγνυται· οἱ δ' ἀλαλητῷ
πᾶν πεδίον κατέχουσι, μάχῃ νικῶντες Ἀχαιούς.
ἀλλὰ καὶ ὣς, Πάτροκλε, νεῶν ἀπὸ λοιγὸν ἀμύνων
ἔμπεσ' ἐπικρατέως, μὴ δὴ πυρὸς αἰθομένοιο
νῆας ἐνιπρήσωσι, φίλον δ' ἀπὸ νόστον ἕλωνται.
πείθεο δ', ὥς τοι ἐγὼ μύθου τέλος ἐν φρεσὶ θείω,

σουσι V. et all. pauci. — V. 71. ἐναύλους all., ut videtur. — V. 73. ἀμφὶ μάχ. Heynio placet. — V. 75 et 80. ἄπο Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 76. ἔπος Vind. et commentarii. —

parantur militum cohortes, vid. 4, 274, 281 sqq., e quo, cur nigrae vocentur phalanges, licet intelligere.

V. 69. Plusquamperfectum cum libris reiicit Etym. M. 680, 4.

V. 70. Veneto λεύσουσι errore esse illatum alia docent plura, vid. 1, 120. 3, 110. 5, 771. 16, 127. 19, 19. 20, 346.

V. 71. Schol. A.: „οὕτως ἐναύλους διὰ τοῦ ν̄, ex quo alios ἐπαύλους habuisse colligere licet. Illud verum esse, sive castrorum fossas sive agri Troiani fluvios rivosque eo indicari putaveris, vid. Eustath. 1046, 38, Homeri usus ac ratio ostendunt. Significat enim primum torrentium amniumque *alveos*, ut Il. 21, 283, 312. Quint. Sm. II, 472. XIV, 83, inde demum et ad maris *vada*, cf. Oppian. Hal. I, 105. III, 5., et ad montium silvarumque *convalles* traducitur, ut in hymn. Hom. in Ven. 74, 124, in Apoll. Arg. I, 1226. Utraque potestas admodum familiaris est Nonno, vid. Dionys. I, 269. II, 54. 58. 451. III, 16. et alibi.

V. 73. Cf. ad 6, 461.

V. 75 et 80. Iure parcerunt scholiastae A. sic praecipienti: „τὸ ἐξῆς ἐστιν ἀπαμῦναι· διὸ οὐκ ἀναστρεπτέον τὴν πρόθεσιν.

V. 76. Casus bis repetitus effecit, ut alii ἔπος inveherent, alii ἄπο refingerent. Alterum horum aperte falsum est, alterum et incommodum et sermoni Homerico contrarium, vid. 22, 451. Od. 10, 311, 481, 189. 12, 271, 340.

V. 78. Περιάγνυται vocem repercussam et proinde ad aures plenius allatam denotat. Quod quum schol. Vict. glossa παραπορεύεται minus exprimat, certe περιπορεύεται erit corrigendum. Ita iubet Apoll. in Lex. 547 περικατακλᾶται καὶ οἷον περιέρχεται, add. Eust. 1046, 45. Et. M. 12, 11. et Hes. Sc. Herc. 279. 348.

ὡς ἄν μοι τιμὴν μεγάλην καὶ κῦδος ἄρηαι
πρὸς πάντων Δαναῶν, ἀτὰρ οἱ περικαλλέα κούρην
ἄψ ἀπονάσσωσιν, ποτὶ δ' ἀγλαὰ δῶρα πόρωσιν.
ἐκ νηῶν ἐλάσας ἰέναι πάλιν· εἰ δέ κεν αὖ τοι
δώῃ κῦδος ἀρέσθαι ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης,
μὴ σύγ' ἄνευθεν ἐμεῖο λιλαίεσθαι πολεμίζειν
Τρωσὶ φιλοπτολέμοισιν· ἀτιμότερον δέ μ' ἔθησεις.

V. 84. ἄροιο Eust. 1046, 58. Rom. Vind. un. — V. 85. ἀτάρ οἱ Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 86. ἀπονάσσωσιν Lips. — Ib. προτὶ Vind. quint. — V. 87. αὖ τε Vind. un. αὐτὸς Thom. Mag. 226. et Phrynich. 345. — V. 90. θήσῃς schol. Pind. ad Ol. 9, 115. — V. 91. μή σύγ'

V. 84. Optativo nec sententia favet neque libri patrocinantur.

V. 85. Schol. A., nisi corruptela subest, articulum inclinari iubet, scholl. Bl. merito dissidentibus.

V. 86. Lipsiensem in viam reducunt V. Vindd. et plerique, qdd. Etym. M. 128, 18. Eius vero auctor scholiastae A. praeceptum in suam convertit utilitatem, dum reddit ἀπονάσσωσιν εἰς τοὔπίσω ἀποκαταστήσουσι καὶ ἀποδώσουσιν. Significat igitur ἀπονάειν *pristino domicilio restituere*, proprie autem *in aliam sedem aliquem transferre* (ἀποικίζειν), vid. Apoll. Rh. IV, 1492, simplex νάσσα Od. 4, 174. et κατέναασσα apud. Hesiod. Theog. 329. Op. 168. Crebrius etiam medium reperitur: *in aliam terram migrare*, conf. Il. 2, 629. Od. 15, 254. Apoll. Rh. II, 520, 906.

V. 87. Vid. Lobeck. ad Phrynich. 345 sq. et Ritschel, ad Thom. Mag. 91.

V. 89. Zenodotus tribus versibus 89 — 94 comprehendit, ita scriptis:

μὴ σύγ' ἀγαλλόμενος πολέμῳ καὶ δηϊοτῆτι
Τρῶας ἐναίρόμενος προτὶ Ἴλιον αἰπὺ δίεσθαι,
μή σ' ἀπογυμνωθέντα λάβῃ κορυθαίολος Ἕκτωρ.

Quam Zenodoti emendationem tenuiter et ieiune compositam esse veteres censuerunt iudices, unde in eius ludibrium Dionysius Thrax μή σ' ἀπογ. δάκῃ κορυθ. Ἕκτωρ fecisse dicitur. Neque est, cur in Apollonis mentione haereamus, quippe qui Troianis semper fere auxilietur et Patroclo postea interitum meditetur. Accedit, quod singula quaeque a grammaticis allata videmus; ita v. 89. partem habes in Apoll. Lex. Hom. 493. et apud Apoll. Alex. de coniunct. 517, 28, versum 291, quemadmodum in libris legitur, recitat Erotian. in Lex. Hippocr. p. 98, denique v. 94. a Zenodoto sublatus in eodem Apollonii Lexico 258. integer exstat, add. Eustath. 1047, 28. et Lobeck. ad Soph. Ai. 1335.

V. 93. De triplici varietate πάλιν τρωπᾶσθαι, quae vulgaris et Vindd. est, παλιντροπάασθαι et πάλιν τροπάασθαι egi in Excurs. XIX.

V. 96. Cum Aristarcho Ven. libr. alii et Eustath. 1047, 3.

μηδ' ἐπαγαλλόμενος πολέμῳ καὶ δηϊοτῆτι,
Τρῶας ἐναιρόμενος, πρὸς Ἴλιον ἡγεμονεύειν,
μή τις ἀπ' Οὐλύμποιο θεῶν αἰειγενετάων
ἔμβῃ· μάλα τούς γε φιλεῖ ἑκάεργος Ἀπόλλων·
ἀλλὰ πάλιν τρωπᾶσθαι, ἐπὴν φάος ἐν νήεσσιν
θήῃς, τοὺς δέ τ' ἔᾶν πεδίον κάτα δηριάασθαι.
[εἰ γάρ, Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον,

ἀγ. Z. μηδ' ἐπ' ἀγ. V. — V. 92. ποτὶ editt, vulg. — V. 93. αἰεὶ γενετ. V. — V. 95. παλιντροπάασθαι H. πάλιν τροπ. V. — V. 96. θείης Vind.ed. et ol. vulgo. — Ib. τοὺςδέ δ' ἔᾶν et καταδηριάασθαι id. H. et illud vulgo. ἔα editt. antiquiss. —

faciunt, vid. Excurs. I. Proxima ad Veneti et meliorum arbitrium in integrum sunt restituta.

V. 97 sqq. Priusquam de his quattuor versibus generatim dicam, singula, quae in disceptationem veniunt, breviter pertractabo. Ac primum quidem v. 99 multorum exercuit ingenium. Etenim iam ab antiquissimis temporibus tum de modo tum de pronominis casu in diversas abierunt partes. Plurimi ἐκδύμεν sive potius ἐκδύμεν' ὄλεθρον, quemadmodum Venet. exhibet, scholl. consentientibus, pro infinitivo, νῶϊν autem pro dativo habuerunt, dicendi autem genus ellipticum subesse rati, γένοιτο, εἴη vel δοίητε subiecerunt, i. e. *nobis vero contingat, ut perniciem effugiamus.* Neque aliam rationem aut Wolfius aut Dammius in Lex. Hom. p. 350 inverunt. Tenorem autem veterum iniuste reprehendit Buttmann. in Lexil. I, 55, cui Wolfianum non erat transferendum ad antiquos, qui, quum infinitivum trisyllabum adesse existimarent, vere et convenienter acuto sunt usi. Defendat tamen properispomenum non tam trisyllabum δύμεναι quam bisyllaba θεῖναι, στῆναι, δοῦναι, etsi libri non minus, excepto Vindob. edito, quam editiones antiquissimae veterum magistrorum normae concinunt. Praeterea schol. Victor., cur optativum repudiaverint, aperte prodit hisce: εἰ γὰρ τοῦ δύσιμεν εὐκτικοῦ συγκοπὴν αὐτὸ φήσομεν, οὐ κατάλληλος ἔσται ὁ λόγος. Modum igitur illum dativum νῶϊν excludere censuerunt. Ad quam molestiam removendam Eustath. 1047, 37 νῶϊ δ' ἐκδῦμεν ὅλ., quorum prius agnoscit Vind. quint., recepit illudque ἡμεῖς exposuit. Utrumque comproberunt Buttmann. in Lexil. I, 56. et Bothius. Bekkerus contra in cens. ed. Wolf. 154 sq. et Thiersch. in gr. Gr. §. 231, 10. cll. 204, 6. νῶϊν habent nominativum. Sed de eo licebit dubitare, praesertim quum Od. 23, 52, quo nituntur, σφῶϊν dativum esse Buttmannus docuerit. Tertia denique controversia de optativi eius forma superest, alii enim ἐκδῦμεν, alii, ut Bekkerus et Hermannus in Op. I, 289, ἐκδῦμεν, ad regulam communem exarari iubent. His quidem Buttmannus l. all. et in gr. ampl. §. 107, annot. 36. grammaticorum antiquorum praecepta obiecit. E quibus Eustath. 1047, 53. sic

μήτε τις οὖν Τρώων θάνατον φύγοι, ὅσσοι ἔασιν,
μήτε τις Ἀργείων, γῶϊν δ' ἐκδῦμεν ὄλεθρον,
ὄφρ' οἷοι Τροίης ἱερὰ κρήδεμνα λύωμεν.]
Ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον.
Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνε· βιάζετο γὰρ βελέεσσιν·

V. 98. φίγῃ Lips. — V. 99. ἐωῖν δ' ἐκδύμεν' ὅλ. V. et H. ἐκδύμεν' ὅλ. W. νωῖ δ' ἐκδῖμεν ὅλ. Vind. quint. — V. 100. λύ-οιμεν Vind. ed. Clark. St. et all. — V. 103. δάμνα μὲν editt.

commentatur: τὸ δὲ ἐκδῦμεν ὄλεθρον ἢ ὡς ἀπαρέμφατον ἐλλειπτικῶς κεῖται ἀντὶ τοῦ δοίητε ἐκδῦναι ἡμᾶς τὸν ὄλεθρον, ἢ συγκέκοπται ἀπὸ τοῦ ἐκδύοιμεν εὐκτικοῦ, ἵνα μὴ πρὸ συμφώνου εὐρεθείη ἡ νι λήθοιμεν, vid. eundem 938, 43. 1224, 58. et Choeroboscum ad Theodor. canon. in Bekk. An. Graec. II, 1292, qui Apollonium eius rei testem excitat. Nihilominus infinitivi dativo iuncti causam recte, ut opinor, egit Bernhardy in synt. Graec. p. 358, etsi exempla quaedam proposito suo parum apta immiscuit. Reliqui igitur vulgatam, optimorum quorumque praesidio sustentatam. Versu postremo optativus et coniunctivus fluctuant: illum e Vindob. edito ad alios propagatum Hermannus in Op. I, 288. meliorem iudicat. Equidem λύωμεν a Ven. Harl. Vindob. quint. et aliis libris, quibus Plutarch. de aud. poet. VI, 91. et Eustathius accinunt, suppeditatum Achilli minanti ac Troianis perniciem quasi denuntianti magis convenire existimaverim. Si quae autem ab Homeri norma et consuetudine aliena hic reperiuntur, iis multo minus movebimur, reputantes iam veteribus hos versus admodum suspectos fuisse. Nam Zenodoto, qui diasceuastarum manus deprehendere sibi visus est, Aristarchus cautior et magis religiosus assensum praebuit. Quattuor igitur versus ab iis, qui puerorum amores, aetati illi ignotos, Homeri numine et Achillis exemplo commendandos ducerent, insertos censent. Qua de coniectura admonet schol. A., dum ait: „ἀθετοῦνται στίχοι τέσσαρες, διότι κατὰ διασκευὴν ἐμφαίνουσι γεγράφθαι ὑπό τινος τῶν νομιζόντων ἐρᾶν τὸν Ἀχιλλέα τοῦ Πατρόκλου· τοιοῦτοι γὰρ οἱ λόγοι πάντες ἀπόλοιντο πλὴν ἡμῶν. καὶ ὁ Ἀχιλλεὺς ὁ (leg. οὐ) τοιοῦτος, συμπαθὴς δέ. Magis etiam horum fidem elevat schol. Vict., qui preces Pelidae ineptas ac pueriles dicit, et τῶϊν pro nominativo poni negat. Ad ista respondent scholl. BL.: Achillem nonnisi ducum mortem optare, neque iniuria Troianos enim nomini Achivo esse inimicos, Graecos ei contumelia oppresso nihil tulisse praesidii. Augeri praeterea Patrocli gratiam, cuius misericordia Pelides tactus Achaeos sibi invisos e rerum discrimine velit eripere, add. Eust. 1047, 48. Sed si omnia consideraveris, preces istas vanas atque inanes esse intelliges, unde vereor, ne recte statuerint veteres. Longe enim alia ratio eorum est, quae Diomedes in Il. 9, 48 sq. de se et Sthenelo profitetur. Neque Apollo invocatus, etsi formula precandi valde est usitata, vid. 2, 371. 4, 288. 7, 132. Od. 4, 341. 7, 311. 18, 235. 24, 376., huic quidem loco congruit: illum enim Troianorum fuisse deum tutelarem paullo antea cognovimus. Hisce igitur causis motus versibus istis,

δάμνα μιν Ζηνός τε νόος, καὶ Τρῶες ἀγαυοὶ
βάλλοντες· δεινὴν δὲ περὶ κροτάφοισι φαεινὴ
πήληξ βαλλομένη καναχὴν ἔχε· βάλλετο δ' αἰεί·
καὶ φάλαρ' εὐποίηθ'· ὃ δ' ἀριστερὸν ὦμον ἔκαμνεν
ἔμπεδον αἰὲν ἔχων σάκος αἰόλον· οὐδ' ἐδύναντο

antiquiss. — V. 104. δεινῇ V. et Vind. un. δεινὸν Vind. quint. — V. 105. τύπτετο δ' αἰεί V. | L. ap. schol. A. — V. 106. καπφάλαρ' εὐπ. ol. vulgo et Both. κὰπ φάλ. W. —

ab aetatis Homericae indole et ab Achillis more alienis, originis spuriae notam adieci. Quo perspecto et comprobato, quid in singulis constituendis sequare, parum interest. In re autem dubia sane et incerta a plurimorum [et antiquissimorum partibus stare malui.

V. 104 sq. Nominativum ter repetitum commode auferunt quum alii tum Eustath. 148, 15. Galeae enim crebris ictibus petitae strepitum horribilem optime convenire patet. Maiore ut varietate orationem distinguerent nonnulli τύπτετο δ' αἰεὶ excogitarunt; id quod plurimis Homerico usu vetitum videtur, cf. Lehrs. de Arist. stud. Hom. 65.

V. 106. Quod supra apposui, id omnes et scripti et editi transmiserunt, neque aliter ab Eustathio inde 1048, 25. interpretes praecipiunt. Verum enim vero Aristarchus et veterum plerique testibus scholl. ABL., καὶ φάλ., quod grammatici duplici explicant modo, tenuerunt. Nam schol. A., verbis βάλλετο δ', αἰεὶ parenthesi inclusis, proxima cum praegressis arctius copulatur, hoc sensu: *galea percussa sonum edidit — semper enim percutiebatur — et bucculae bene compactae.* Scholiastae reliqui, singula una verborum comprehensione complexi, et galeam et bucculas crebro percussas esse arbitrantur. Heynius in interpretatione quidem Latina a vulgari nihil recedit, sed istam Aristarchi rationem in observationibus paene praefert, dum dicit: κὰπ φάλ. indocte esse illatum: etenim cur galea telis undique incussis uno tantum loco fuerit tacta, minus apparere. Buttmannus contra, in Lexil. II, 243., nomina Homerica φάλος et φάλαρα plene et diligenter persequutus, Aristarchi lectionem iure repudiatam censet: nam Graeca βάλλετο δ' αἰεὶ locum, cui hostiles plagae fuerint iniectae, sibi requirere, et φάλαρα, bucculas cassidi annexas, plurimos gladiorum ictus capiti oblique intentos, ubi res cominus geratur, excipere. Sed Troianorum pugnam, telis hastisque in Aiacem eminus coniectis, effectu quam conatibus vaniorem esse parum meminit Buttmannus. Ex quo sequitur nullas adesse gladiorum plagas. Poeta deinde eo, quod subiicit: „βάλλετο δ' αἰεί" nil nisi strepitus exorti causam reddit ac proinde ad galeam potius, repetitis hostium telis percussam, quam ad Aiacem ipsum, ad quem oratio postea demum redit, erunt referenda. Ictibus enim non modo militum corpora, verum etiam arma eorum et alia munimenta sunt exposita, vid. 9, 574. 12, 37, 160, 379 sq. Quae si perpenderis, sive cum prioribus sive cum posterioribus ultima coniungere placuerit, Aristarchum vere et sincere iudicasse perspicies. Illud autem, si penes scholiastam Venetum fides est, eli-

ἀμφ' αὐτῷ πελεμίξαι ἐρείδοντες βελέεσσιν.
αἰεὶ δ' ἀργαλέῳ ἔχετ' ἄσθματι· κὰδ δέ οἱ ἱδρὼς
πάντοθεν ἐκ μελέων πολὺς ἔρρεεν, οὐδέ πῃ εἶχεν
ἀμπνεῦσαι· πάντῃ δὲ κακὸν κακῷ ἐστήρικτο.
Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
ὅππως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε νηυσὶν Ἀχαιῶν.
Ἕκτωρ Αἴαντος δόρυ μείλινον ἄγχι παραστὰς
πλῆξ' ἄορι μεγάλῳ, αἰχμῆς παρὰ καυλὸν ὄπισθεν·
ἀντικρὺ δ' ἀπάραξε· τὸ μὲν Τελαμώνιος Αἴας
πῆλ' αὖτως ἐν χειρὶ κόλον δόρυ· τῆλε δ' ἀπ' αὐτοῦ
αἰχμὴ χαλκείη χαμάδις βόμβησε πεσοῦσα.
γνῶ δ' Αἴας κατὰ θυμὸν ἀμύμονα ἔργα θεῶν, ὃ ῥα πάγχυ μάχης ἐπὶ μήδεα κεῖρεν

V. 114. Ἕκτωρ δ' Αἴαντος Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 117. ἐν χεροὶ libr. pauci. — Ib. κολὸν δόρυ Vind. ed. Apoll. in Lex. 230. St. Rom. — V. 120. κείρει Vind. ed. Eust. 1049, 1. et ol. vulgo. — V. 123. κατὰ αἰσιὴ vel κατασβεσὶ VV. LL.

gamus oportebit, idemque eo confirmabitur, quod φάλαρα sive galeae clavi, ut veteres volunt, seu bucculae, quae Buttmanni est sententia, eo nomine vocentur, cassidis partem efficiunt. Wolfius in praefat. edit. nov. p. XXXVII. perspicuitatis quam veritatis fuit studiosior.

V. 114. Musa haec poetae quasi inspirante, copulam recte praecidunt Venet. Eust. 1048, 60. et alii.

V. 117. Paroxytonum esse κόλον Ptolemaeus Ascolanita existimavit, grammaticis approbantibus, cf. schol. A. Eustath. 1048, 63. schol. Theocr. ad Id. VIII, 51. Etym. M. 816, 25. Suid. II, 309. Hesych. II, 303. Philem. 208, 297.

V. 118. Vid. ad 13, 530.

V. 119. Sustuli commata importuna; verbum enim utrumque ἔργα θεῶν comprehendit. Aiax animo prudenti mala a diis immissa novit et horruit. Graecorum verbum ῥιγεῖν Latino ita congruit, ut intransitiva pariter ac transitiva gaudeat potestate. Illa quidem nullo eget additamento, vid. 3, 253. 4, 148, 150. 11, 254. 15, 34, 436, 466. Od. 5, 116; haec si obtinet, multipliçi poeta utitur structura: adiungit enim vel participium, ut 4, 279. 5, 596. 11, 345. 12, 331., vel rei accusativum 5, 357. 17, 175. vel verbi cuiusdam infinitivum, ut 3, 350. 7, 114., longe rarius particulae temporis vel negationis praemittitur, cf. 12, 208. et Od. 23, 216. De interpunctione vero nobis convenit schol. A., qui addit: συναπτέον μέχρι τοῦ θεῶν.

V. 120. Praesens ex Il. 15, 467. temere invasit et alios et

Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, Τρώεσσι δὲ βούλετο νίκην·
χάζετο δ' ἐκ βελέων. τοὶ δ' ἔμβαλον ἀκάματον πῦρ
νηὶ θοῇ· τῆς δ' αἶψα κατ' ἀσβέστη κέχυτο φλόξ.
ὣς τὴν μὲν πρύμνην πῦρ ἄμφεπεν· αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
μηρὼ πληξάμενος Πατροκλῆα προέειπεν·
Ὄρσεο, Διογενὲς Πατρόκλεις, ἱπποκέλευθε·
λεύσσω δὴ παρὰ νηυσὶ πυρὸς δηΐοιο ἰωήν.
μὴ δὴ νῆας ἕλωσι, καὶ οὐκέτι φυκτὰ πέλωνται.
δύσεο τεύχεα θᾶσσον, ἐγὼ δέ κε λαὸν ἀγείρω.
Ὣς φάτο· Πάτροκλος δὲ κορύσσετο νώροπι χαλκῷ.
κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκεν
καλάς, ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας·
δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνεν

ap. scholl. ABC. — V. 126. ἱπποκελευστὰ Bentl. coniect. — V. 127. ἰρωὴν Vind. ed. Massiliens. Eustath. 1049, 47. et ol. vulgo. — V. 128. φευκτὰ Barnes. — V. 129. ἐγείρω Vind. quint. — V. 131. πρῶτον περὶ Rom., male. —

Hesych. II, 551, nisi respexit locum priorem. Aoristum rei aptiorem habuit Aristarchus, teste schol. A.

V. 123. Aristarchi iudicio ἀσβέστη erit satis munitum. Ei vero et grammatici, sicut Apoll. in Lex. 171. atque Eustath. 1049, 33. et poetae usus accinunt, vid. 1, 599. 11, 50, 500. 13, 169, 540. 22, 96. Od. 4, 584, 7, 333. Callim. h. in Dion. 118. Ceterum flammam per navem diffusam esse intelligitur, vid. dissertat. de Hom. praeposit. ἀνὰ et κατὰ §. 11. p. 21. Nam praepositione cum verbo iuncta personae dativum solet flagitare, ut 14, 435. 20, 282. 23, 408. Od. 7, 41 sq.

V. 126. Nomen nulli nisi Patroclo datum, vid. infra 584. 839, equitem sive curru praecedentem indicare scholl. et Eustath. 1050, 3. consentiunt. Bentleius Patroclum equitum ducem et praefectum appellatum voluit, libris dissentientibus.

V. 127. Flammae neque ἰρωὴ (impetus) neque ἰωὴ (halitus), qui ventorum proprius est, vid. 4, 276. 11, 308. repugnat. Sed posteriori, ut exquisitiori, succurrunt Ven. Harl. et schol. ad Od. 5, 404.

V. 128. Vocali fidem addunt Od. 8, 299. 14, 489. Structurae, quae communem sermonis Graeci legem migrat, multa testimonia contulere multi, vid. Matth. gr. Gr. §. 300. Rost. gr. §. 100, annot. 5.

V. 129. Vind. quint. et Vratisl. unus huc retrahunt ex Il. 11, 797 Μυρμιδόνων, ἣν π. τ. φ, ἐγ. γένηαι, add. supra v. 39.

V. 131 sqq. Vid. ad. 11, 17. et 18, 459.

ποικίλον, ἀστερόεντα, ποδώκεος Αἰακίδαο.
ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον,
χάλκεον· αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε·
κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην εὔτυκτον ἔθηκεν,
ἵππουριν· δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν.
εἵλετο δ' ἄλκιμα δοῦρε, τά οἱ παλάμῃφιν ἀρήρει.
ἔγχος δ' οὐχ ἕλετ' οἷον ἀμύμονος Αἰακίδαο,
βριθύ, μέγα, στιβαρόν· τὸ μὲν οὐ δύνατ' ἄλλος Ἀχαιῶν
πάλλειν, ἀλλά μιν οἷος ἐπίστατο πῆλαι Ἀχιλλεύς·
Πηλιάδα μελίην, τὴν πατρὶ φίλῳ πόρε Χείρων
Πηλίου ἐκ κορυφῆς φόνον ἔμμεναι ἡρώεσσιν.
ἵππους δ' Αὐτομέδοντα θοῶς ζευγνύμεν' ἄνωγεν,
τὸν μετ' Ἀχιλλῆα ῥηξήνορα τῖε μάλιστα·

V. 134. κακῶν βελέων ἀλεωρὴν V. L. ap. schol. Vict. — V. 137. εὐθηκτον Vind. quint. — V. 139. δοῦρα ol. vulgo. — Ib. παλάμηφιν V. — V. 140. Πηλείδαο Vind. quint. — V. 143. τάμε Χείρ. V. L. ap. schol. A. — V. 144. ἐν κορυφῆς V. L. ap.

V. 134. Varietas a schol. Victor. subiecta ex Il. 12, 57. 15, 533. assumpta erit. Thoracem sidereum exponunt scholl. AB1. vel stellis distinctum vel, quod sufficit, fulgidum, cfr. Kust. 1050, 16., grammat. in Bekker. Anecd. Gr. 455, 6. et Schaefer. ad Apoll. Rhod. schol. p. 190.

V. 139. Dualem poetae proprium esse vidimus ad 11, 43.

V. 140 sqq. Zenodotus, horum primo tanquam spurio notato, proximos quattuor ne recepit quidem, eo, ut videtur, motus, quod infra 19, 388 sq. de Achille arma capiente et ad pugnam sese accingente repetuntur. Alii vero illic proscriptos hic servant, ut, cur Patroclus Achillis hastam reliquerit, pateret. Versum proximum respiciunt Strab. X, 689. a. et Apoll. in Lex. 551, apud quem Πηληϊάδα perperam fertur.

V. 144. Utram elegeris praepositionem, nihil interest. Attamen ἐκ κορυφῆς cum verbo πόρε iungenda aptior videtur; altera locum potius, quo fraxinus Pelei creverit, indicaret. Chironis autem iugum supra Sepiadem fuisse schol. A. narrat. Hastam illam terribilem aliquoties commemorat poeta, vid. 19, 390. 20, 277. 21, 162. 22, 133.

V. 145. Tenorem pariter ac mensuram infinitivi ζευγνύμεν in dubium vocarunt viri docti, vid. Hermann. in Opusc. I, 242. Buttmann. in gr. ampl. § 107. annot. 28. Bekker. l. all. 156. et Thiersch. in gr. Gr. §. 231. 102. Atque ii quidem in consona geminanda fere congruunt, Bothius vero nuper proposuit ζεύγνυσθαι, cui loci sententia repugnare videtur, nam Od. 23, 245. frustra huc advoces. Itaque ad antiquiorum rationem ζευγνύμεν' ἄν. reverti; trisyllabum enim propter dactyli ἀπαρτισμὸν, quem metrici vocant, producere licebit.

V. 150. Zenodotum et Timagenem, vid. Apollon. Lex.

πιστότατος δὲ οἱ ἔσκε μάχῃ ἔνι μεῖναι ὁμοκλήν.
τῷ δὲ καὶ Αὐτομέδων ὕπαγε ζυγὸν ὠκέας ἵππους,
Ξάνθον καὶ Βαλίον, τὼ ἅμα πνοιῇσι πετέσθην:
τοὺς ἔτεκε Ζεφύρῳ ἀνέμῳ Ἅρπυια Ποδάργη,
βοσκομένη λειμῶνι παρὰ ῥόον Ὠκεανοῖο.
ἐν δὲ παρηορίῃσιν ἀμύμονα Πήδασον ἷει,
τόν ῥά ποτ' Ἠετίωνος ἑλὼν πόλιν ἤγαγ' Ἀχιλλεύς,
ὃς καὶ θνητὸς ἐὼν ἕπεθ' ἵπποις ἀθανάτοισιν.
Μυρμιδόνας δ' ἄρ' ἐποιχόμενος θώρηξεν Ἀχιλλεὺς
πάντας ἀνὰ κλισίας σὺν τεύχεσιν· οἱ δέ, λύκοι ὡς
ὠμοφάγοι, τοῖσίν τε περὶ φρεσὶν ἄσπετος ἀλκή,
οἵτ' ἔλαφον κεραὸν μέγαν οὔρεσι δηώσαντες
δάπτουσιν· πᾶσιν δὲ παρήϊον αἵματι φοινόν·

schol. Vict. — V. 145. ξευγνῦμεν ἄναγε W. — V. 150. Ἅρπυια πόδαργος Z. — V. 151. παραὶ ῥόον Rom. παρὰ ῥόον Ἠριδανοῖο V. L. ap. Eust. 1050, 62. — V. 156. πάντῃ ἀνὰ κλ. Z. — V. 157. περὶ φρένας editt. antiquiss. — V. 159. φαιὸν Vind.

Hom. 165. ποδάργην sive πόδαργον *velocem* reddiderunt. Quo spreto, nomen proprium hic esse Apollon. scholl. AD. et Eustath. 1051, 7. demonstrare student: id quod non modo 19, 400., verum etiam Podargus Hectoris 8, 185. et Menelai 23, 295. comprobant. Equos vero Achillis num Harpyia an equa divina ita appellata partu ediderit, viri docti litigant; qua de re alibi accuratius erit disserendum, vid. Vossii Epistol. mythol. I, 224 sqq. Harpyiam vero equae formam, ut Vossio placet, induisse e versu proximo manifesto apparet, nam βόσκεσθαι animalibus datum respondet Latino *pasci*, vid. 15, 691. 17, 62. 20, 223. et nostris propiora Od. 12, 128. 14, 102. 21, 49., dum βόσκειν *pascere* vel pastoris est, ut 15, 548. Od. 14, 102., vel ad terram greges hominesque alentem applicatur, cf. Od. 9, 124. 12, 97. 11, 365.

V. 151. Ad Oceani fluenta equos istos immortales fuisse natos iam Eustath. 1050, 63. praetulit. Eridanum vero Homero ignotum recte iudicat Bothius.

V. 156. Myrmidonum tentoriis, de quibus solis sermo est, parum congruit Zenodoteum, melius est adiectivum ad Myrmidones, quorum turmas deinceps enumerat, referendum.

V. 157. Accusativo adiuncto subsidio sunt Il. 10, 139. h. in Ap. 461. At illic motus verbum illum regit, hic περὶ cum insequenti αἱρεῖ erit copulanda. Nostris, quibus roboris quasi sedes et domicilium in praecordiis collocatur, alia posteriorum sunt affinia, vid. quaest. de inclin. accent. partic. περὶ 8 sq.

V. 159. Mendum Vind. tollunt omnes, add. Etym. M. 797, 18. Genae autem sanguine conspersae sive sanguinolentae dicuntur, cfr. hymn. Hom. in Ap. 362, ubi recte iudicat Frankius,

Digitized by Google

καί τ' ἀγεληδὸν ἴασιν ἀπὸ κρήνης μελανύδρου
λάψοντες γλώσσῃσιν ἀραιῇσιν μέλαν ὕδωρ
ἄκρὸν, ἐρευγόμενοι φόνον αἵματος· ἐν δέ τε θυμὸς
στήθεσιν ἄτρομός ἐστι, περιστένεται δέ τε γαστὴρ·
τοῖοι Μυρμιδόνων ἡγήτορες ἡδὲ μέδοντες
ἀμφ' ἀγαθὸν θεράποντα ποδώκεος Αἰακίδαο
ῥώοντ'· ἐν δ' ἄρα τοῖσιν Ἀρήϊος ἵστατ' Ἀχιλλεὺς
ὀτρύνων ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας.
Πεντήκοντ' ἦσαν νῆες θοαὶ, ἧῐσιν Ἀχιλλεὺς
ἐς Τροίην ἡγεῖτο Διὶ φίλος· ἐν δὲ ἑκάστῃ
πεντήκοντ' ἔσαν ἄνδρες ἐπὶ κληῖσιν ἑταῖροι·
πέντε δ' ἄρ' ἡγεμόνας ποιήσατο, τοῖς ἐπεποίθει,
σημαίνειν· αὐτὸς δὲ μέγα κρατέων ἦνασσεν.

ed. — V. 160. ἴασσιν Etym. M. 301, 24. — V. 161. λάψαντες Z. schol. ad Aristoph. Nub. 809. Moschopul. 78, 17. λάπτοντες Etym. M. 556, 51. Suid. II, 415. Hesych. II, 428. — V. 162. ἐν δέ γε θ. Eustath. 1051, 47. et ol. vulgo. — V. 169. ἐν δ' ἄρ' ἑκάστῃ V. et W. — V. 174. υἱὸς Σπ., ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς schol. A. ad 21, 2. — V. 175. τὸν τέτ

Nicandr. Ther. 675. 146. Trisyllabum aliquanto saepius repertum habet Od. 18, 97. Apoll. Rh. 10, 1522.

V. 160. Etymol. M. 461, 15. labem ante commissam emendat.

V. 161. Apoll. in Lex. 433: *λάψοντες τῶν ἅπαξ εἰρημένων. ἔστι δὲ μίμημα τῶν λύκων καὶ τῶν κυνῶν, τοῦ γενομένου ἴχνους ἐν τῷ πίνειν*, vid. scholl. ABC. Eustath. 1052, 3. Ceterum Apollonius futurum, in Ven. et melioribus obvium, confirmat. Zenodotus, cuius aoristus fuit, lupos aqua hausta e fonte revertentes cogitavit. Quo rei gestae ordinem et narrandi perspicuitatem inverti schol. A. admonet. Lupi enim ferae caede satiati et alii compulsi bibendi causa petunt rivum.

V. 162. Summas aquas a lupis hauriri naturae veritati convenit. Quam ob rem *ἄκρον* ad priora pertinet, etsi secus statuunt schol. D. et Sophocl. ad Trachin. 558. Sub huius finem particulam *γέ*, iam ab Ernestio notatam, codicum ope deiecerunt recentiores.

V. 163. Aristarchum *περιστένεται*, σ per euphoniam interposito, a stirpe *περιτείνεται* vel duxisse vel ita explicuisse schol. Vict. dicit. Quam opinionem ab eius acumine et scientia alienam refutat Apoll. 1, 614. hisce: *περισταίνοντο, ἐπεγεχωροῦντο· ἐπὶ δὲ τοῦ περιστέρεται δέ τε γ. ὁ Ἀρίσταρχος τὸ αὐτὸ ἀκοίτις περισταγχωρεῖται.* Ut autem *στείνεσθαι* casui secundo vel tertio addito primum significat *stipari*, deinde *obrui*, *impleri*, vid. 14, 34. 21, 220. Od. 9, 219, 445. 18, 386. Quint. Sm. II, 201, 359., ita compositum simplicis vim augebit, conf. Quint. Sm. III, 23. XIV, 607. Poeta ergo lupos nimia cibi potusque copia obrutos dicit.

τῆς μὲν ἰῆς στιχὸς ἦρχε Μενέσθιος αἰολοθώρηξ,
υἱὸς Σπερχειοῖο, Διὶ πεπτεότος ποταμοῖο·
ὃν τέκε Πηλῆος θυγάτηρ, καλὴ Πολυδώρη,
Σπερχειῷ ἀκάμαντι γυνὴ θεῷ εὐνηθεῖσα,
αὐτὰρ ἐπίκλησιν Βώρῳ, Περιήρεος υἱῖ,
ὅς ῥ' ἀναφανδὸν ὄπυιε πορὼν ἀπερείσια ἕδνα.
τῆς δ' ἑτέρης Ἔδωρος ἀρήϊος ἡγεμόνευεν,
παρθένιος, τὸν ἔτικτε χορῷ καλὴ Πολυμήλη,
Φύλαντος θυγάτηρ· τῆς δὲ κρατὺς Ἀργειφόντης
ἠράσατ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδὼν μετὰ μελπομένῃσιν
ἐν χορῷ Ἀρτέμιδος χρυσηλακάτου, κελαδεινῆς.
αὐτίκα δ' εἰς ὑπερῷ' ἀναβὰς παρελέξατο λάθρῃ
Ἑρμείας ἀκάκητα· πόρεν δέ οἱ ἀγλαὸν υἱὸν

Both. et ol. vulgo. — V. 177. *νίεῖ* V. L. ap. schol. A. — V. 178. *ὄπνε* Rom. — V. 180. *χοροιχηλῇ* Both. coniectura. — *Ib. Πολυδώρη* Dio Or. VII, 273. — V. 181. *Θρασὺς Ἀργειφ.* Vind. quint. — V. 184. *λαθρῃ*, ut solent, ol. vulgo. — V. 185. *ἀχαχῆτα* all. —

V. 169. Obsequutus sum libris plurimis, quibus concinunt Od. 3, 7., ubi vide scholia, et Eustath. 1052, 22., etsi alterum non ignorat.

V. 174. Integrum adduxit Draco de metr. poetar. 39, 24. Nomen vero fluviis Iovis imbre et nivibus auctis commune est, cf. 17, 268. Od. 4, 477. 7, 284. Scamandrum inde Iove natum appellari interpretes censent, vid. 14, 434. 21, 2. cll. 16, 268, 326. et schol. ad Od. 4, 477.

V. 175. Revocavit Bothius vulgatam, qua, interpunctione graviore praecedente, non egemus. Nam relativum Ven. Aristarchi, Aristophanis et Eustath. 1052, 59. consensu tutum praestabitur.

V. 177. Quemadmodum schol. Ven. *νίεῖ*, sic Eustath. 1052, 60. *νίῷ* pro varia apponit lectione, vid. Thiersch. gr. Gr. §. 185, 25.

V. 180. Bothii suspicionem *χορδιχηλῇ* (*virgo choreis gavisa*) nec linguae leges nec tenoris norma admittunt. Eam ergo pluribus refellere minus erit opus, vid. Eustath. 1053, 45., qui scite intelligit puellas choreis insignes iuvenum desiderio expeti. Nec quisquam ignorat Orithyiam inter ludos et choreas a Borea raptam, vid. Apoll. Rhod. I, 213 sqq.

V. 181. Plerisque et perpetuus Homeri usus et Etym. M. 535, 41. concordat.

V. 185. Grammaticis ne de tenore quidem convenit. Nam usus quotidianus *ἀχαχῆτα*, Aristarchus, cuius ratio voluit, *ἀχάχητα* scribi iussit. Plus litis et controversiae de nominis illius fuit origine. Etymologiae vero posteriorum, qua Mercurium ab

Ἔνδωρον, πέρι μὲν θείειν ταχὺν ἠδὲ μαχητήν.
αὐτὰρ ἐπειδὴ τόνγε μογοστόκος Εἰλείθυια
ἐξάγαγε πρὸ φόωσδε, καὶ Ἠελίου ἴδεν αὐγάς,
τὴν μὲν Ἐχεκλῆος κρατερὸν μένος Ἀκτορίδαο
ἠγάγετο πρὸς δώματ', ἐπεὶ πόρε μυρία ἕδνα·
τὸν δ' ὁ γέρων Φύλας εὖ ἔτρεφεν ἠδ' ἀτίταλλεν
ἀμφαγαπαζόμενος, ὡσεί θ' ἑὸν υἱὸν ἐόντα.
τῆς δὲ τρίτης Πείσανδρος Ἀρήϊος ἡγεμόνευεν
Μαιμαλίδης, ὃς πᾶσι μετέπρεπε Μυρμιδόνεσσιν
ἔγχεϊ μάρνασθαι μετὰ Πηλείωνος ἑταῖρον.
τῆς δὲ τετάρτης ἦρχε γέρων ἱππηλάτα Φοῖνιξ·
πέμπτης δ' Ἀλκιμέδων, Λαέρκεος υἱὸς ἀμύμων.

V. 186. *περὶ μὲν* Vind. ed. ol. vulgo et H. — V. 188. *ἐξάγαγεν φώωσδε* V. Ar. Aristoph. *προφόωσδε* Z. Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 190. *ἕδνα* editt. antiquiss. — V. 191. *τὸν δὲ γέρων* coniectur. Heyn. — Ib. *Φύλλας* Vind. quint. — V. 192. *ὡς εἰ* V. — V. 194. *ἡγεμόνεσσιν* Vind. quint. — V. 196.

Arcadiae monte atque heroe Acaco Ἀκάκητα et Ἀκακήσιον nuncupatum volunt, conf. Pausan. VIII, 36. Callimach. hymn. in Dian. 143. et eius interpretes, adversantur plurimi, deum *κατ' ἀντίφρασιν*, utpote omnium bonorum datorem et auctorem, sic vocari rati, vid. scholl. AB. Eustath. 1053, 59. Apoll. in Lex. 78. Etymol. M. 44, 54. et alios. Cui quidem interpretationi alia Mercurii vel facta vel cognomina praesidium ferunt. Ipse enim non solum in Odyss. 8, 305. *δῶτορ ἐάων*, de quo dubium movet Nitzsch. ad Odyss. II. p. 214., verum etiam Σῶκος, ἐριούσιος, ἐριούνης, ut 20, 72. 34, 24, 457. Od. 8, 322.; nec minus benevolentiae eius ac numini divino hominum fortunae opesque tribuuntur, cf. Il. 14, 491. Od. 15, 319. Ad haec denique accedit, quod Prometheus de generis humani felicitate optime meritus eodem nomine insignis est apud Hesiod. Theog. 614.

V. 186. Accentum inclinandum esse, quum quo referatur non habeat particula, apparet, vid. quaestion. de acc. inclinat. part. *περὶ* concedenda p. 10.

V. 188. Criticorum studium et curam hic locus exercuit; unde schol. A.: ὅτι Ζηνόδοτος, inquit, γράφει προφόως, ἀγνοεῖ δὲ, ὅτε ἐπὶ μὲν Εὐρυσθέως (Il. 19, 118.) οὕτως γράφειν ἐγχωρεῖ· πρὸ γάρ τοῦ τεταγμένου ταῖς τικτούσαις χρόνου ἐγεννήθη, διὸ καὶ ἠλιτόμηνος εἴρηται· ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων οὐκέτι, Hesych. II, 1062. Putarunt igitur Eurystheo quidem, mense septimo matris partu edito, *πρὸ* aptam esse, ab Eudoro vero et alio quocunque, iusto tempore edito, eam abhorrere. Iccirco Aristophanes, Aristarchus aliique, particula exagitata, *φώωσδε* vel emendarunt vel ex vetustioribus exemplaribus retinuerunt, venia in verbis minus inusitata ad nomen illud traducta. Quibus si assentiri volueris, alia certe et ea firmiora, quam quae Il. 2, 309. 19, 103. praebent, erunt circumspicienda. Nihil autem simile unquam inveniri crediderim, sed a nostris proxime abest hymn. Hom. in Apoll. 119. ἐκ δ' ἔθορε πρὶ

αὐτὰρ ἐπειδὴ πάντας ἄμ' ἡγεμόνεσσιν Ἀχιλλεὺς
στῆσεν ἐῢ κρίνας, κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλεν·
Μυρμιδόνες, μή τις μοι ἀπειλάων λελαθέσθω,
ἃς ἐπὶ νηυσὶ θοῇσιν ἀπειλεῖτε Τρώεσσιν
πάνθ' ὑπὸ μηνιθμόν, καί μ' ἠτιάασθε ἕκαστος·
σχέτλιε, Πηλέος υἱέ, χόλῳ ἄρα σ' ἔτρεφε μήτηρ·
νηλεές, ὃς παρὰ νηυσὶν ἔχεις ἀέκοντας ἑταίρους·
οἴκαδέ περ σὺν νηυσὶ νεώμεθα ποντοπόροισιν
αὖτις, ἐπεί ῥά τοι ὧδε κακὸς χόλος ἔμπεσε θυμῷ.
ταῦτά μ' ἀγειρόμενοι θάμ' ἐβάζετε· νῦν δὲ πέφανται
φυλόπιδος μέγα ἔργον, ἔης τὸ πρίν γ' ἐράασθε.
ἔνθα τις ἄλκιμον ἦτορ ἔχων Τρώεσσι μαχέσθω.

Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ V. l. ap. scholl. Bl. — V. 199. εὖ κρίνας editt. antiquiss. ἴϋκρίνας Rom. Eustath. 1054, 25. — V. 202. μητιάασθε Z. — V. 207. ταῦτ' ἄμα sive ταῦθ' ἅμα grammatic. nonnulli, ταῦτά μοι ἀγρόμενοι Wunderi coniectura. — Ib. θάμα βάζετε Ar. — V. 209. μαχείσθω Vind. un. —

φόωσδε, quanquam Latona partum Iunonis invidia scimus inhibitum. Quare πρὸ adverbii instar erit nec tam de tempore quam de loco accipiendum. Commode igitur Eustath. 1054, 6.: *ἐν τῷ προφόωσδε οὐ κατὰ τὸ παρέλκον ἡ πρόθεσις κεῖται, ἀλλὰ τὴν τοῦ βρέφους πρόοδον εἰς φῶς δηλοῖ, ἵνθα καὶ ἑρμηνευτικὸν τῆς πρὸ προθέσεως τὸ φόωσδε.* Eadem in opinione est schol. ad Apoll. Arg. I, 406.: *ἡ δὲ πρὸ πρόθεσις νῦν ἐστι τόπου δηλωτική, ἀντὶ τοῦ εἰς τοὔμπροσθεν. Ὡς τὸ „ἐκ δ' ἄγαγε πρὸ φόωσδε."* Quod ut clarius intelligatur, πρὸ ab instantibus est separandum, vid. finitima 13, 799. 15, 360. 17, 353.

V. 199. Veneti est *ἐῢ κρίνας*, cui et aliorum usus (vid. Apoll. Rhod. I, 356. ibique Brunckium, Angli editoris inscitiam lepide perstringentem) et Graeci sermonis lex consentiunt; illam autem a Scaligero bene perspectam uberius explicuerunt Schaefer. in melet. cr. 6. et Lobeck. parerg. ad Phrynich. 561 sqq.

V. 202. Zenodotus verecundiae militaris esse putavit *μητιάασθε*, sed Homeri milites libera oris contumacia utuntur. Priora de tempore esse intelligenda nec scholiastam neque Eustath. 1054, 34. fugit, cf. 22, 102. Apoll. Rhod. I, 587, 1160, 1186. et alibi.

V. 203. Bothius in Apollonii scholiis vel explicandis vel emendandis frustra laborat. Nam ille, dum vulgo scholia ad IV, 1404. *χόλον ἄρα σ' ἔτρεφε μ.* recitant, aut rem pro persona censet positam: *iracundum te educavit mater*, cll. Matth. gr. Gr. §. 429., aut *χόλῳ* reduci iubet. Apollonii vero interpretem nihil aliud legisse schol. Parisina ostendunt. Priorem versus partem incommode adduxit Matth. in gr. Gr. §. 83. annot. 2.

V. 207. Hermias, Cratetis auditor, ut diphthongi elisionem, quam adesse putaret, abigeret, ταῦτ' ἄμα vel ταῦθ' ἅμα refinxit;



Digitized by Google

Ὣς εἰπὼν ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου.
μᾶλλον δὲ στίχες ἄρθεν, ἐπεὶ βασιλῆος ἄκουσαν.
ὡς δ' ὅτε τοῖχον ἀνὴρ ἀράρῃ πυκινοῖσι λίθοισιν
δώματος ὑψηλοῖο, βίας ἀνέμων ἀλεείνων·
ὡς ἄραρον κόρυθές τε καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι·
ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ·
ψαῦον δ' ἱππόκομοι κόρυθες λαμπροῖσι φάλοισιν
νευόντων· ὡς πυκνοὶ ἐφέστασαν ἀλλήλοισιν.
πάντων δὲ προπάροιθε δύ' ἀνέρε θωρήσσεσθον,
Πάτροκλός τε καὶ Αὐτομέδων, ἕνα θυμὸν ἔχοντες,
πρόσθεν Μυρμιδόνων πολεμιζέμεν. αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
βῆ ῥ' ἴμεν ἐς κλισίην· χηλοῦ δ' ἀπὸ πῶμ' ἀνέῳγεν

V. 211. ἄρθεν Ar. — V. 214. κόρυθας τε καὶ ἀσπίδας Bentlei. coniect. — V. 215. κόρυθ', ἀνέρα V. L. ap. schol. Vict. — V. 217. πυκνοὶ Rom., male. — V. 218. Θωρήσσοντο Vindd. Eustath. 1055, 61., W. et nunc vulgo. — V. 220. πολεμίζειν Ambros., haud male. — V. 221. χηλοῦ δ' ἄπο H. Both. — V. 223. ἐπὶ νηὸς ἰόντι Z. et Aristoph. — Ib. ἐμπλήσασα editt.

accusativum autem neque dativum esse comprobant alia, unde et illius et aliorum coniecturis abstinendum esse vidimus in Excurs. XIII. §. 3. Ad nostra pertinent Apollon. in Lex. 341. θάμ' ἐβάδιζε, vitio inquinata.

V. 211. Aristarchus, ut a verbo αἴρειν, ab aliis confuso, vid. scholl. BL. et Eustath. 1055, 19., nostrum secerneret, ἄρθεν et ἄρσαντες 1, 137. adspirari iussit, repugnantibus aliis. Interpretationi alteri συνηρμόσθησαν, ἐπυκνώθησαν fidem facit comparatio subiecta, cfr. Apollon. in Lex. 167. Apoll. Rhod. II, 1074 sqq. et Passow. in Lex. v. ἄρω.

V. 214. Notio intransitiva, rara quidem, nec vero inaudita, Bentleii peperit emendationem, a nemine comprobatam, vid. lexicographos alios tum Homericos et Matth. in gr. Gr. §. 225, 1.

V. 215 sqq. Bothius, quia in Iliade 13, 131 sqq. tres versus leguntur, eos tanquam spurios cancellis circumdedit. Sed Myrmidonum aciem a poeta plene et accurate describi minime absonum est. Deinde et similitudo paullo ante exposita, ut eos germanos habeamus, suadet, nec veteribus, alias in his suspicacioribus, dubii quidquam succurrit.

V. 218. In plurali praeter Eustathium libri multi consentiunt; dualis vero, quem Ven. Rom. et Clarkius praeoptarunt, 13, 301. confirmant. Ambrosianus apud Buttmann. schol. ad 35. p. 594. facit cum vulgari.

V. 221. Coniunctione inter nomen et praepositionem interiecta tenorem moveri negant veteres arbitri.

V. 223. Eustath. 1056, 53.: τὸ δὲ ἐὔπλησσα χιτώνων, ἔχων Ὅμηρος εὖ πλήσασα ἢ ἐμπλήσασα εἰπεῖν, ὅμως οὐχ εἵλετο οὕτω γρά-

καλῆς, δαιδαλέης, τήν οἱ Θέτις ἀργυρόπεζα
θῆκ' ἐπὶ νηὸς ἄγεσθαι ἐὺ πλήσασα χιτώνων,
χλαινάων τ' ἀνεμοσκεπέων, οὔλων τε ταπήτων.
ἔνθα δέ οἱ δέπας ἔσκε τετυγμένον, οὐδέ τις ἄλλος
οὔτ' ἀνδρῶν πίνεσκεν ἀπ' αὐτοῦ αἴθοπα οἶνον,
οὔτε τεῳ σπένδεσκε θεῶν, ὅτε μὴ Διὶ πατρί.
τό ῥα τότ' ἐκ χηλοῖο λαβὼν ἐκάθηρε θείῳ
πρῶτον, ἔπειτα δὲ νίψ' ὕδατος καλῇσι ῥοῇσιν·
νίψατο δ' αὐτὸς χεῖρας, ἀφύσσατο δ' αἴθοπα οἶνον·
εὔχετ' ἔπειτα στὰς μέσῳ ἔρκεϊ, λεῖβε δὲ οἶνον,
οὐρανὸν εἰσανιδών· Διὶ δ' οὐ λάθε τερπικέραυνον·
Ζεῦ ἄνα, Δωδωναῖε, Πελασγικέ, τηλόθι ναίων,

antiquiss. ἐϋπλήσασα Vind. Rom. et ol. vulgo. — V. 225. οὔτε τις Ambros. — V. 226. αὐτόθι Bothii coniect. — 227. ὅτι μὴ V. Vind. un. Ar. — V. 228. τόῤῥα Lips. et grammaticor. pars. — V. 229. δ' ἐνίψ' ὕδατος V. — V. 231. μέσῳ στὰς ἕρκεϊ Turneb. — V. 233. Βωδωναῖε, Ψηγωναῖε, ἀνωδωνωναῖε VV. LL. ap. scholl. Bl. — Ib. πελαργικὲ et πελασγικὲ Iid. —

ψαι, ἀλλὰ ποιητικώτερον ἔφρασε πρὸς ὁμοιότητα τοῦ ἐνχρίνας, ὃ πρὸ ὀλίγων γέγραπται. Sed fallitur: recte enim Ven. cum melioribus ἐὺ πλήσασα, vid. ad v. 199.

V. 225. Ambrosiano et alii repugnant et Athen. XI, 781. e. contradicit.

V. 227. Graecis ὅτι μὴ et ὅτε μὴ idem atque εἰ μὴ (nisi) indicare nemo mediocriter eruditus ignorat, vid. Passov. Lex. v. ὅτε et ὅτι. Eas vero non tam re et potestate quam usu et aetate discrepare vulgo censent: primum enim Homero et epicis, alterum Herodoto et rhetoribus familiare dicitur, vid. Eustath. 1057, 14. Quae quum ita sint, et alios credo mirari, quid sit, quod Aristarchus, Venet. et Athen. hoc uno loco ὅτι μὴ anteferendum duxerint. Haec, quantum potero, uberius persequar in Excursu XXVII., qui erit de particulis ὅτε μὴ et ὅτι μὴ in enuntiatione conditionali positis.

V. 228. Heracleon, cuius fama et nomen, etsi non ita saepe nominatur, inter grammaticos Homericos exsplendescit, τόῤῥα et ὅῤῥα in numerorum gratiam scriptum voluit, vid. schol. A., schol. ad Od. 22, 327. et schol. ad Apoll. Argon. I, 769. III, 37., Valckenaerium denique ad Theocr. Adoniaz. v. 128. Aristarcho vero obloquenti, contrarium in Homeri carminibus sanctum videmus.

V. 233. Rei obscuritas pariter ac multiplex grammaticorum eruditorum sollertia, qua difficultates e geographia atque historia antiqua motas discutere studerent, in causa fuit, ut alii ad alias sive coniecturas sive hariolationes confugerent. E quibus quum nullam fere aut certe exiguam capiamus utilitatem, hic adiecisse satis erit vulgatum et monumentorum consensu et rerum veritate,

Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου· ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ
σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι.
ἦ μὲν δή ποτ' ἐμὸν ἔπος ἔκλυες εὐξαμένοιο,
τίμησας μὲν ἐμέ, μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν·
ἠδ' ἔτι καὶ νῦν μοι τόδ' ἐπικρήηνον ἐέλδωρ·
αὐτὸς μὲν γὰρ ἐγὼ μενέω νηῶν ἐν ἀγῶνι,
ἀλλ' ἕταρον πέμπω πολέσιν μετὰ Μυρμιδόνεσσιν
μάρνασθαι· τῷ κῦδος ἅμα πρόες, εὐρύοπα Ζεῦ.
θάρσυνον δέ οἱ ἦτορ ἐνὶ φρεσὶν, ὄφρα καὶ Ἕκτωρ
εἴσεται, ἦ ῥα καὶ οἷος ἐπίστηται πολεμίζειν
ἠμέτερος θεράπων, ἦ οἱ τότε χεῖρες ἄαπτοι
μαίνονθ', ὁππότ' ἐγώ περ ἴω μετὰ μῶλον Ἄρηος.
αὐτὰρ ἐπεί κ' ἀπὸ νηῦφι μάχην ἐνοπήν τε δίηται,

V. 234. *Δ. μ. πολυπίδακος* Z. — Ib. *σ' Ἑλλοὶ* all., vid. Eustath. 1057, 58. et schol. A. — V. 236. *εἰ μὲν δὴ π.* V. L. ap. Eust. 1056, 25. — V. 243. *ἦ ῥα* Ald. sec. — Ib. *ἐπιστέαται* Z. *ἐπίσταται* Lips. Eustath. 1056, 29. Rom. — V. 247. *ἰκέσθω*

ab omni dubitatione liberari, vid. Etym. M. 147, 28. Etym. Or. 88, 21. Apoll. Lex. 117. et Apollon. Alexandr. de adverb. 548, 6. De Iove Dodonaeo et eius oraculo multi egerunt, vid. interim Heynii Excurs. vol. VII. p. 283 sqq. et Ernestii notam.

V. 234. Callimachi fragmento, cuius mentio est apud schol. Victor., impulsus Zenodotus *πολυπίδακος* assumpsisse dicitur. In versus exitu *Ἑλλοὶ* et *Σελλοὶ* antiquitus variarunt. Huius testes sunt plurimi, velut scholl. et Eustath. l. all., Apollon. in Lex. 598., Sophocl. in Trachin. 1167. et eius scholl.; illud iidem fere aliique plures, vid. Strabon. VII, 505. b. protulerunt, add. Valckenaer. Diatr. in Euripid. fragm. p. 171. A. [vid. Not. ad Philostrati Imagg. II, 33. p. 568. ζ.] Recentiorum commenta, quibus nominis originem etymologiae ope explicare et certius definire studuerunt, alio loco et tempore recensebo.

V. 236. Eustathius ipse potiorem iudicat vulgatam, nec quidquam auctoritatis est *εἰ ἦ μέν*, ab Heynio e Vratisl. uno enotato, vid. ad 1, 453. Ubi quum iisdem Chryses sacerdos Apollinem invocaverit, versum 237., a Zenodoto neglectum, habuerunt suppositicium. Ad quem communiendum Thetidos preces ad semet ipsum transtulisse Achillem alii obiiciunt.

V. 243. Zenodotus, ut numeri constarent, *ἐπιστέαται* voluit. Quo ut plurali reiecto schol. A. *ἐπίστηται* i. e. *ἐπίσταται*, *ᾱ* in *η* mutato, subiecit, add. Apollon. in Lex. 291. At subiunctivum esse scimus, cf. Buttmann. in gr. ampl. §. 107., annot. 35. Rost. gr. §. 79., annot. 4.

V. 247. Optativum, Achilli ad Iovem preces fundenti accommodatum, servant libri et Eustath. 1056, 31.

V. 248. Praepositionem *ἐν παραθέσει* dictam esse schol. A.

ἀσκηθής μοι ἔπειτα θοὰς ἐπὶ νῆας ἵκοιτο,
τεύχεσί τε ξὺν πᾶσι καὶ ἀγχεμάχοις ἑτάροισιν.
Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος· τοῦ δ' ἔκλυε μητίετα Ζεύς·
τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ, ἕτερον δ' ἀνένευσεν·
νηῶν μέν οἱ ἀπώσασθαι πόλεμόν τε μάχην τε
δῶκε, σόον δ' ἀνένευσε μάχης ἔξ ἀπονέεσθαι.
ἦτοι ὁ μὲν σπείσας τε καὶ εὐξάμενος Διὶ πατρὶ
ἂψ κλισίην εἰσῆλθε, δέπας δ' ἀπέθηκ' ἐνὶ χηλῷ·
στῆ δὲ πάροιθ' ἑλθὼν κλισίης, ἔτι δ' ἤθελε θυμῷ
εἰσιδέειν Τρώων καὶ Ἀχαιῶν φύλοπιν αἰνήν.
Οἱ δ' ἅμα Πατρόκλῳ μεγαλήτορι θωρηχθέντες
ἔστιχον, ὄφρ' ἐν Τρωσὶ μέγα φρονέοντες ὄρουσαν.
αὐτίκα δὲ σφήκεσσιν ἐοικότες ἐξεχέοντο

Vind. quint. — V. 248. ξύμπασι all., ut videtur. — Ib. ἀγχιμάχοις libr. pauci. — V. 252. σάον V. L. ap. schol. A. — V. 254. ἀνέθηκε Lips. et V. L. apud schol. A., ut videtur. — V. 256. εἰς ἰδεῖν V. —

tradit, eaque de causa ξύμπασι, ut compositum, poetae alibi cognitum, hic reiicit.

V. 252. Vocalem tum verbi tum adiectivi ambiguam esse passim vidimus. Variant igitur σάος, σόος, σῶς, vid. ad Il. 1, 310. et ad 9, 393. Praepositioni nomini subiectae tenor erat addendus.

V. 254. Schol. A.: οὕτως, inquit: ἀπέθηκε διὰ τοῦ ᾱ; alios igitur vel ἐπέθηκε vel ἐνέθηκε habuisse Heynius suspicatur. Rei autem veritati ἀπέθηκε congruum erit, vid. 3, 89. 18, 409. Od. 14, 500. 21, 119.

V. 259 sqq. Vesparum fervorem et animos, quibus incitatae favos ac tecta solent defendere, simili comparatione poeta supra adumbravit 12, 168 sqq. Ad eius exemplar sua composuerunt Quint. Smyrn. VIII, 41 sqq. et Lycophr. 180 sqq. Bestiolis, quas Homerus ἐνοδίους appellat, illic eadem fere tribuuntur. Nam quo propius viam cellas struxerunt vespae, eo facilius a pueris repertae irritantur. Neque usitata et trita sunt verba insequentia: nam ἐριδμαίνειν alias frustra quaeris in Homericis, et ἴθοντες uno exemplo Il. 9, 540. nititur. Hinc factum est, ut grammatici utrumque suis curis dignum censerent. Eustath. quidem 1059, 4. ita praecipit: ἔστι δὲ ἐριδμαίνειν μὲν τὸ ἐριθίζειν καὶ εἰς ἔριν κινεῖν, γενόμενον κατὰ σύνθεσιν ἀπὸ τῆς ἐρίδος καὶ τοῦ μαίνεσθαι, ἢ ἀπὸ τοῦ ἐριδαίνω πλεονασμῷ τοῦ μῦ. τοῦ δὲ ἐριδαίνειν ἡ χρῆσις πολλαχοῦ. Τὸ δὲ ἴθοντες ἀντὶ τοῦ τὸ σύνηθες πράττοντες κ. τ. λ. Quapropter plerumque reddunt ἴθοντες: ἐξ ἴθους ἐπιφοιτῶντες sive εἰθισμένως ἐπιφοιτ., cf. scholl. Apoll. Lex. 243. Etym. M. 319, 9. Hesych. 1, 1095., reiecta aliorum interpretatione βλάπτων sive βλάπτοντες, vid. schol. Ven. ad Il. 9, 540. Quae si vere sunt dicta, alteram etymologi glossam 373,

εἰνοδίοις, οὓς παῖδες ἐριδμαίνωσιν ἔθοντες,
[αἰεὶ κερτομέοντες ὁδῷ ἔπι οἰκί' ἔχοντας,]
νηπίαχοι· ξυνὸν δὲ κακὸν πολέεσσι τιθεῖσιν·
τοὺς δ' εἴπερ παρά τίς τε κιὼν ἄνθρωπος ὀδίτης
κινήσῃ ἀέκων, οἱ δ' ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες
πρόσσω πᾶς πέτεται, καὶ ἀμύνει οἷσι τέκεσσιν·
τῶν τότε Μυρμιδόνες κραδίην καὶ θυμὸν ἔχοντες
ἐκ νηῶν ἐχέοντο· βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει.
Πάτροκλος δ' ἑτάροισιν ἐκέκλετο μακρὸν ἀύσας·
Μυρμιδόνες, ἕταροι Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
ἄνέρες ἔστε, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς,
ὡς ἂν Πηλείδην τιμήσομεν, ὃς μέγ' ἄριστος

V. 260. ἐριδμαίνουσιν Harl. Clark. — V. 261. ἔχοντες V. L. ap. scholl. BL. et in libr. quibusdam. — V. 263. τίς κε Harl. — V. 264 et 298. κινήσει Vind. ed. et ol. vulgo. cfr.

29. ἐριδμαίνοντες, ἐρεθίζοντες Ἰλιάδος π' corruptam et, poeta duce, ἐριδμαίνωσιν ἴθοντες· ἐρεθίζοντες restituendum esse, vitio e scribendi compendio orto, intelligitur. Verbum autem prius Homero, ut vidimus, semel usurpatum, poetae aetatis inferioris inde sunt mutuati, vid. Theocr. Id. XII, 81. Apoll. Rhod. III, 94. Quint. Smyrn. VIII, 71., quibus significat *certare* potius quam *lacessere*. Versum instantem scholl. ABLV. damnarunt, e quibus ille sic tradit: ἀθετεῖται. τὸ κερτομεῖν οὐ τίθησιν ἐπὶ τοῦ δι' ἔργων ἐρεθίζειν, ἀλλὰ διὰ λόγων. καὶ ὅτι διὰ τοῦ προειρημένου στίχου ταὐτὸν εἴρηται, quae sigillatim persequuntur grammatici. Neque negari potest κερτομεῖν, κερτόμιος et κερτομία, non tam rei et facto quam dicacitati et facetiis apud Homerum convenire, vid. Etym. M. 506, 33. Itaque plerumque iungitur κερτομίοις ἐπεσσιν, sicut 4, 6. 5, 419. alibi, vel verbum dicendi connexum habemus, ut in Il. 1, 539. 2, 256. 20, 202, 433., in Od. 8, 153. 9, 473. 13, 326., vel si utrumque desideratur, opposita suadent, ut idem intelligatur, cf. Od. 16, 87. cll. 20, 263. Hisce rationibus impulsi plerique recentiorum veterum iudicio subscripserunt, uti Ernestius, Heyn., Both. et Dugas-Monthelius, add. Lehrs. de Aristarch. stud. Homer. 120., neque obelus abest a Veneto. Itaque versum tot suffragiis confossum inclusi, etsi Aristarchus ei pepercit. Illum enim ἔχοντας, pro quo in aliis ἔχοντες ferebatur, verum aptumque existimare schol. A. diserte narrat. Profecto autem versus, si quis alius, glossam redolet grammatici, verba insolita et parum cognita, qualia sunt εἰνόδιος, ἐριδμαίνειν et ἴθοντες notis et Homero familiaribus αἰεί, κερτομεῖν et ὁδῷ ἔπι οἰκί' ἔχοντας explicare conati. Postrema enim ex Il. 6, 15., cuius recordatur Eustath. 1059, 10., translata sunt. Ex quibus, quomodo alii in nominativum ἔχοντες inciderint, coniecturam licet capere.

V. 263. Particulam potentialem, qua facile caremus, modi

Ἀργείων παρὰ νηυσί, καὶ ἀγχέμαχοι θεράποντες·
γνῷ δὲ καὶ Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων
ἦν ἄτην, ὅτ' ἄριστον Ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισεν.
Ὡς εἰπὼν ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου.
ἐν δ' ἔπεσον Τρώεσσιν ἀολλέες· ἀμφὶ δὲ νῆες
συμερδαλέον κονάβησαν ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν.
Τρῶες δ' ὡς εἶδοντο Μενοιτίου ἄλκιμον υἱόν,
αὐτὸν καὶ θεράποντα, σὺν ἔντεσι μαρμαίροντας,
πᾶσιν ὁρίνθη θυμός, ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες,
ἐλπόμενοι παρὰ ναῦφι ποδώκεα Πηλείωνα
μηνιθμὸν μὲν ἀποῤῥῖψαι, φιλότητα δ' ἑλέσθαι·
πάπτηνεν δὲ ἕκαστος, ὅπῃ φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον.

Eust. 1060, 42. — V. 272. ἀγχίμαχοι libr. pauci. — V. 281. ἐλπόμεναι Z. ἐλπομένους V. | L. ap. schol. A. — V. 283. φύγῃ Vind. quint. ὅποι φύγῃ Eust. 1060, 8. —

causa substituerunt Harlei. et editores quidam. At Homeri usus iis obnititur: iunge modo: εἴπερ τε — ἀέκων κινήσῃ, *etiamsi vel invitus viator aliquis moverit* vesparum iram, vid. 10, 225. ibique notata. Inter particulas autem arctius copulandas et pronomen indefinitum τε interponi Iacobs. in act. Monacens. I, 309. ostendit. Extremis paria habes in Od. 13, 123., add. Schaefer. ad Longi pastoral. p. 408. Ceterum ἄνθρωπον in his ac similibus contemptum, ἀνέρα vero dignitatem quandam indicare plerique censent, velut Matth. in gr. Gr. §. 430, 6. Bernhardy syntax. 48., quam distinguendi subtilitatem Homero et poetis parum concinere manifestum est.

V. 264. Ne ullus modorum desideraretur, Barnesius aliique optativum κινήσει advocarunt. Recte nunc locum esse constitutum Venet. Vindd. quint. et praestantissimi quique nobis persuadent, vid. ad 2, 147, 595.

V. 265. Numeri mutati iam schol. et Eust. 1059, 17. adverterunt, cfr. 20, 165 sq. Apoll. Rhod. IV, 997.

V. 272 sqq. Prior horum a Seleuco grammatico spurius est iudicatus; duo posteriores ex Il. I, 411 sq. translatos volunt. Itaque fuerunt qui tres versus, quorum primus infra 17, 167. revertitur, in suspicionem adducerent. Veteres contra nihil monent, sed eorum silentium dubium quodammodo tollere patet. Recte autem schol. A. ad v. 272. scribit: ἀπὸ κοινοῦ τὸ μέγ' ἄριστοι. Hoc enim utrumque et Achillem et eius milites complectitur, quo cognito versus minime esse supervacaneos et inutiles perspicitur. Homeri vero et Hesiodi est ἀγχέμαχος, quanquam ῐ hic illic invasit libros. vid. Lobeck. ad Phryn. 685.

V. 281. Zenodoto obloquitur schol. A. hisce: ἰδίως εἴρηκε φάλαγγες ἐλπόμενοι, πρὸς τὸ νοητόν· σύστημα γὰρ ἀνδρῶν εἰσιν αἱ φάλαγγες. ἢ δεῖ τὴν πτῶσιν μεταλαβεῖν, ἐλπομένοις, add. Eust. 1060, 4. et Matth. gr. Gr. §. 434, 1.

V. 283. Vid. ad 14, 507.

Πάτροκλος δὲ πρῶτος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ
ἀντικρὺ κατὰ μέσσον, ὅθι πλεῖστοι κλονέοντο,
νηῒ πάρα πρύμνῃ μεγαθύμου Πρωτεσιλάου·
καὶ βάλε Πυραίχμην, ὃς Παίονας ἱπποκορυστὰς
ἦγαγεν ἐξ Ἀμυδῶνος ἀπ' Ἀξιοῦ εὐρυρέοντος·
τὸν βάλε δεξιὸν ὦμον· ὃ δ' ὕπτιος ἐν κονίῃσιν
κάππεσεν οἰμώξας· ἕταροι δέ μιν ἀμφεφόβηθεν
Παίονες· ἐν γὰρ Πάτροκλος φόβον ἧκεν ἅπασιν
ἡγεμόνα κτείνας, ὃς ἀριστεύεσκε μάχεσθαι.
ἐκ νηῶν δ' ἔλασεν, κατὰ δ' ἔσβεσεν αἰθόμενον πῦρ.
ἡμιδαὴς δ' ἄρα νηῦς λίπετ' αὐτόθι· τοὶ δ' ἐφόβηθεν
Τρῶες θεσπεσίῳ ὁμάδῳ· Δαναοὶ δ' ἐπέχυντο

V. 285. ὅθι πλ. καὶ ἄριστοι pauci libri. — V. 288. Ἀμυθῶνος W. εὐρυρ ἐοντος V. — V. 290. ἀμφὶ φόβ. Ar. ἀμφ. ἐφόβ. Vind. un. — V. 293. ἀκάματον V. L. ap. schol. A. — V. 299. ἔφα-

V. 285. Nec libri optimi nec poetae consuetudo vulgatum reiiciunt, vid. ad 15, 448.

V. 287 sq. Paeonas loco nostro fere ad amussim congruo 2, 848. et 10, 428. ἀγκυλότοξοι appellatos, quod peditum est, hic et 21, 205. ἱπποκορυστὰς dici Heynius miratur, et prius removendum ducit. At Paeones vel utriusque pugnae gnari fuerunt vel equites et aurigae sagittariis erant adiecti. Nam quemadmodum singuli duces, velut Hector, Meriones, Teucer vario modo pugnare et possunt et solent, ita unam eandemque gentem multiplici artis militaris scientia excellere posse credibile est, vid. Od. 9, 50.

V. 288. Wolfianae editionis mendum ab editoribus longius propagatum libri non minus quam interpretes Graeci ignorant, vid. schol. V. et Eust. 1060, 19.

V. 290. Hemistichium prius et antecedentis ultima de caesis legimus 4, 522. 13, 549. Verbum Homero alias indictum recentiores coniunctim proferunt, velut Quint. Sm. II, 546. XI, 117., neque codices cum Aristarcho sentiunt.

V. 293. Igni quadrat utrumque, vulgato vero magis apposita sunt reliqua, cfr. 6, 182. 8, 563. 10, 246. 11, 596. 18, 1. 22, 135, 150. Hesiod. Scut. Herc. 60. Nec minus torrenti, facibus, lucernis aliisque rebus ardentibus idem solet addi, ut 13, 320. Od. 1, 428, 434. 18, 348. 12, 362. Il. 11, 775., semel 21, 523 ἄστεος αἰθομένοιο obvenit.

V. 299. Passivum e Ven. Harl. Vindob. quinto reposuerunt Wolfius et Heynius. Eustath. 1060, 42. cum editionibus olim usitatis ἔφανον tenet. De tota ista comparatione recte praecipiunt veteres, vid. Eust. 1060, 43. et scholl. Nam poeta salutem Patrocli adventu Achivis pugnando fessis partam cum eoeli

νῆας ἀνὰ γλαφυράς· ὅμαδος δ' ἀλίαστος ἐτύχθη.
ὡς δ' ὅτ' ἀφ' ὑψηλῆς κορυφῆς ὄρεος μεγάλοιο
κινήσῃ πυκινὴν νεφέλην στεροπηγερέτα Ζεύς,
ἔκ τ' ἔφανεν πᾶσαι σκοπιαὶ καὶ πρώονες ἄκροι
καὶ νάπαι· οὐρανόθεν δ' ἄρ' ὑπερρήγη ἄσπετος αἰθήρ·
ὡς Δαναοὶ νηῶν μὲν ἀπωσάμενοι δήϊον πῦρ
τυτθὸν ἀνέπνευσαν· πολέμου δ' οὐ γίγνετ' ἐρωή.
οὐ γάρ πώ τι Τρῶες Ἀρηϊφίλων ὑπ' Ἀχαιῶν
προτροπάδην φοβέοντο μελαινάων ἀπὸ νηῶν,
ἀλλ' ἔτ' ἄρ' ἀνθίσταντο, νεῶν δ' ὑπόεικον ἀνάγκη.
Ἔνθα δ' ἀνὴρ ἕλεν ἄνδρα, κεδασθείσης ὑσμίνης,
ἡγεμόνων. πρῶτος δὲ Μενοιτίου ἄλκιμος υἱὸς

νον Vind. ed. et vulgo. — V. 300. ἀπερρήγη Vind. quint. — V. 301. νηὸς μὲν Vind. quint. — V. 302. πολέμῳ Lips. — V. 305. ἄνθ' ἵσταντο V. L. ap. schol. A. — Ib. ὑποεῖκον all. ibid. —

serenitate nubibus disiectis componit, vid. 8, 553. Alia et parum commoda referunt scholl. AD.

V. 300. Verbum paullo insolitum et novum offensioni fuit Vindob. quinto; unde notissimum, rei imagini absonum, videtur supposuisse. Femininum νάπη, Homero praeeunte, epicis receptum mansit, velut Callim. in Apoll. 88. Apoll. Rhod. II, 735. Moseh. Id. III, 1. Nic. Alexiph. 543. Quint. Sm. X, 419. XII, 127. et aliis, rarius vero νάπος apud eosdem deprehenditur, vid. Nic. Ther. 505. Theocr. Id. XX, 39. Atticos tragicos νάπος magis reconditum et poeticum habuisse testis est schol. ad Soph. Electr. 5. [De utroque vocabulo vid. Lenz. in Matth. Miscell. philol. Vol. I. p. 179].

V. 301. Singularem Protesilai navem flammis incendioque paene absumptam respicere credideris, vid. ad 15, 417.

V. 302. Achivi, belli labore exhausti, paullulum respirare dicuntur, vid. 11, 327, 800. 16, 43. Aliquanto saepius adiungitur rei genitivus, velut 11, 382. 15, 205. 19, 227.; praepositio etiam apud poetas recentiores, ut in Quinti Posthom. I, 197. IX, 470. Latinorum de more dativum excusare videtur Ernestius praeter morem Homericum, cf. 17, 761.

V. 304 sq. Troas non effusa fuga abiisse manifesto produnt opposita. Adverbium autem, cui ὑποτροπάδην obiectum esse Eustath. 1061, 13. scribit, veteres grammatici sic reddunt, vid. scholl. DV. Idem ab Homero ad Xenophontem, ab eo ad Plutarchum et alios pervenit. Schol. A.: ἔν ἐστι τὸ ἀνθίσταντο, οὐχὶ ἄντα ἐπίρρημα καὶ ἵσταντο, ὥς τινες, cf. Excurs. XVII. §. 2. Denique ὑποεῖκον an ὑπόεικον rectius feratur, quaesiverunt. Pro illo καθεῦδε, ἑζεῦδε aliaque similia afferri possunt, sed contra stant ἀπόερσε et plura. Nihil igitur mutandum erat, vid. Grasshoff. in diar. schol. a. 1832. sect. II. p. 963.

αὐτίκ' ἄρα στρεφθέντος Ἀρηϊλύκου βάλε μηρὸν
ἔγχεϊ ὀξυόεντι, διαπρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσεν·
ῥῆξεν δ' ὀστέον ἔγχος· ὃ δὲ πρηνὴς ἐπὶ γαίῃ
κάππεσ'. ἀτὰρ Μενέλαος Ἀρήϊος οὔτα Θόαντα
στέρνον γυμνωθέντα παρ' ἀσπίδα· λῦσε δὲ γυῖα.
Φυλείδης δ' Ἄμφικλον ἐφορμηθέντα δοκεύσας,
ἔφθη ὀρεξάμενος πρυμνὸν σκέλος, ἔνθα πάχιστος
μυὼν ἀνθρώπου πέλεται· περὶ δ' ἔγχεος αἰχμὴ
νεῦρα διεσχίσθη· τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψεν.
Νεστορίδαι δ', ὃ μὲν οὕτασ' Ἀτύμνιον ὀξέϊ δουρὶ,
Ἀντίλοχος, λαπάρης δὲ διήλασε χάλκεον ἔγχος·
ἤριπε δὲ προπάροιθε· Μάρις δ' αὐτοσχεδὰ δουρὶ
Ἀντιλόχῳ ἐπόρουσε, κασιγνήτοιο χολωθείς,
στὰς πρόσθεν νέκυος· τοῦ δ' ἀντίθεος Θρασυμήδης
ἔφθη ὀρεξάμενος, πρὶν οὐτάσαι, οὐδ' ἁμάρτεν,

V. 310. ἐπὶ γαίης V. Rom. all. — V. 313. ὑφορμηθέντα Aristoph. — V. 315. μυῶν editt. antiquiss. μυιὼν V. all. et H. — Ib. ἀχμῇ Harl. ὁρμῇ V. I. in Lips. — V. 316 et 325. ὅσσε

V. 310. Genitivo, quanquam Venet. cum Rom. facit, sermo Homericus obstat, vid. 413, in quo nihil dissimilitudinis invenio, 579, 661. 23, 727, 731, nec discrepare simplex, praepositone nunc addita nunc omissa, indicio sunt Od. 2, 398. 5, 271, 374. 13, 79.

V. 311. Thoanta Troianum a Menelao interfectum miratur Eustathius 1061, 25., eumque ex nobilioribus et fortioribus fuisse suspicatur. Horum enim memoriam nec vero militum turbam se celebraturum esse poeta erat professus 2, 488. Notavit autem eum interpres, ut in indice neglectum et Graecis duobus cognominem, uni, Aetolorum duci, Andraemonis filio, crebro commemorato 2, 638., alteri Lemnio, Hypsipylae patri, vid. 14, 230. 23, 745. Similiter Areilycus, Tros a Patroclo v. 308 prostratus, Achaeum habet cognominem, Prothoenoris Boeotorum praefecti, genitorem, vid. 14, 451.

V. 313. Aristophanem ὑφορμηθέντα, i. e. ὑποχωρήσαντα, dedisse scholl. BL. tradunt, neque id inficetum habent. Verum enim vero nullum huius mihi quidem innotuit exemplum, neque significatio, verbo et praepositione fere sibi contrariis, quadrare videtur. Itaque crediderim Aristophanem ἀφορμηθέντα tenuisse, vid. Od. 2, 375. 4, 748. Quod si minus concedatur, Aristophanem vel alium quemcunque vocem parum aptam confinxisse erit credibile.

V. 314. Vid. v. 322. 23, 805. Structuram vero huius verbi ambiguam esse nemo nescit, vid. Passov. in Lex. v φθάνω et Matth. gr. Gr. §. 553.

V. 315. Nec μυῶν nec μυιὼν, cui Venet. hic et v. 324. ad-

ὦμον ἄφαρ· πρυμνὴν δὲ βραχίονα δουρὸς ἀκωκὴ
δρύψ' ἀπὸ μυώνων, ἀπὸ δ' ὀστέον ἄχρις ἄραξεν.
δούπησεν δὲ πεσών, κατὰ δὲ σκότος ὄσσε κάλυψεν.
ὣς τὼ μὲν δοιοῖσι κασιγνήτοισι δαμέντε
βήτην εἰς Ἔρεβος, Σαρπηδόνος ἐσθλοὶ ἑταῖροι,
υἷες ἀκοντισταὶ Ἀμισωδάρου, ὅς ῥα Χίμαιραν
θρέψεν ἀμαιμακέτην, πολέσιν κακὸν ἀνθρώποισιν.
Αἴας δὲ Κλεόβουλον Ὀϊλιάδης ἐπορούσας
ζωὸν ἕλε, βλαφθέντα κατὰ κλόνον· ἀλλά οἱ αὖθι
λῦσε μένος πλήξας ξίφει αὐχένα κωπήεντι.
πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι· τὸν δὲ κατ' ὄσσε
ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ Μοῖρα κραταιή.
Πηνέλεως δὲ Λύκων τε συνέδραμον· ἔγχεσι μὲν γὰρ
ἤμβροτον ἀλλήλων, μέλεον δ' ἡκόντισαν ἄμφω·

ἰκάλυψε Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 319. αὐτοσχεδὸν error Ald. sec. — V. 321. προπάροιθε νέκυος Harl. — V. 328. Ἀμισαδάρου Vind. quint. Ἀμισωδάρου Harl. — V. 332. ξίφει αὐχένα πλήξας, verbis transpositis, Vind. quint. —

stipulatur, verum esse existimo. Illud, etsi nomen περιεκτικὸν esse possit, norma atque usus redarguunt; hoc praeter libros aliquot, quos Heynius recenset, Etym. M. 593, 30. et Hesych. II, 629. tuentur. Sed libri plerique non minus quam grammatici alii, velut schol. D. Eust. 1061, 39. Apoll. in Iex. 464. Suid. II, 587 et Etym. Gud. 398, 47. obnituntur. Neque ī fuit primitivum, sive nomen ab alio μύς μυός, id quod consuetudo nobis suadeat, sive a verbo μύω, quemadmodum grammatici volunt, repetendum duxerimus. Porro nobis et recepto alii poetae accedunt, velut Theocr. Id. XXV, 149. Apoll. Arg. IV, 1520. Quint. Sm. I, 239. III, 287. IV, 228. alibi. Ib. περὶ nomini subsequenti connectatur oportet, cf. 8, 86. 13, 441, 570. 21, 577. et Pind. Nem. VIII, 40. a Köppenio allatum.

V. 316. Vid. ad 4, 461.

V. 317. Singulorum coniunctionem non tam falsam ac perversam, quam poeticam et magis reconditam appellare licebit. Quam in rem veteres hoc nostro exemplo saepe sunt usi, vid. scholl. Eust. 1062, 25 sqq. schol. ad Od. 7, 103. et Apoll. de constr. I, 10, 35., add. Matth. gr. Gr. §. 289. annot. 9.

V. 328. Amisodarum, Chimaerae nutritorem, non solum libri varie scribunt, sed Aelianus etiam h. anim. IX, 23 Ἀμισόδαρον Lyciorum regem, eum vocat, qua in terra monstrum illud fuisse poeta testatur 6, 179. Alii, ut schol. Vict. et Eust. 1062, 57., Amisodarum Cariae principem faciunt. Homeri vestigiis insistit Apollod. II, 3, 1.

Digitized by Google

τὼ δ' αὖτις ξιφέεσσι συνέδραμον. ἔνθα Λύκων μὲν
ἱπποκόμου κόρυθος φάλον ἤλασεν· ἐμφὶ δὲ καυλὸν
φάσγανον ἐρράισθη· ὃ δ' ὑπ' οὔατος αὐχένα θεῖνεν
Πηνέλεως, πᾶν δ' εἴσω ἔδυ ξίφος, ἔσχεθε δ' οἷον
δέρμα· παρηέρθη δὲ κάρη, ὑπέλυντο δὲ γυῖα.
Μηριόνης δ' Ἀκάμαντα κιχεὶς ποσὶ καρπαλίμοισιν
νύξ' ἵππων ἐπιβησόμενον κατὰ δεξιὸν ὦμον.
ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων, κατὰ δ' ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλύς.
Ἰδομενεὺς δ' Ἐρύμαντα κατὰ στόμα νηλεῖ χαλκῷ
νύξε· τὸ δ' ἀντικρὺ δόρυ χάλκεον ἐξεπέρησεν
ψαλίοις ὑπ' ἐγκεφάλοιο· κέασσε δ' ἄρ' ὀστέα λευκά·

V. 338. καλὸν V. Vind. quint. alf. — V. 340. ἔσχε δὲ οἷον ol. vulgo. — V. 342. κιεὶς Ald. sec. — V. 345. Ὀρύμαντα V. L. ap. schol. Vict. — V. 346. ἀντικρὺς Both. — V. 347. κέδασε Lips. — V. 348. δὲ τίναχθεν Vind. ed. Eust. 1063, 9. Rom. et H. — V. 349. ὀφθαλ-

V. 338. Hastae extremitatem ferro immissam καυλὸν proprie appellari uno ore tradunt interpretes, vid. scholl. ad 13, 162. Et. M. 282, 14. Apoll. in Lex. 389. et alios. Quod ad gladii manubrium sive κώπην hic aptari Eust. 1063, 6. iudicat. Quare καλὸν sive κᾶλον in libris nonnullis repertum librariorum errori debeatur.

V. 340. Barnesius primum removit hiatum: de cuius medicina non permittunt dubitare Ven. Vindd. et alii, add. Eust. 1063, 1. Nostris vero minus conducunt alia, quibus galeae vel thoracis firmitate hostium ictus illati retunduntur, velut 12, 184. 20, 398. Lyci enim caput, nonnisi tenui cute suspensum, humeris inhaerere poeta dicit. Neque id latuit veteres, ut schol. Vict. testatur: μόνον δὲ τὸ δέρμα κατέσχε καὶ κατεκράτει τὴν κεφαλὴν ἐκκοπεῖσαν.

V. 342. Κιχεὶς quum sit ἅπαξ εἰρημένον, antiqui id et annotarunt et varie deduxerunt, vel a verbo in μι desinente, vel ab aoristo passivi, cf. schol. A. et Apoll. Lex. 400. Acamante, Thracum duce, de quo vide 2, 844. 5, 762., iam ab Aiace interfecto 6, 8., Merionis hasta Antenoris filium et Archelochi fratrem esse prostratum sequitur, vid. 2, 823. 11, 60. 12, 100., cuius frater 14, 464. occubuit.

V. 345. Orymantem scribendo varietatem quaesiverunt, alio Erymante paullo infra v. 415. caeso.

V. 347. Initium horum Apoll. de adverb. 603, 15. apposuit; postea κέασσε libri optimi, numeros adiuvantes, tutantur, ut Ven. Vindd. et all. Nec minus Lips. schol. κέδασσι sive κέδασε recte damnant. Quod, etsi eiusdem stirpis esse putatur, usu tamen Homerico ab illo differt. Nam κέασσε vi *perrupit*, ἐκέδασσε *disiecit*, *dissipavit* solet significare. Itaque illud lignatorum, fulminis et vulneris, hostilo caput vel os perrumpentis, est, vid.

ἐκ δ' ἐτίναχθεν ὀδόντες· ἐνέπλησθεν δέ οἱ ἄμφω
αἵματος ὀφθαλμοί· τὸ δ' ἀνὰ στόμα καὶ κατὰ ῥῖνας
πρῆσε χανών· θανάτου δὲ μέλαν νέφος ἀμφεκάλυψεν.
Οὗτοι ἄρ' ἡγεμόνες Δαναῶν ἕλον ἄνδρα ἕκαστος.
ὡς δὲ λύκοι ἄρνεσσιν ἐπέχραον ἢ ἐρίφοισιν
σίνται, ὑπὲκ μήλων αἱρεύμενοι, αἴτ' ἐν ὄρεσσιν
ποιμένος ἀφραδίῃσι διέτμαγεν· οἳ δὲ ἰδόντες
αἶψα διαρπάζουσιν ἀνάλκιδα θυμὸν ἔχούσας·
ὣς Δαναοὶ Τρώεσσιν ἐπέχραον· οἳ δὲ φόβοιο
δυσκελάδου μνήσαντο, λάθοντο δὲ θούριδος ἀλκῆς.
Αἴας δ' ὁ μέγας αἰὲν ἐφ' Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ

μὸν Vind. quint. — V. 351. ἀ[illegible]ρας ἀρίστους V. L. ap. schol. A. — V. 353. ὑπ' ἐκ μ. ol. vulgo. — V. 354. διέτμαγον all., ut videtur. — V. 356. ἀπέχραον Ald. sec. — V. 358. Αἴας δὲ μέγας H. coniect. — Ib. ὑφ'. Ἕκτορι Vind. quint. —

Od. 14, 418. 15, 322. 20, 161. 5, 132. 7, 250. 12, 388. et Il. 16, 412, 578. 20, 387. *Κέδασσε* contra disiectis aciei ordinibus, Achivis in reditu Iovis consilio dissipatis, et aliis similibus tribui solet, cf. 15, 657. 17, 283. 285. Od. 3, 131. 13, 317. 14, 242. Epici aetatis posterioris verbi utriusque confinia permiscuerunt.

V. 348. Augmentum numerorum concinnitati prodest, neque eo carent Ven. Vind. quint. et alii.

V. 349. Vind. quint. dualem *ὀφθαλμὼ* voluisse crediderim, cf. 17, 695. 23, 396. Od. 4, 704. 19, 471., et nomen hic obvium Il. 9, 503. 13, 474. Numerus vero pluralis eo defenditur, quod alia plura sunt adiuncta nomina, cf. Od. 20, 365.

V. 350. Ad verbum consentit Od. 4, 180., add. Apoll. Arg. III, 1130. Verbi structuram illustravi ad 8, 331.

V. 353. Venet. cum scholl. BL. *ὑπὲκ* coniunctim exhibet, cf. Excurs. XVIII. §. 3.

V. 354. Aoristum passivi iure tuetur schol. A. hisce: *ἡ διπλῆ, ὅτι οὕτως δεῖ γράφειν διέτμαγεν, ὡς κόσμηθεν, ἵν' ᾖ διετμάγησαν παθητικῶς· τὸ δὲ διέτμαγον ἐνεργητικόν ἐστιν*, cf. Etym. M. 273, 27. et Il. 1, 531. 7, 302. 12, 461., ad quae schol. non ita raro iterant idem praeceptum. His de causis bene emendavit Apoll. Arg. II, 298. III, 1147. Wellauerus; at Nonn. Dionys. VII, 108. nuperrima editio cum prioribus vitiose reliquit: *καὶ τὰ μὲν ὡς εἰπόντε διέτμαγον*. Activum, Homero semel dictum, Od. 7, 276., Alexandrini crebrius usurparunt.

V. 356. Aldinae mendum tollunt et libri et poeta ipse paullo ante et Od. 2, 60, add. Quint. Sm. VIII, 74. IX, 128. XIV, 602. Opp. Cyn. I, 415.; maiore varietate verbi usum distinguunt alii, uti Apoll. Rhod. II, 283., cll. III, 431. IV, 508.

V. 358. Aiacem Telamonium corporis magnitudine ab altero, Oilei filio, distingui commode admonet schol. Plerumque *μέγας*

Digitized by Google

εἶτ' ἀκοντίσσαι· ὃ δὲ ἰδρείῃ πολέμοιο,
ἀσπίδι ταυρείῃ κεκαλυμμένος εὐρέας ὤμους,
σκέπτετ' ὀϊστῶν τε ῥοῖζον καὶ δοῦπον ἀκόντων.

V. 363. σάως Lips., male. — V. 365. λαίλαπι in commentar. | quibusdam. — Ib. τείνει ol.

Τελαμώνιος Αἴας a poeta dicitur, vid. 5, 610. 12, 364. 13, 321. 14, 409. 15, 471, 560. Nostro par est 9, 169 Αἴας τε μέγας καὶ δῖος Ὀδυσσεύς. Quo perspecto, articulum recte praemitti Bothius vidit, et eum bis agnoscit Apoll. de constr. 1, 12, 41. et ib. 37, 74. Alter autem quo facilius discernatur Αἴας — Ὀϊλῆος ταχὺς υἱὸς sive Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας solet appellari, cf. 2, 527. 13, 66, 701. 14, 442, 520. 17, 256. 23, 473, 488, 754. Speciose, nec tamen satis accurate ultima Vossium transtulisse Lehrsius demonstravit de Arist. stud. Hom. 74.

V. 363. Vulgato praeter alios subsidio est Etym. M. 708, 36.

V. 365. Ex iis, quae et veteres grammatici et recentiores de coeli et Olympi forma ab Homero adumbrata uberius disputarunt, regionem coeli superiorem, candidam ac pellucidam, αἰθέρα, inferiorem, nebulis et humore concretam ἀέρα a poeta vocari satis constat, vid. Lehrs. de Arist. stud. 167 sqq. Iam quum h. l. ex aethere divo, aëris vicissitudinibus haud obnoxio, nubes, paullo antea ab Olympo per coelum diffusa, proficisci dicatur, Alexandrini, quomodo res sit explicanda, haerent incerti. Plerique quidem, Aristarcho vel praeeunte vel consentiente, aethera et aëra confusos volunt, similemque licentiam in Il. 11, 54. 15, 192. sibi deprehendere videntur. Aliam et eam duplicem interpretandi viam iniit Eust. 1064, 23 sqq.: καὶ ὅρα, inquit, φανερὰν ἐνταῦθα διάκρισιν Ὀλύμπου καὶ οὐρανοῦ καὶ αἰθέρος. φησὶ γὰρ Ὄλυμπον μὲν τὸ ὄρος, οὐρανὸν δὲ τὸν λιμνάζοντα ἀέρα καὶ παχύν, αἰθέρα δὲ τὴν ἄνω κυκλοφορίαν, τὴν αἰτίαν τῆς ποιᾶς τῶν ἀνέμων κινήσεως, ἵνα λέγῃ, ὅτι ἐξ Ὀλύμπου τοῦ ὄρους λαῖλαψ νεφώδης εἰς ἀέρα ἔρχεται ἄνωθεν λαβοῦσα τὸ ἐνδόσιμον· ἢ καὶ ἄλλως ἁπλούστερον, αἰθρία ἔστι νοῆσαι τὴν αἰθρίαν καὶ εὐδίαν, ἵνα ᾖ ὁ νοῦς, ὅτι νέφος ἐξ Ὀλύμπου ἔρχεται μετὰ εὐδίαν· ἣν ἀποσιμαίνων αἰθέρα δῖαν λέγει πρὸς διαστολὴν τῆς λαίλαπος. Quae si minus satisfecerint, tertiam subiungit, ratus αἰθέρα δῖαν, sicuti adiectivum ostendat, ipsum Iovem tempestatum auctorem posse significare; unde factum sit, ut recentiores serenam coeli faciem εὐδίαν sive Iovem tranquillum appellent. Sed ea poetae tum perspicuitati tum simplicitati officere apparet; physicorum enim decreta minus cadunt in Homerum. Prius, si quid video, ex eodem fonte petitum, non magis quadrat, aethere infra coelum posito, vid. 2, 458. 17, 425. 19, 351. Passovius quidem in Lex. v. αἰθήρ, aliis obsequutus, eum et super coeli regionem et infra eam expandi statuit, sed nullo alio usus testimonio nisi nostro, de quo in utramque partem licebit disputare. Superest igitur id solum, quod medium proposuit Eustath., non modo a scholl. BLV.,

ἦ μὲν δὴ γίγνωσκε μάχης ἑτεραλκέα νίκην·
ἀλλὰ καὶ ὣς ἀνέμιμνε, σάω δ' ἑῤίηρας ἑταίρους.
Ὡς δ' ὅτ' Ὀλύμπου νέφος ἔρχεται οὐρανὸν εἴσω
αἰθέρος ἐκ δίης, ὅτε τε Ζεὺς λαίλαπα τείνῃ·

vulgo, Eust. 1069, 20. τεῖνος libror. pars. —

verum etiam a plurimis recentioribus comprobatum, nuper demum a Lehrsio l. all. 172 sq. graviter impugnatum. Etenim ille et aethera sive sublime illud candens nubibus ventoque disturbari negat, ipsamque coeli serenitatem *αἰθρην* neque *αἰθέρα* nominari scribit. Si quis autem ventus ex aethere spirare dicatur, eum coelo sereno acriter et iucunde flare navemque citius impellere, ut in Od. 15, 293 sqq., add. hymn. in Apoll. 432 sqq. His si opponere velles *αἰθέρα ζοφόεντα* vel *καπνῷ ἀχλυόεντα*, qualem Apoll. in Arg. III, 1265. IV, 927. commemorat, ne nomina ab Homero discreta epici sequiores temere permiscuisse dicerentur, sane verendum esset. Quare argumentationem istam non ab omni parte veritati congruere erit demonstrandum. Iam primum coelum sive *οὐρανὸν* genus, *αἰθέρα* vero et *ἀέρα* illius partes esse liquet, sed coelum ut interdum ab aethere separatur, ita eiusdem synonymum esse potest. Hinc tumultum, splendorem et alia modo ad coelum, modo ad aethera evehi dicuntur, vid. 15, 686. 18, 214. 19, 379, cll. 2, 153. 8, 509. 11, 44. 14, 60. In coelo autem et nubes conglomerantur, et idem noctis tenebris obducitur, ut Od. 5, 303. 13, 269., quo facto aether ille perennis et pellucidus non quidem perit, sed hominum adspectui eripitur, et quasi evanescit, sive coelum serenum nigrescit. Inde poeta fumum et in coelum et in aethera surgentem inducit, vid. 1, 317. 21, 522, cll. 18, 207. Porro Iovem modo in aethere habitantem poeta facit, cf. 2, 412. 4, 166. Od. 15, 523., modo coelum aëre et nubibus involutum scribit Il. 15, 192. Propterea minus laudaverim eorum sollertiam, qui omnia ad vivum resecando veniam fingendi comminiscendique, pessimis quibusque poetis lubenter concessam, Homero derogatam velint, et rerum ab eo descriptarum formam ac figuram, suo quasi penicillo delineatam, aliquanto novari immutarique aegre ferant. Nimia enim ista severitate eo perducimur, ut sana depravata, incorrupta adulterata, poetae denique copiam et ornatum diasceuastarum imperitorum lacinia necessario habeamus. Itaque, quum nubes in montium iugis alibi collectas videamus, eaeque vento afflante impellantur, ut 5, 523 sqq., hic quoque nubes ex Olympo monte, aethere caligine obducto et turbine exorto, per coeli convexa diffundi et res ipsa docet et comparatio cum Troum legionibus, e navium munimentis in aperta Scamandri prata disiectis ac repulsis. Ceterum Lehrsius, qui antiquum vatem *αἰγίδος ἐκ δίης* dedisse suspicatur, iam eo redarguitur, quod genitivum poetae inauditum nobis procudit. Paullo post *λαίλαπι* placuit iis, qui praecedentia cum sequentibus arcte copularent, Iovemque ex aethere divo procellam, nubes diffundentem, emisisse statuerent. Hoc autem inventum superioribus parum congruit, nisi existimaveris et splendorem aethereum et nu-



Digitized by Google

ὣς τῶν ἐκ νηῶν γένετο ἰαχή τε φόβος τε·
οὐδὲ κατὰ μοῖραν πέραον πάλιν. Ἕκτορα δ' ἵπποι
ἔκφερον ὠκύποδες σὺν τεύχεσι· λεῖπε δὲ λαὸν
Τρωϊκόν, οὓς ἀέκοντας ὀρυκτὴ τάφρος ἔρυκεν.
πολλοὶ δ' ἐν τάφρῳ ἐρυσάρματες ὠκέες ἵπποι
ἄξαντ' ἐν πρώτῳ ῥυμῷ λίπον ἅρματ' ἀνάκτων·
Πάτροκλος δ' ἔπετο σφεδανὸν Δαναοῖσι κελεύων,
Τρωσὶ κακὰ φρονέων· οἱ δὲ ἰαχῇ τε φόβῳ τε
πάσας πλῆσαν ὁδούς, ἐπεὶ ἆρ τμάγεν· ὕψι δ' ἄελλαι
σκίδναθ' ὑπὸ νεφέων· τανύοντο δὲ μώνυχες ἵπποι

V. 366. γένετ' ἰαχὴ Lips. — V. 370. ἐρυσάρματοι Lips. — V. 371. ἅρμα ἄν. coniect. Bentl. — V. 373. οἱ δ' ἰαχῇ Lips. — V. 374. ἀέλλη γ. ol. vulgo. H. et Both. ἀελλὴς coniect. eiusd. — V. 375. ὑπαὶ νεφ. Vindd. Eust. 1065, 11. — V. 376. ποτὶ Vind. quint. — Ib in fin. ἑλιχθέντων ὑπ' Ἀχ. V. L. ap. schol. A. — V. 379. πρηνέες ἐξοπίσω Vind. un. — Ib. ἀναχυμβαλία-

bem simul fuisse in Olympo. Verbi coniunctionem Ven. scholl. et libri plurimi tradiderunt.

V. 366. Vid. ad 15, 396.

V. 367. Cf. 12, 225. et Eust. 1064, 45.

V. 370. Lipsiensis, ut librarii solent, exquisito et poetico commune ac quotidianum supposuit, vid. Et. M. 105, 48. 378, 36. Eust. 1064, 59. Greg. Cor. 443.

V. 371. Eustathius 1064, 48. pluralem habet: ἄξαντες, ὅ ἐστι κλάσαντες, θραύσαντες. Scholl. Bl. ad bigas, quibus Troes vehuntur, dualem referendum putant. cf. Apoll. Lex. Hom. 141. Nostris fere convenit 6, 40.

V. 372. Vid. ad 11, 165.

V. 373. Hostilia et perniciosa Troianis meditatur Patroclus, cf. 7, 70. 12, 67. 10, 486. 16, 783. Od. 20, 5.

V. 374. Non solum ᾱ longum, sed breve etiam Ionas in η̄ transmutare grammatici quidam censuerunt, ut Trypho, Apollonio teste, de adverb. 494, 17. Horum ex praecepto ἀέλλη, cuius nulla ratio idonea excogitari potest, per libros scriptos et impressos regnat. At pro usitato stant schol. Vict. Eust. 1065, 9., etsi antea vulgare sequitur, et Vind. ed., qui ἄελλη properoxytonum offert. Bothius Apollonii Lex. 136 sq. fretus ἀελλὴς Κίδνατ' ὑπὸ νεφ. poetae privum ac proprium fuisse colligit. Illam autem formam satis dubiam esse cognovimus ad 3, 13. Proxime accedunt ad nostra 23, 366.

V. 378. Vid. 15, 448, ubi eadem brevitate poeta usus, nomen plerumque adiectum omittit: pleniora sunt 5, 829, 841. 8, 139. 11, 513. 12, 124. 19, 424. 23, 422.

V. 379. Incerta verbi origo varias peperit explicationes. Hesychius quidem I, 361 ἀνεκυμβαλίαζον· ἀνετρέποντο ἐπὶ τὴν κεφαλήν, παρὰ τὸ κύμβαχος· ἢ ἦχον ἀποτελεῖσθαι, παρὰ τῶν κυμβάλων, add. Eust. 1065, 18, quibuscum Valckenaer. ad Eur.

ἄψορρον προτὶ ἄστυ νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων.
Πάτροκλος δ', ἦ πλεῖστον ὀρινόμενον ἴδε λαόν,
τῇ ῥ' ἔχ' ὁμοκλήσας· ὑπὸ δ' ἄξοσι φῶτες ἔπιπτον
πρηνέες ἐξ ὀχέων, δίφροι δ' ἀνεκυμβαλίαζον.
380 ἀντικρὺ δ' ἄρα τάφρον ὑπέρθορον ὠκέες ἵπποι,
[ἄμβροτοι, οὓς Πηλῇϊ θεοὶ δόσαν ἀγλαὰ δῶρα,]
πρόσσω ἰέμενοι· ἐπὶ δ' Ἕκτορι κέκλετο θυμός·
λετο γὰρ βαλέειν· τὸν δ' ἔχφερον ὠκέες ἵπποι.
ὡς δ' ὑπὸ λαίλαπι πᾶσα κελαινῇ βέβριθε χθὼν
385 ἤματ' ὀπωρινῷ, ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ

ζον V. Ar. et H. — V. 380. ἀνὰ τάφρον Vind. ed. ἀνὰ τάφρον Vind. quint. et ol. vulgo. — V. 384. κελαινὴ vulgo. — Ib. βέβρυχε libr. pauci, βεβρίθη Thiersch. in gr. Gr. §. 346. 10. — V. 385. ἤματι χειμερίῳ Vind. quint. — Ib. λαυρότατον Eust. 1065, 44. Rom. et χίῃ Vind. quint. —

Phoen. 1157. schol. A. contulit, ita praecipientem: οὕτως Ἀρίσταρχος ἀνακυμβαλίαζον, διὰ τοῦ ᾱ· οὐ γὰρ ἑκάστοτε τὰ σύνθετα μεταβάλλει παρὰ τοῖς Ἴωσιν. ἄλλοι δὲ ἀνεκυμβαλίαζον. Quod quum augmentum solum attingat, Batavus inconsideratius ad verbi formam transtulit, Aristarchum ἀνεκυμβαλίαζον antiquo et vero ἀνακυμβαχίαζον temere substituisse ratus. At eius vestigium nusquam apparere prudenter vidit Heynius, add. scholl. Bl. Apoll. in Lex. 129. Et. M. 96, 54. Suid. I, 194. Verbum autem ad strepitum curruum celeriter raptorum eversorumque sonitum exprimendum factum esse veteres iudicant. Ceterum augmento quum compositis tum simplicibus ab Aristarcho ablato omnes propemodum assentiuntur.

V. 380. Praepositionem inutilem et molestam pauci quidem; sed ii praestantissimi rescindunt, velut Ven. Eust. 1064, 54. et cum eo Romana.

V. 381. Venet. cum aliis neglexit, ut e rhapsodiae huius fine illatum. Ubi quum v. 383. praemittatur, aptior videri potest. Contrarium placuit Bothio.

V. 384 sq. Terram pluviarum turbine nigram Eust. 1063, 59. agnoscit. Sed κελαινὸν melius cadere in turbinem olim iam dixi, idque a Bothio comprobatum video. Primum enim tota terra imbribus impleta traditur: minus igitur apte singulari eius parti id dabimus; deinde terram κελαινὴν nunquam vocavit poeta. Ea quidem μέλαινα vel propter globae fertilitatem, vel ut interiores quasi eius recessus significentur, non ita raro appellatur, cf. 2, 699. 15, 715. 17, 416. 20, 494. Od. 11, 365, 587. 19, 111. Tenebris vero obductam sive κελαινὴν terram dicere licebit, noctis caligine involutam, uti γαῖαν ἐρεμνὴν his coniunxit Apoll. Rh. III, 1191, 864. Contra λαῖλαψ ἐρεμνὴ sive κελαινὴ eius naturae et admodum congruit et multis multorum exemplis stabilitur, velut Il. 11, 747 αὐτὰρ ἐγὼν ἐπόρουσα κελαινῇ λαίλαπι ἶσος, cf.

Ζεύς, ὅτε δή ῥ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ,
οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας,
ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες·
τῶν δέ τε πάντες μὲν ποταμοὶ πλήθουσι ῥέοντες,
πολλὰς δὲ κλιτῦς τότ' ἀποτμήγουσι χαράδραι,
ἐς δ' ἅλα πορφυρέην μεγάλα στενάχουσι ῥέουσαι

V. 386. ὅτε δή κ' ἄνδρ. edill. antiqq. δὴ ἀνδρ. V. ἀνδράσι Flor. — 387. ἐν ἀγορῇ editt. antiqq. — 1b. κρίνουσι et vers. sq. ἐλάσουσι Harl. — V. 389. τῶν δὲ π. Vind. ed. — V. 390. κλιτῦς V. L. ap. Eust. 1066, 18. κλιτὺς grammaticor. pars. —

12, 375. 20, 51. Quint. Sm. I, 355. VI, 368. VIII, 380. XIV, 485. His igitur argumentis impulsus κιλαινῇ levi mutatione recepi. Accedit autem, quod in similibus πᾶσα χθὼν satisfacit poetae, vid. 2, 780. 19, 362. Subiunctivum, quem Thierschius restitui iussit, minime necessarium esse Hermann. ostendit in Opusc. II, 48. Facilius etiam eo modo carebimus in sequentibus, quibus indicativus solus fere legitimus est. Λαυρότατον et λαβρότατον forma et dialecto, nec vero re et significatione discrepant, quamquam aliter existimat Eustath. 1065, 63 sqq.

V. 386. Promiscue apud Homerum ὅτε δή ῥα et ὅτε δή τε ferri non memini. Familiaria enim sunt ὅτε τε et ὅτε πέρ τε vel ὅτε δή ῥα et ὅτε δὴ ἄρα, cf. Thiersch. gr. Gr. §. 322, 1. et ad 1, 186. Sapienter igitur e Vindd. Eust. 1065, 45. et aliis suum redhibuerunt poetae. In Ciceronis epistol. ad Quint. fr. III, 7, e quibus Heynius ὅτε δή γ' ἄνδρεσσι profert, nihil diversi hodie obtinet.

V. 387. Numeris prospiciunt Ven. Vindd. et plurimi. Indicativus apud Hesiodum etiam Op. 221. recte cessit subiunctivo. Mutuatus autem est Ascraeus ab Homero δίκας σκολιάς, add. Callim. in Iov. 83. et Hes. Op. 192. Pravis illis et iniustis iudiciis opponuntur recta et incorrupta (δίκαι ἰθεῖαι), vid. Hes. Op. 230, cuius recordatur Eustath. 1066, 5. In Etym. M. 197, 7. modus non minus quam persona vitio laborat: legitur enim: κρίνει θέμιστας.

V. 388. Postrema exstant in Etym. M. 627, 45. 628, 9. et in Apoll. Lex. 505., totumque hemistichium apud Hesiod. Op. 251. Deorum vindictam et animadversiones ab impiis sperni procorum exemplo Odyssea docet 14, 82. 20, 215. 21, 28., add. Hesiod. Op. 187.

V. 390. Herodianum nominis tonorem ambiguum censuisse schol. A. testatur. Scripsit enim in Iliados prosodia κλιτὺς et γραπτὺς (Od. 24, 229), in Odysseae γραπτῦς et κλιτῦς, quod Graecorum norma magis commendat. Vel idem vel eius schola, si Eustathio credimus, prioris syllabae mensura offensus κλειτῦς, utpote a κλίτας ortum, proposuit. At syllabam istam constanter produci demonstrarunt Schaefer. in Melet. crit. 73. et Iacobs. ad Anthol. Pal. 872., vid. libellum meum de pros. Gr. §. 40, 3.

ἐξ ὀρέων ἐπὶ κάρ· μινύθει δέ τε ἔργ' ἀνθρώπων·
ὣς ἵπποι Τρωαὶ μεγάλα στενάχοντο θέουσαι.
Πάτροκλος δ' ἐπεὶ οὖν πρώτας ἐπέκερσε φάλαγγας,
ἆψ ἐπὶ νῆας ἔεργε παλιμπετές, οὐδὲ πόλῆος
εἶα ἰεμένους ἐπιβαινέμεν, ἀλλὰ μεσηγὺ
νηῶν καὶ ποταμοῦ καὶ τείχεος ὑψηλοῖο

V. 392. ἐπίκαρ Etym. M. 361, 7. Both. — Ib. δέ τ' ἔργ' ἀνθρ. Lips. δέ τοι ἔργ' ἀνθρ. Apoll. in Lex. 286. — V. 394. ἀπέκερσε Caut. ap. Heyn. — V. 396. ἐπιβαίνειν Vind. quint. —

annot. cll. §. 64, 2. g. annot. Apollon. glossam in Lex. 405., Villoisonius selte emendavit. *Χαράδραι* paroxytonum esse, uti *φαρέτραι*, Aristarcho obsequuti censent grammatici, vid. schol. A.

V. 392. Formulae *ἐπὶ κὰρ* apocopam originem dedisse iudicant plerique, velut Eust. 1066, 26.: *τὸ δὲ ἐπὶ κὰρ ἐστὶ μὲν ἀντὶ τοῦ ἄνωθεν κάτω καὶ οἷον ἐπὶ κάρη κατὰ ἀποκοπήν, κυριολεκτεῖται δὲ ἐπὶ ζώων*, cf. scholl. AVD. Hesych. I, 1356. Suid. I, 810. Drac. de metr. 36, 21. In Apollonii vero Lexic. 286., ubi *ἐπικάρα* perperam scribitur, vel Homericum vel *ἐπὶ κάραν* ex Hesychio erit reducendum. Nam alii *κάρη* neutrum, alii femininum nostri nominis fundamentum ac principium habuerunt; vid. scholl. Quare Apollonium iis, qui *ἐπίκαρ* adverbium praeferendum existimaverint, inconsideratius annumerat Bothius. In ea autem opinione fuerunt Etymologici scriptor l. all. et Galen. in gloss. Hippocrat. v. *ἀνάκαρ* 430., etsi ne hic quidem satis certa atque explorata praebet. Neque insolitum est recentioribus *ἡ κάρη* et *κάρα*, vid. Passov. Lex. in v. et Dionys. Perieg. 562, 1049. Quint. Sm. XI, 58. et Lycophr. Al. v. 436., ubi Bachmannus, libris invitis, neutrum adoptavit. Verba autem medius separari vel Latinorum usus ostendere potest. Fluvii enim praecipites de montibus ferri dicuntur.

V. 394. Scholl. BL. 21, 3 *ἔνθα διατμήξας τοὺς μὲν πεδίονδε δίωκεν* comparant, *ἀποκείρειν* igitur idem esse statuunt, quod plerumque significat *ἀποτμήγειν*, *hostes intercludere*, vid. 10, 364. 11, 468. 22, 456. At dicendi consuetudo obstat, quae *ἀποκείρειν* proprie accipiendum esse efficit, cf. 23, 141. 10, 456. 13, 546, 548. Hinc *ἐπέκερσε*, cui libri propemodum omnes adsunt, ad ordines a Patroclo quasi incisos erit referendum, vid. 15, 467.

V. 395. Sicut alibi, ita hic quoque minus constitit interpretibus de adverbio. Alii enim *παλιμπετὲς* pluralis nominativum sumpsisse discimus ex Eust. 1066, 53. Ad nostra pertinet Apollonii explicatio in Lex. 527 *παλιμπετές· εἰς τοὐπίσω πεπτωκάναις*, quam ad Od. 5, 27. male revocant editores, cf. Etym. M. 649, 4. Ab Homero transiit ad alios, ut ad Callim. h. in Dian. 256. Apoll. Rh. II, 1250. III, 285, IV, 1315.; metaphora ab avibus erit petita.

κτεῖνε μεταίσσων, πολέων δ' ἀπετίνυτο ποινήν.
ἔνθ' ἤτοι Πρόνοον πρῶτον βάλε δουρὶ φαεινῷ
στέρνον γυμνωθέντα παρ' ἀσπίδα· λῦσε δὲ γυῖα·
δούπησεν δὲ πεσών. ὁ δὲ Θέστορα, Ἴνοπος υἱόν,
δεύτερον ὁρμηθείς — ὁ μὲν εὐξέστῳ ἐνὶ δίφρῳ
ἧστο ἀλείς· ἐκ γὰρ πλήγη φρένας, ἐκ δ' ἄρα χειρῶν
ἡνία ἠχθήσαν — ὁ δ' ἔγχεϊ νύξε παραστὰς
γναθμὸν δεξιτερόν, διὰ δ' αὐτοῦ πεῖρεν ὀδόντων·
ἕλκε δὲ δουρὸς ἑλὼν ὑπὲρ ἄντυγος, ὡς ὅτε τις φὼς
πέτρῃ ἐπι προβλῆτι καθήμενος ἰερὸν ἰχθὺν
ἐκ πόντοιο θύραζε λίνῳ καὶ ἤνοπι χαλκῷ·

V. 398. ἀπετίνυντο Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 399. *Πρόνοον μὲν πρ.* Vind. quint. — Ib. in fin. *ποιμένα λαῶν* V. L. ap. schol. A. — V. 403. *ἧστο ἀλεὶς* V. Eust. 1067, 99. Ald. all. — V. 404. *ἡνί' ἄρ' ἠχθ.* Bentleii coniect. — V. 406 et 409. *εἷλκε* ol. vulgo. — V. 411. *Εὐρύαλον* V. Vind. ed. *Ἐρύαλον* ol. vulgo

V. 398. Liquidam geminari vetant codices. Ceterum *ἀποτίνομαί τινος* et *ἀποτίνομαί τινα poenam alicuius rei* sive *ab aliquo exigere* apud Homerum indicat, vid. Od. 2, 73. 23, 312. cll. 5, 24. 13, 386. 24, 480., sed activum *ἀποτίνειν τινί τι solvere alicui aliquid*, vid. 3, 286. cll. Od. 22, 235. Hesiod. Op. 262. *ἀποτίνειν τί τινος alicuius rei poenam solvere*, ut 18, 93. *ἀποτίνειν τινὶ* sive *σύν τινι aliqua re poenas pendere*, cf. 4, 161.

V. 403. Ven. 21, 571 *ἀλεις*, 23, 420 *ἀλεν*, similia similiter profert. Recte igitur spiritum lenem, in quo Vindd. et alii consentiunt, revocarunt, vid. Buttmann. in Lexil. II, 145 sqq. Praepositione repetita orationi gratiam aliquam addi observat Eustath. 1067, 34.; ea autem augetur caligo Thestoris animo offusa, vid. 3, 367. Prioribus fere concinunt 13, 394. 18, 225.

V. 406. Vind. quintus de Aristarchi praecepto, cf. ad 4, 213, *ἕλκε* bis servavit. Genitivum, qui sequitur, communi tuentur assensu, singulorum vero explicatio molestiam fecit viris doctis. Heynius quidem ad 3, 78. 7, 56 *μέσσου δουρὸς ἑλών* provocat, quod si minus aptum habeatur, ita coniungendum putat: *ἕλκεν αὐτὸν* (*διὰ*) *δουρός*, *ἑλών* (*τοῦτο*). Qua ambage etsi vix opus erit, non multum tamen abhorret Matth. in gr. Gr. §. 331. annot. 1., dum reddit Homerica: *ἕλκε δὲ αὐτὸν δουρός, ἑλὼν τὸ δόρυ.* Sed nulla omnino egemus ellipsi, quod *ἑλεῖν τινος* et *ἑλεῖν τι* aeque bene dicunt Graeci, eo solo discrimine, ut prius rei partem, posterius rem totam fere significet. Quo fit, ut personae adiectae vel accusativus vel genitivus necessario sequatur, cf. 1, 197, 323. 4, 542. 5, 30. 7, 108. 11, 646. 19, 126. 21, 71., quibus obstant 14, 137, Od. 3, 37, 374. et alia multa. Optime igitur Homerica reddemus: *traxit eum hasta prehensa super sellam.*

V. 407. Grammatici *ἰερὸν ἰχθὺν* vel magnum esse volunt

ὣς ἔλκ' ἐκ δίφροιο κεχηνότα δουρὶ φαεινῷ,
κὰδ δ' ἄρ' ἐπὶ στόμ' ἔωσε· πεσόντα δέ μιν λίπε θυμός.
αὐτὰρ ἔπειτ' Ἐρύλαον ἐπεσσύμενον βάλε πέτρῳ
μέσσην κὰκ κεφαλήν· ἡ δ' ἄνδιχα πᾶσα κεάσθη
ἐν κόρυθι βριαρῇ· ὃ δ' ἄρα πρηνὴς ἐπὶ γαίῃ
κάππεσεν· ἀμφὶ δέ μιν θάνατος χύτο θυμοραϊστής.
αὐτὰρ ἔπειτ' Ἐρύμαντα καὶ Ἀμφοτερὸν καὶ Ἐπάλτην,
Τληπόλεμόν τε Δαμαστορίδην, Ἐχίον τε Πύριν τε,
Ἰφέα τ' Εὐιππόν τε καὶ Ἀργεάδην Πολύμηλον,
πάντας ἐπασσυτέρους πέλασε χθονὶ πουλυβοτείρῃ.
Σαρπηδὼν δ' ὡς οὖν ἴδ' ἀμιτροχίτωνας ἑταίρους

et W. — Ib. *ἐπεσσύμενος* V. L. ap. schol. Vict. — V. 412. *κεάθη* Vind. quint. — V. 414. *θυμοραίστης* Glaucus grammat. — V. 416. *Πύρην* Vind. ed. et ol. vulgo. *Πύρον* Lips. — V. 419. *ὡς οὖν*, Barnes., omissa particula, cum paucis. — Ib. *ἀμιτροχίτωνας* grammaticor. pars.

vel de certo piscium genere intelligunt Homerica, qua de re videbimus in commentario. Ea vero de causa poetae versum aliquoties enotarunt, velut Athen. VII, 244. Etym. M. 468, 20. Apoll. in Lex. 359. Ut rupes praerupta similiter litus, scopulus, munimentorum valli *προβλῆτες* vocantur, vid. 2, 396. 12, 259. Od. 5, 405. 10, 89. 13, 97. hymn. Hom. VI, 3.

V. 411. Sive *Εὐρύαλος* sive *Ἐρύαλος*, siquidem etymum fuerit *ἅλς*, metro obnitetur. Quare *Ἐρύλαον* ab Heynio ex Harlei. adscitum, neque Bothio et Buttmann. Lexil. I, 148. not. spretum, verius habui. Postea *ἐπεσσύμενον* libri non minus quam poetae usus et consuetudo eximunt dubio, cf. 4, 527. 12, 388.

V. 412. Forte fortuna una literula excidit e Vind. quint., cf. infra 578. 20, 387. et ad v. 347.

V. 414. Quod *ῥαῖσεν* bisyllabum esse solet, et tenor et diaeresis Glauco displicuit. Ei vero scholl. Bl. opponunt 16, 591. 18, 220 *δηΐων ὕπο θυμοραϊστέων*, add. 13, 544.

V. 415. Aristarchum, ut proprium et numerale aperta nota secerneret, *Ἀμφοτερὸν ὀξυτόνως* dedisse schol. AV. testantur, add. Kust. 1068, 3. et Lehrs. de Arist. stud. Hom. 275 sqq.

V. 416. Optimi quique, ut Ven. Vind. quint. et Harl., iustam nominis formam poetae restituerunt. Tlepolemo ne cum Rhodiorum duce, Herculis filio, confunderetur, vid. 2, 653, patronymico discrevit.

V. 418. Vid. ad 8, 277.

V. 419. Adversativam immerito expulit Barnesius: eam enim Ven. schol. A. et omnes propemodum lutantur. Epitheton Lyciis appositum pro varia interpretatione vario instruxerunt spiritu. Ac plerique quidem *ἀμιτροχίτωνας* reddunt *ἀζώστους*, ponunt igitur Lyciorum saga sive thoraces nullo cingulo fuisse subnexos. Alii vero, quibus res mira et ab usu militari aliena est visa, vel *ἀμι-*

χέρσ' ὕπο Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμέντας,
κέκλετ' ἄρ' ἀντιθέοισι καθαπτόμενος Λυκίοισιν·
Αἰδώς, ὦ Λύκιοι, πόσε φεύγετε; νῦν θοοὶ ἔστε.
ἀντήσω γὰρ ἐγὼ τοῦδ' ἀνέρος, ὄφρα δαείω,
ὅστις ὅδε κρατέει· καὶ δὴ κακὰ πολλὰ ἔοργεν
Τρῶας· ἐπεὶ πολλῶν τε καὶ ἐσθλῶν γούνατ' ἔλυσεν.

V. 420. θανόντας Vind. quint. | — V. 429. μάχονται ol. vulgo.

τροχίτωνας praetulerunt, vel de mortuis, quibus mitrae ab hostibus essent detractae, acceperunt. Ita tradunt scholl. BLV: οἱ δὲ τοὺς ἅμα θώραξι συνηρτημένην ἔχοντας μίτραν. οἱ δὲ οὐκ ἐπὶ πάντων τὸ ἐπίθετον, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἀνηρημένων, ἐπεὶ εἶδεν αὐτοὺς ἀμιτροχίτωνας γεγενημένους διὰ τὸ ἐσκυλεῦθαι, add. Eust. 1068, 23 sqq. At prius, utpote simplicius, plurimis satisfecisse ostendunt Et. M. 83, 52. Apoll. in Lex. 102. Athen. XII, 523. d. et alii. Magis etiam absurda Daceria comminiscitur, Lycios, quo expeditius fugerent, thoracas abiecisse opinata.

V. 422. E Tzetzae schol. ad Hesiodum p. 427., apud Heinsium p. 54. d. νῦν θοοὶ ἐστὸν affert Heynius; certe scribendum erat ν. θ. ἔστον. Vulgari autem libri patrocinantur, id quod non tam irridentis quam adhortantis esse prudenter et vere existimant scholl. BL. interpretati: ἀγαθοὶ καὶ ταχεῖς εἰς τὸ πολεμεῖν γίνεσθε, cf. 494. 5, 536, 571. Inconsultius igitur Eust. 1068, 31. ad Lycios fugae intentos transtulit hisce: ὀνειδίζει ὁ λόγος τοὺς ἀνδρίζεσθαι μὲν βραδεῖς, ὀξυκινήτους δὲ φεύγειν. In quem errorem incidit, ut videtur, Odyss. 6, 199.

V. 424 sq. Vid. 5, 175 sq.

V. 428. Vultures vel a rostris vel ab unguibus aduncis ἀγκυλοχείλας appellari grammatici tradunt. Hoc qui statuerunt aut ἀγκυλοχῆλαι, cuius exemplum novit Batrachom. 296., legerunt, aut Boeotum more η in ει abiisse putarunt, vid. Eust. 1068, 50. At eam etymologiam vanam falsamque esse non modo id, quod proxime praecedit, declarat, sed grammatici etiam uno ore profitentur, vid. praeter Eustathium schol. Vict. Etym. M. 11, 15. Apoll. Lex. 31. et gramm. in Bekker. Anecd. Gr. 329. 5. 978. 33. Ab eorum decretis haud recedit poetarum usus, cf. Od. 19, 538. 22, 302. Hesiod. Scut. Herc. 405 sqq., qui tres versus ex Iliade est mutuatus.

V. 429. Subiunctivum, Ven. sponsore, reduxerunt, apud Hesiod. 406. dualem μαχέσθην habemus, rei narratae commodum et idoneum.

V. 430. Schol. A. κεκλήγοντες, ὡς λέγοντες, add. Eust. 1068, 46. Etym. M. 500, 2. Aristarchus vero in altera illud ut Aeolicum reiecerat, eique plures recensiones accedere narrat schol. Vict. Eum igitur sequutus esse videtur Vind. quintus, in quo κεκληγότες perperam fertur, cf. praeterea schol. Harl. ad Od. 12, 256. 14, 30. et Thiersch. gr. Gr. §. 211. 29. b. Neque ignotam fuisse longam vocalem quum Hom. Il. 2, 314. tum Apoll.

*Ἡ ῥα, καὶ ἐξ ὀχέων σὺν τεύχεσιν ἆλτο χαμᾶζε.*
*Πάτροκλος δ' ἐτέρωθεν, ἐπεὶ ἴδεν, ἔκθορε δίφρου.*
*οἱ δ', ὥστ' αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες, ἀγκυλοχεῖλαι*
*πέτρῃ ἐφ' ὑψηλῇ μεγάλα κλάζοντε μάχωνται,*
*ὣς οἱ κεκλήγοντες ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν. —*
*τοὺς δὲ ἰδὼν ἐλέησε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω,*
*Ἥρην δὲ προέειπε κασιγνήτην ἄλοχόν τε·*

— V. 430. κεκληγῶτες Ar. in alt. —

Arg. IV, 876. ostendunt. Verum libri plerique et alia exempla, ut 17, 756, 759., vulgare a grammaticorum libidine tutum praestabunt.

V. 431. Sicut alia affectus verba, ita ἐλέησε participio erit iungendum: *his conspectis Iupiter miseritus est*, vid. 6, 484. 17, 441. 19, 340.

V. 432 sqq. Totum Iunonis et Iovis colloquium, quod, deorum patre in Ida monte subsistente, coniux eius 15, 79. in Olympum sit digressa, neque ad Idam reversa dicatur, sustulit Zenodotus. At multa ab Homero silentio praetermissa e rerum gestarum ordine demum cognosci et h. l. et alibi monent interpretes Veneti, vid. ad. 16, 411. 17, 24. 18, 356. Nihilominus e recentioribus Fr. Schlegelius, Heynius et Payne-Knightius Zenodoti causam suam fecerunt, aliique, quibus eius inventum exornarent, in medium protulerunt. Ita Heynius nostra ad similitudinem eorum, quae de Iovis misericordia Hectoris in morte spectata 22, 168. leguntur, a rhapsodo quodam adumbrata esse dicit, et 17, 150 sqq. spuriam horum originem manifesto prodere. Nec vero similitudo ista tanta est, quanta possit iustam excitare suspicionem, nec mirum videbitur, si Glaucus amici corpus divina opera hostibus ereptum patriaeque redditum esse ignoraverit. Infinita autem nobis dubitandi materia suppeditaret, si omnia omnino poetae dicenda fuissent, nihil prorsus legentium vel audientium sagacitati relinquendum. Exemplo sunto 8, 398. 18, 166. 19, 340. Porro si quis colloquium illud cum Zenodoto rescindendum iudicaverit, ab eo 17, 544 sqq. 18, 356 sqq., in quibus ille non minus haesit, tollantur necesse est. Ad haec denique accedunt certa veterum testimonia, qui Iovis aegrimoniam vitio vertunt Homero, velut Platonis de rep. III, 388, cuius auctoritati et Graeci sophistae, ut Maxim. Tyr. dissert. XI, 199. XXIV, 464, et Latini sapientes, vid. Gisium ad Ciceron. divinat. II, 10. §. 25, et patres christiani, ut Athenagor. XVII, 3., Iustin. cohort. II. et Clem. Al. coh. p. 49. prompto parnerunt animo. Alia insuper de causa Plutarch. in symposiac. probl. lib. IX. I. Tom. II. p. 736. F. (VIII, 938.) v. 432. commemoravit, ut qui a rhapsodo quodam Ptolemaei Philadelphi et Arsinoae sororis nuptiis ita fuerit aptatus, ut carmen exordiretur hisce: *Ζεὺς δ' Ἥρην ἐκάλεσσε κασιγνήτην ἄλοχόν τε.* Quae quum ita sint, quemadmodum ipse olim censui et quum Bothius tum Lehrsius de Arist. stud. Hom. 357., alter loci suavitate

Ὤ μοι ἐγών, ὅτε μοι Σαρπηδόνα, φίλτατον ἀνδρῶν,
μοῖρ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι.
διχθὰ δέ μοι κραδίη μέμονε φρεσὶν ὁρμαίνοντι,
ἦ μιν ζωὸν ἐόντα μάχης ἄπο δακρυοέσσης
θείω ἀναρπάξας Λυκίης ἐν πίονι δήμῳ,
ἦ ἤδη ὑπὸ χερσὶ Μενοιτιάδαο δαμάσσω.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα βοῶπις πότνια Ἥρη·
αἰνότατε Κρονίδη, ποῖον τὸν μῦθον ἔειπες.
ἄνδρα θνητὸν ἐόντα, πάλαι πεπρωμένον αἴσῃ,
ἄψ ἐθέλεις θανάτοιο δυσηχέος ἐξαναλῦσαι;
ἔρδ'· ἀτὰρ οὔ τοι πάντες ἐπαινέομεν θεοὶ ἄλλοι.
ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν·
αἴ κε ζῶν πέμψῃς Σαρπηδόνα ὄνδε δόμονδε,
φράζεο, μή τις ἔπειτα θεῶν ἐθέλῃσι καὶ ἄλλος
πέμπειν ὃν φίλον υἱὸν ἀπὸ κρατερῆς ὑσμίνης.

V. 433. αἴ αἴ ἐγών Plat. in rep. III, 388. — V. 436. ἦ μιν Ald. sec. — V. 437. ἐνὶ π. Vind. ed. ol. vulgo et H. — V. 440. ἔρδ'· ἀτὰρ Vind. ed. Ald. sec. — V. 445. ζωὸν Vind. ed. ol. vulgo. ζῶν W. H. — V. 450. ἀλλ' ἤτοι V. — Ib. φίλον V.

aller Aristarchi iudicio confisus, nuper fecerunt, a Zenodoto et eius sectatoribus licebit dissentire.

V. 433. Plato poetae delictum in maius auctarus particulas de suo mutasse videbitur, etsi Athenagoras, Platonis quam Homeri studiosior, cum eo congruit. Nam usitato non modo libri opem ferunt, sed poetae sermo id sibi poscit, quandoquidem αἴ γάρ, αἴθε non tam querentis quam optantis sint, ὤ μοι vero querelae sive indignationis proprium, vid. 11, 404. 17, 91. 18, 6. Od. 5, 299, 356. 6, 119. 13, 200. 19, 363., neque recentiores poetae usum migrasse videmus, cf. Apoll. Arg. III, 674.

V. 437. Wolfio monosyllabum tuito auctores fuerunt Ven. Eust. 1069, 48. et alii. Rationem, quae primo subsit verbo, praeter alios explanavit Et. M. 449, 38.

V. 441. Cum proximis duobus Minervae datur 22, 178. Mortem δυσηχέα attigit Apoll. in Lex. 234.; nostris adiice 18, 464. Alibi bellum ita appellatur, ut 2, 686. 7, 376, 395. 11, 524, 590. 13, 535. 18, 307.

V. 443. Spiritum lenem praeferendum esse vidimus ad I, 315. Iuno iisdem maritum incessit 4, 29.

V. 445. Formam, sive monosyllaba sit, seu plene scribatur, Homero inauditam habuerunt recentiores. At obstat veterum iudicium, e quibus interpres Venet. ζωὸν aliis, ζῶν Aristarcho placuisse tradit. In autem eadem analogia, qua λὶς λῖν verum habuit, vid. ad 11, 239. 15, 275, ζὼς 5, 887 et ζῶν sibi congrua existimavit. Praeterea nominativum illum, etsi editores nuper-

Digitized by Google

πολλοὶ γὰρ περὶ ἄστυ μέγα Πριάμοιο μάχονται
υἱέες ἀθανάτων, τοῖσιν κότον αἰνὸν ἐνήσεις.
ἀλλ' εἴ τοι φίλος ἐστί, τεὸν δ' ὀλοφύρεται ἦτορ,
ἦτοι μέν μιν ἔασον ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ
χέρσ' ὕπο Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι·
αὐτὰρ ἐπὴν δὴ τόνγε λίπῃ ψυχή τε καὶ αἰών,
πέμπειν μιν Θάνατόν τε φέρειν καὶ νήδυμον Ὕπνον,
εἰσόκε δὴ Λυκίης εὐρείης δῆμον ἵκωνται·
ἔνθά έ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε ἔται τε
τύμβῳ τε στήλῃ τε· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.
Ὣς ἔφατ'· οὐδ' ἀπίθησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε
παῖδα φίλον τιμῶν, τόν οἱ Πάτροκλος ἔμελλεν
φθίσειν ἐν Τροίῃ ἐριβώλακι, τηλόθι πάτρης. —
Οἱ δ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες,

Vind. quint. et V. L. ap. Eust. 1070, 1. — V. 453. αὐτὰρ ἐπειδή V. Lips. Apoll. in Lex. 67. Eust. 1070, 2. — V. 454. θάνατόν γε Vind. quint. — V. 455. εἰς ὄκε V. — Ib. ἵκοιτο V. L. ap. schol. A. — V. 456. ταρχύσωσι Lips. et all. — V. 461. φθ. ἐνὶ Τρ. Vind. quint., male. —

rimi neglexerunt, optimi libri agnoscunt apud Herodot. I, 194 ἐν ἑκάστῳ δὲ πλοίῳ ὄνος ζὼς ἕνεστι. Loci particula de eo, qui ad suos redit penates aut eo alium ducit, cum vi quadam ingeminari solet, vid. Od. 1, 83. 14, 424. 17, 527. ell. 3, 272. Neque ita multum abest similis abundantia Od. 22, 479 εἰς Ὀδυσῆα δόμονδε κίον. Si quis autem de semet ipso loquitur vel alium domum remittere dicitur, pronomen adesse nequit, vid. Il. 24, 717. Od. 24, 220.

V. 450. Nota e confusione ἦ τοι et Veneto est illatum et apud Eust. 1069, 64. sedem invenit, cf. ib. 1070, 10. Deinde φίλος ἐστίν res ipsa non minus quam Aristarchi iudicium commendat.

V. 453. Ἐπειδή, a Wolfio olim receptum, iure improbavit Thiersch. in act. Monac. I, 2, 198., et ἐπὴν ab editionibus prioribus constanter lectum Vindobb. habent omnes. Illud si quis tueri voluerit, λίπε, a Bekkero ex Apollonii codice nuper erutum, refingat oportebit. At ne sic quidem oratio Iunonis menti consentanea evadit.

V. 456. Modum e libr. 7, 85. perturbatum crediderim, futuro autem fidem facit v. 674, ubi haec repetuntur. Verbum ipsum, ab epicis Alexandrinis frequentatum, alias in Homericis non conspicitur. Ultima vero, e quibus singularis poetae pietas elucet, aliquoties iterantur, ut 23, 9. Od. 24, 190, 296, add. ib. 4, 197. Cippos heroica aetate defunctorum in tumulis fuisse erectos constat, vid. 11, 371. 16, 675. 17, 434. Od. 12, 14.

ἔνθ' ἦτοι Πάτροκλος ἀγακλειτὸν Θρασύμηλον,
ὃς ῥ' ἡὺς θεράπων Σαρπηδόνος ἦεν ἄνακτος,

V. 463. *Θρασυμήδην* editt. vulgar. *Θρασύδημον* et *Θρασύβουλον* VV. LL. ap. schol. A. — Ib. *Πάτροκλος μὲν ἀγ.* editt.

V. 463. *Θρασυμήδην*, cuius vitium in oculos incurrit, mira patientia tulerunt priores. Ven. Vind. quint. et Kust. 1071, 10. cum duobus Barnesii libris *Θρασύμηλον* bene restituunt; *Θρασύδημον* praeter schol. A. Vind. un. offert. Erravit igitur Passov. in Lex. v. *Θρασυμήδης*, nam si vel maxime ita nominaretur Sarpedonis socius, *Θρασυμήδεα* certe scribendum esse sua sponte apparet. Idem Barnesius *μὲν* inutile et inficetum primus sustulit, neque eo oneratur Ven.

V. 464. Falsa Ionismi specie deceptus Ernest. *νειαίρῃ* optavit; imo, si recte iudico, Polluci Homericum reddatur oportet, vid. Etym. M. 599, 2. Kust. 1071, 11.

V. 467. Schol. A. cur *δεύτερον* melius ducat, non assequor. Hoc enim de eo, qui plagam iterat, bene quidem dicitur, ut 16, 402., sin autem duo se invicem petunt, *δεύτερος* velut 3, 349. 5, 855. 7, 248, 268. 17, 45. 20, 273. 21, 169, 596. 23, 729, 841., ei, qui secundo loco in adversarium stringit telum, poetae semper adhibetur. Plus etiam controversiae et olim et nostro tempore versus clausula excitavit. Nam quum Aristarchus *βαλεῖν* et *οὐτάσαι* ita differre ostendisset, ut alterum eminus percutere, alterum cominus ferire significaret Homero, *οὔτασεν ἵππον* Pedaso hasta transfixo minus consentaneum habuerunt. Itaque alii, ut Philemo, *ἤλασεν* emendarunt, alii verbi utriusque confinia permixta dixerunt. Schol. Victor. Aristarchum, quo Homericum usum integrum et incorruptum servaret, emendasse narrat:

. . . . . ὁ δὲ Πήδασον ἀγλαὸν ἵππον,
τόν ῥά ποτ' Ἠετίωνος ἐλὼν πόλιν ἤγαγ' Ἀχιλλεύς,
ὃς καὶ θνητὸς ἐὼν ἵπει' ἵπποις ἀθανάτοισιν,
τὸν βάλε δεξιὸν ὦμον, — ⏑ — — — — — — —

Quorum media supra v. 153 sq. adfuerunt. Aegre id tulit Lehrsius, qui in libr. de Arist. stud. Hom. 61 sqq., ea re diligenter pertractata, scholiastam inscitiae non minus quam fallaciae insimulavit. Iam scholiastae causam mittamus, Lehrsium vero ipsum, multa molitum, partim falsa partim minus verisimilia tanquam fixa et certa praecipere breviter demonstrare conabor. Eius autem disputatio quum eo potissimum scholio, quod Didymi fuisse ponit, innitatur, initium inde capiamus necesse est. Hoc igitur schol. A. sic affert: *δοκεῖ διὰ τούτων συγχεῖσθαι ἡ διαφορὰ τοῦ βαλεῖν καὶ οὐτάσαι· βέβληται γὰρ ὁ Πήδασος καὶ μήποτε γράφη τις ἐφέρετο, δι' ἧς τὸ τῆς λέξεως σύνηθες ἐφύλασσεν ὁ Ὅμηρος· οὐ γὰρ ἂν αὐτὸ ἀπαραμύθητον ὁ Ἀρίσταρχος ἀφῆκεν. ἐν τοίνυν τῇ Φιλήμονος οὕτως ἐφέρετο· ὁ δὲ Πήδασον ἤλασεν ἵππον. ἴστι γάρ ὅτε ἐπὶ τῆς πληγῆς τὸ ἤλασεν κεῖται, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἄρητου* (Il. 17, 517.) „*καὶ βάλεν Ἄρητοιο*“ *εἶτα* „*νειαίρῃ δ' ἐν γαστρὶ διὰ ζωστῆρος ἤλασεν.*“ Hinc Lehrsius unum hunc in Aristarcheo Homero Didymo occurrisse locum, quo lex de usu verbi *βάλλειν* migrata esset, praeterea nullum, efficit. At ei sententiae obstat 13, 573. *ὡς ὅ τυπείς ἤοπαιρε*, cuius varias medelas excogitavit schol.

τὸν βάλε νειαιραν κατὰ γαστέρα· λῦσε δὲ γυῖα.
Σαρπηδὼν δ' αὐτοῦ μὲν ἀπήμβροτε δουρὶ φαεινῷ

antiqq., male. — V. 465. *νειαίρην* Pollux. II, 209. —

Vict., homo ineptissimus. Nam Didymi, viri eruditissimi ac summa fide digni, silentium cum docere debebat Aristarchum, quod Lehrsii sagacitas reperit, illic legisse: *ὡς ὃ δαμεὶς ἤσπαιρε*. His non opponam, etsi iure quodam meo monere possim, semel tantummodo istam verborum confusionem a Didymo repertam fuisse schol. verbis parum probari. Verum enim vero, quomodo interemptus (*δαμεὶς*) vel minimum palpitare potuerit, neque ipse assequor, neque alium quenquam perspecturum esse coniicio. Quare poetae eo lubentius suum relinquamus, quo aptius rei est, quoque saepius *δουρὶ τυπείς*, vid. 11, 191, 206, 433. 12, 250. 15, 495. 16, 861. 18, 92., coniunxit Homerus. At obiiciat aliquis id nonnisi vulneri propius inflicto concinere, eaque ipsa exempla, quae produximus, discrimen illud legitimum esse ostendere: crebro enim sibi obstare: „*ἢ δουρὶ τυπεὶς ἢ βλήμενος ἰῷ*." Audio, nec multum momenti iis, quae contrarium suadere videantur, tribuerim, velut 13, 288, 782. Alterum enim differentiam istam apte confirmare, alteri ex eo veniam paratam volunt, quod poeta, brevitatis studiosus, uni consentaneum alteri simul dederit. Inesse igitur dicunt *συλλήψεως* figuram, vid. Lehrs. 62 sq. Sed ipsa illa comprehensio, ad quam grammaticis erat confugiendum, argumento esse poterit *τυπεὶς* et *τετυμμένος*, quae proprie cominus percussum denotent, non minus quam alia similia ad eos, qui vulnus eminus acceperint, traduci. Accedit usus verbi translatus Il. 19, 125 *τὸν δ' ἄχος ὀξὺ κατὰ φρένα τύψε βαθεῖαν*, *dolor acutus altam Iovis mentem penetravit*, ubi de plaga cominus incussa ne licebit quidem cogitare. Quibus perpensis, subtiliter quidem et argute statuisse Aristarchum et eius scholam de verborum illorum discrimine fatebimur, poetae vero sermonem et libertatem angustis grammaticorum limitibus includi vix erit credibile. His iam perfuncti ad nostrum locum nos convertamus. Lehrsius, mendacio schol. Vict. refutato, Philemonis *ἥλασεν ἵππ.* eidem, qua vulgare premitur, difficultati obnoxium non minus respuit p. 77., et in eo demum subsistit, ut Homerum a regula sibi praescripta et Aristarchi iudicio sancita defecisse putet. Quod confessus sibimet ipsi parum constat, quanquam veteres, cf. schol. A., schol. Vict. ad 13, 573. et Eust. 1071, 12., eadem necessitate constrictos videmus. At si pugnam inter Sarpedonem et Patroclum factam accuratius consideraveris, et Aristarcho provisum erit, nec quidquam miri aut insoliti, quod ab eo quidem et tempore et verbo magis abhorreat, in poetae narratione inveniemus. Dux igitur uterque Myrmidonum et Lyciorum, de curribus degressi, hostili animo sibi occurrunt. Iam propius facti Patroclus v. 463 sqq. hasta emissa Thrasymelum, Sarpedonis socium, interficit, hic autem a Patroclo aberrans Pedasum, equum funalem, transfodit. Utrum vero Lycius equo hastam infixerit, an iniecerit, minus patet; singula verba utrumque admittere certissimum est, vid. 15, 521., ubi Meges hasta intenta procurrit in Polydamantem, eo autem ictum declinante, Croesmum quendam prosternit. Nonne

δεύτερος ὁρμηθείς· ὁ δὲ Πήδασον οὔτασεν ἵππον
ἔγχεϊ δεξιὸν ὦμον· ὁ δ' ἔβραχε θυμὸν ἀϊσθων.
κὰδ δ' ἔπεσ' ἐν κονίῃσι μακών, ἀπὸ δ' ἔπτατο θυμός.
τὼ δὲ διαστήτην· κρίνε δὲ ζυγόν, ἡνία δέ σφιν
σύγχυτ', ἐπειδὴ κεῖτο παρήορος ἐν κονίῃσιν.
τοῖο μὲν Ἀὐτομέδων δουρικλυτὸς εὗρετο τέκμωρ·
σπασσάμενος τανύηκες ἄορ παχέος παρὰ μηροῦ,
ἀΐξας ἀπέκοψε παρήορον, οὐδ' ἐμάτησεν·

V. 467. δεύτερον V. h. ap. schol. A. — Ib. ἤλασεν ἵππον Philemon. — V. 468. ἀνέβραχε Apoll. in Lex. 63. — V. 470. κρίνε Vind. ed. Herod. Clark. τρίγε V. L. ap. schol. AL. —

igitur simili modo, dum Patroclus spiculum e Thrasymeli corpore sibi repetiturus paullulum deflectebat, ab eo aberrare potuit Sarpedonis plaga et equum ferire? Iam eius casu aliquantulum impediti iterum concurrunt hastis instructi, et nunc demum Sarpedon suam frustra emittit, ipse vero letali plaga exceptus procidit moribundus. Neque alia desunt testimonia, quibus ista explicandi ratio et defendi et exornari possit: ita Agamemno II, 233 sqq. hasta vibrata Iphidamanta non attingit, hic autem spiculum in eius corpus intendit, nec vero immittit; adde similem Menelai et Pisandri pugnam 13, 605 sqq. Quod si Aristarchus poetae verba sic ceperit, cur nihil falsi suspective in iis deprehenderit, luce clarius apparet. Ea vero coniectura inde adiuvatur, quod, hastis emissis, principes illi non ad gladii certamen descendunt, sed iterum iaculis decernunt. Sequitur ergo Patroclum suum sibi recuperasse, Sarpedonem ne dimisisse quidem. Haec igitur de nostro loco Aristarchum existimasse crediderim. Ea vero quum aliis incommoda essent visa, vel ipse vel eius schola versum quum notavit tum alia exprompsit remedia, qualia sunt a Philemone et schol. Victor. ad nos propagata.

V. 468 sqq. Apollonii vitium cum aliis emendat Etym. M. 43, 22. In proximis num *μακὼν porrectus* an *vociferans* sit, quaerunt interpretes, ut schol. Vict. reddit: *εἰς μῆκος ἐκτιθείς, ἢ βοήσας*, add. Eust. 1071, 29. Hoc utpote moribundis aptissimum et poetae consuetudo sibi postulat, vid. Od. 10, 163. 18, 98. 19, 454. cll. Il. 4, 435. 10, 362., et doctiores communi fere iudicio comprobant, ut schol. ad Od. 10, 163. Apoll. in Lex. 445., qui Apionem facit testem, Hesych. II, 630. Itaque nostra aetate nemo propemodum nisi Bothius abiit in diversa. Hic *ἔβραχε* querulam equi vocem indicare ratus, id rectius ad gravem eius casum referendum esse minus perspexit; vid. Eust. 1071, 24.

V. 470. Tametsi interpretis Veneti copiae hic nos destituunt, Herodianum tamen *κρίγε*, ut aoristum secundum praesentis *κρίζω*, potiorem et linguae legibus accommodatiorem censuisse Etym. M. 538, 50. et Gud. 347, 21. comprobant. Neque eum ignorat Eust. 1071, 34.: *τὸ δὲ κρίνε ζυγὸν ἀντὶ τοῦ ἔτριξε κατὰ ὀνοματοποιίαν. διὸ καὶ τρίγε* (imo *κρίγε*) *τινὲς ἔγραψαν ὡς δεύτε-*

τῷ δ' ἰθυνθήτην, ἐν δὲ ῥυτῆρσι τάνυσθεν.
τῷ δ' αὖτις συνίτην ἔριδος πέρι θυμοβόροιο.
Ἔνθ' αὖ Σαρπηδὼν μὲν ἀπήμβροτε δουρὶ φαεινῷ·
Πατρόκλου δ' ὑπὲρ ὦμον ἀριστερὸν ἦλυθ' ἀκωκὴ
ἔγχεος, οὐδ' ἔβαλ' αὐτόν· ὃ δ' ὕστερος ὦρνυτο χαλκῷ
Πάτροκλος· τοῦ δ' οὐχ ἅλιον βέλος ἐκφυγε χειρός,
ἀλλ' ἔβαλ' ἔνθ' ἄρα τε φρένες ἔρχαται ἀμφ' ἀδινὸν κῆρ.
ἤριπε δ', ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν ἢ ἀχερωΐς,

V. 472. εὖρατο Lips. — V. 473. σπασάμενος Eust. 1071, 16., male. — V. 475. ῥυτῆρι V. L. ap. schol. Vict. — V. 476. ἐρ. περὶ θυμοβόροιο H. —

ρον ἄόριστον. Etenim minime erit dubium, quin ita sit refingendum, comparantibus Eustath. comment. 1119, 60. 1350, 14. et ad Od. 1734, 21., ubi haec habes: ἴσως δὲ ὡς παρὰ τὸ κρίκειν ἡ κρὶξ (male in Lips. κρύξ), οὕτω καὶ παρὰ τὸ κρίζειν ὁ κίρκος, ὅπερ ἐστὶν ἦχου μίμημα, ἐξ οὗ καὶ κρίγε δεύτερος ἀόριστος. Praesentis exemplum e Menandro protulit idem, vid. Menandr. reliquias ex edit. Meinek. p. 272. Phot. Lex. 178. et Hesych. II, 347. Nomen denique κριγὴ ex eodem fonte ductum Hipponax de manium stridore dixit, Etymol. testante: κριγὴ δὲ νεκρῶν ἄγγελός τε καὶ κήρυξ. Quare alii in Od. 24, 9., ubi hodie exstat τετριγυῖα, κεκριγυῖαι adsciverunt, vid. Et. M. 559, 1. His igitur, quibus Vindobonens. aliquot annumerare licet, sponsoribus inducti et Clarkius κρίγε recepit, et Heynius Passovіusque in lexico receptae lectioni κρίκε fidem paene denegarunt. Sed libri non minus quam grammaticorum plerique, ut Eustath. ipse, κρίκε tuentur, idque Zenodotum tuitum esse Etymologici auctor refert hisce: τοῦτο δὲ τὸ κρίζω ἡμαρτημένον ἀόριστον παραλαμβάνει, τὸ κρίκε. ἡμεῖς δὲ οὐ φαμὲν ἡμαρτῆσθαι, ἀλλὰ πεποιῆσθαι. οὕτω Ζηνόδοτος. Praeter Eustathium κρίγε ἢ τρίγε, quod mihi quidem valde suspectum est, scholl. AL. apposuerunt.

V. 472. Aoristum primum Homero ignotum esse constat, vid. Eustath. 1070, 15. Il. 7, 31. Od. 4, 374, 467.

V. 473. Sibilam geminam et alii recte tuentur et Eust. ipse accedit in Od. 10, 439. 11, 231.; extrema adscripsit Apoll. in Lex. 632.

V. 474. Augmentum neglectum est 23, 510., nostro vero loco ἐμάτησεν libri non minus quam grammatici illud tenent, ut Apoll. in Lex. 258. Apud eundem 534. hic versus et 467. male coaluerunt.

V. 475. Schol. Vict.: γράφεται καὶ ῥυτῆρι, quod parum congruum erit. Nec plurali non adsunt grammatici, vid. Et. M. 707, 1. Apoll. in Lex. 589.

V. 476. Tenorem Rom., cui contrarium dat Heynius, cum aliis recte inclinat, add. 7, 301. 20, 253., nec distant 7, 210. 19, 58.

V. 479. Vid. ad 11, 376.

V. 481. Schol. brevis συνέρχονται correxit Bothius: id vero

ἠὲ πίτυς βλωθρὴ, τήνγ' οὔρεσι τέκτονες ἄνδρες
ξέταμον πελέκεσσι νεήκεσι νήϊον εἶναι·
ὡς ὃ πρόσθ' ἵππων καὶ δίφρου κεῖτο τανυσθείς,
βεβρυχὼς, κόνιος δεδραγμένος αἱματοέσσης.
ἠΰτε ταῦρον ἔπεφνε λέων ἀγέληφι μετελθὼν
αἴθωνα, μεχάθυμον, ἐν εἰλιπόδεσσι βύεσσιν,
ὥλετό τε στενάχων ὑπὸ γαμφηλῇσι λέοντος·
ὡς ὑπὸ Πατρόκλῳ Λυκίων ἀγὸς ἀσπιστάων
κτεινόμενος μενέαινε, φίλον δ' ὀνόμηνεν ἑταῖρον·
Γλαῦκε πέπον, πολεμιστὰ μετ' ἀνδράσι, νῦν σε μάλα χρὴ
αἰχμητήν τ' ἔμεναι καὶ θαρσαλέον πολεμιστήν·

V. 483. τὴν οὔρεσι Vind. quint. — Ib. οὐρεσιτέκτονες Nicanor. — V. 485. κεῖτο neglectum in Aldd. et Rom. — V. 486. βεβρυκὼς V. L. ap. schol. Vict. — V. 488. ἐπ' εἰλιπ. V. L. apud schol. A. et Eust. 1072, 3. εἰλιπ. Vind. ed. — V. 489. ὥλετο στεν. Vind. quint., vitiose. — V. 492. πάρος in locum adiectivi πέπον sufficiunt V. L. ap.

spectat ad ἔρχεται in vulgaribus quibusdam libris male relictum. Ἔρχαται vero et meliorum praesidio tutum est et Homeri sermoni communitur, vid. 17, 354. Od. 9, 221. 10, 283. 14, 73.

V. 483. Aristarchi iudicium verum habet Wolf. in praef. ed. nov. 61. Illo enim οὔρεσι τέκτονες, quod Nicanor. consociatum voluit, scienter dispescuit.

V. 486 sqq. Bothius hunc versum cum quattuor praecedentibus, ut ex Il. 13, 389 sqq. temere retractos, spuriae originis accusat. Equidem, quum nemo veterum in eam inciderit suspicionem, Sarpedonis, viri egregii et herois fortissimi, casum duplici imagine quasi illustrari aequo feram animo, vid. Eustath. 1072, 1., utramque similitudinem persequutum diligentius.

V. 488. Prudenter rem diiudicavit Aristarchus, cuius fuit ἔν εἰλιπ. Hoc enim tauro concinit, ἐπὶ sive παρὰ pastorum est, vid. 5. 137. 6, 25, 424. 11, 106. 12, 302. Od. 15, 386. Iam quum leo in medium gregem irruat, vid. 5, 161., inter boves taurum interfici colligere licet. Spiritum lenem, quem legitimum esse ad 9, 466. cognovimus, Eustath. 1072, 12. potiorem ducit.

V. 491. Verbum μενέαινεν, quod alii *deficere* alii *ingemere* explicuerunt, cf. scholl. Eust. 1072, 4. Apoll. in Lex. 452., recte intellexit Passov. in Lex. h. v. Nova quaedam et absurda commentatus est Bothius, qui μενέαινε Gallico *il se devait* sive vernaculo *er arbeitete sich ab* reddendum putat. Cui nemo profecto adstipulabitur.

V. 492. Schol. Vict.: ἄμεινον γράφειν πάρος πολεμιστὰ ἀντὶ τοῦ πέπον· ἀντίκειται γὰρ τῷ „νῦν σε μάλα χρή.“ Quod, libris tacentibus, e coniectura probabili quidem, sed dubia ortum trahere videtur, cf. infra 516. Ut autem alii ab aliis, similiter Glau-

νῦν τοι ἐελδέσθω πόλεμος κακός, εἰ θοός ἐσσι.
πρῶτα μὲν ὄτρυνον Λυκίων ἡγήτορας ἄνδρας
πάντῃ ἑποιχόμενος Σαρπηδόνος ἀμφιμάχεσθαι·
αὐτὰρ ἔπειτα καὶ αὐτὸς ἐμεῦ πέρι μάρναο χαλκῷ.
σοὶ γὰρ ἐγὼ καὶ ἔπειτα κατηφείη καὶ ὄνειδος
ἔσσομαι ἤματα πάντα διαμπερές, εἴ κέ μ' Ἀχαιοὶ
τεύχεα συλήσωσι νεῶν ἐν ἀγῶνι πεσόντα.
ἀλλ' ἔχεο κρατερῶς, ὄτρυνε δὲ λαὸν ἅπαντα.

Ὣς ἄρα μιν εἰπόντα τέλος θανάτοιο κάλυψεν,
ὀφθαλμοὺς ῥῖνάς θ', ὃ δὲ λὰξ ἐν στήθεσι βαίνων
ἐκ χροὸς ἕλκε δόρυ· προτὶ δὲ φρένες αὐτῷ ἕποντο·

schol. Viet. — V. 496. πάντη nunc vulgo, πάντας ἐπ. Harl. — Ib. ἀμφὶ μάχ. V. et H. — V. 497. περιμάρναο Ar. περὶ μ. Ptolem. Asc. — V. 499. εἴ κεν Ἀχ. V. L. ap. schol. A. — V. 500. νέων' ἐν ἀγῶνι V. L. ap. scholl. B L. — V. 504. εἷλκε ol. vulgo. — Ib. ποτὶ V. — Ib. ἔχοντο Ar. —

cus a Sarpedone, morti proximo, familiariter et peramanter ble compellatur, vid. 5, 709. 12, 322. 15, 437. 17, 120.

V. 496. Neque alius quisquam Harleiano accedit, neque ipse sibi constat paullo post v. 533.

V. 497. Alexandrini critici, si scholl. Viet. et Ven. A. credimus, haec triplici modo constituerunt. Aristarcho et Ptolemaeo adversati plurimi, ut vulgo obtinet, ἐμεῦ πέρι μάρναο cum affectu quodam et Sarpedonis miseratione, vid. Eust. 1072, 54., dictum iudicant. Neque iniuria: nam περιμάρναθαι fide idonea destituitur, cf. 9, 327. Od. 24, 39. Hes. Theog. 647.

V. 498. Nostris cognata admodum sunt 17, 556., unde in unum coaluerunt apud Apollon. de synt. II, 17, 129.

V. 499. Structurae nihil molesti inesse docent 6, 71. 15, 428. 22, 258.

V. 500. Lyciorum ducem non ad navium stationem, sed procul ab Achivorum munimentis in Troico agro occumbere intelligitur. Hinc Eustath. 1073, 13. eum, mentis iam non compotem, caedis locum parum accurate definire scribit. Alii, ut suprema Sarpedonis verba rei essent consentanea, νέων ἐν ἀγῶνι maluerunt. Id autem Homeri sermoni repugnare notavimus ad 15, 428.

V. 502. Nimia est eorum subtilitas, qui Homerum medicorum artem edoctum ita cecinisse putant; planius illis et melius veteres mortem et oculorum aciem et spiritum abstulisse tradunt, vid. schol. A. et Eust. 1072, 33.

V. 503. Patroclus de more heroum Homericorum caeso spolia deripit, vid. 5, 620. 6, 65. 13, 618. 16, 863.

V. 504. Utrumque ἔχοντο et ἕποντο rei gestae erit accommodatum. Huic autem subsidio sunt 12, 395. 13, 570., etsi eandem varietatem ibi commemorant grammatici quidam. Quae, si schol.



Digitized by Google

τοῖο δ' ἅμα ψυχήν τε καὶ ἔγχεος ἐξέρυσ' αἰχμήν.
Μυρμιδόνες δ' αὐτοῦ σχέθον ἵππους φυσιόωντας,
ἱεμένους φοβέεσθαι, ἐπεὶ λίπεν ἅρματ' ἀνάκτων.
Γλαύκῳ δ' αἰνὸν ἄχος γένετο φθογγῆς ἀΐοντι·
ὡρίνθη δέ οἱ ἦτορ, ὅτ' οὐ δύνατο προσαμῦναι.
χειρὶ δ' ἑλὼν ἐπίεζε βραχίονα· τεῖρε γὰρ αὐτὸν
ἕλκος, ὃ δή μιν Τεῦκρος ἐπεσσύμενον βάλεν ἰῷ
τείχεος ὑψηλοῖο, ἀρὴν ἑτάροισιν ἀμύνων.
εὐχόμενος δ' ἄρα εἶπεν ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι·

V. 507. λίπον Vind. ed. Z. ol. vulg. et H. — V. 510. τεῖρε γὰρ αἰνῶς Vind. ed. ol. vulgo et H. πεῖρε γὰρ Vind. un. — V. 512. Ἄρην Dorvill. et aliorum coniectura. — V. 513. εὐξάμενος Vind. quint. ἑκήβολον Ἀπόλλωνα Harl. — V. 515. ἐν Τρ.

A. vera tradidit, ad Aristarchum auctorem erit referenda. Libris vero invitis nihil pro certo affirmaverim, praesertim quum videam προτὶ non raro admodum adverbii vice fungi, ut 10, 108. 16, 86.

V. 507. Hunc et priores duos inepta rhapsodi commenta, veteris linguae imperiti, Paynius censet, cui et ψυχὴν ἐξερύειν et ἱεμένους φοβέεσθαι nova et permira videntur. Hoc autem non tam *fugari* quam *fugere* significat, vid. 5, 150. 6, 41. 22, 250., illud res ipsa aeque ac dicendi formae simillimae dubio eximunt, cf. 24, 754. 21, 112. Sed plurimum difficultatis excitarunt ultima: ἐπεὶ λίπον ἅρματ' ἀνάκτων. Nam quomodo equi iuncti currus potuerint relinquere, iure quaesiverunt. Hinc commode evenit, ut scholl. AL. integram poetae manum nobis servaverint, e quibus ille ait: διὰ τοῦ ε̄ λίπεν, ἐπειδὴ τὰ ἅρματα τῶν ἀνάκτων ἐλείφθησαν, ἠρημώθησαν. Ζηνόδοτος δὲ διὰ τοῦ ο̄ λίπον. Quo probato sensus erit: „equos, postquam currus rectoribus erant privati, fugae intentos et frementes Myrmidones ibi retinuerunt.“ Heynius dum iungit: ἀνάκτων ἅρματα ἐλίπησαν ὑπὸ τῶν ἵππων, eodem, quo scholiastae nos abducunt, revolvitur.

V. 508. Schol. A. ἀΐοντι, ὡς λέγοντι· οὕτως καὶ Ἀρίσταρχος. Alii igitur aoristi participium adesse putarunt.

V. 510. Ven. Harl. et Eust. 1073, 23. τεῖρε γὰρ αὐτὸν a Wolfio restitutum, ab Heynio spretum. Ex Homero utrique praesidium licet petere, vid. Od. 4, 441, cll. Il. 4, 315. 13, 251. Hinc scriptorum, quorum et optimi et plurimi cum Wolfio faciunt, auctoritatem sequamur oportet.

V. 512. Dorvillii inventum satis superque refutavi ad 14, 485. Interpunctionis vero a Wolfio Heynioque mutatae fidem auget 12, 388., ubi me imprudente et invito pro Steph. Bergl e r o, Latino interprete, Stephani nomen excidit. Ille autem locus argumento erit Teucrum in muro stantem Glauco irruenti sagittam inflixisse, nec vero, quemadmodum Vossius et plerique volunt, Teucrum, perniciem a muro alto in sodalium gratiam defendentem, Glauco irruenti vulnus incussisse. Ceterum Eust. 1073, 24. haud aliter distinguit, etsi genitivum ad Glaucum mu-

Digitized by Google

Κλῦθι, ἄναξ, ὅς που Λυκίης ἐν πίονι δήμῳ
εἶς, ἢ ἐνὶ Τροίῃ· δύνασαι δὲ σὺ πάντοσ' ἀκούειν
ἀνέρι κηδομένῳ, ὡς νῦν ἐμὲ κῆδος ἱκάνει.
ἕλκος μὲν γὰρ ἔχω τόδε καρτερόν· ἀμφὶ δέ μοι χεὶρ
ὀξείης ὀδύνῃσιν ἑλήλαται, οὐδέ μοι αἷμα
τερσῆναι δύναται· βαρύθει δέ μοι ὦμος ὑπ' αὐτοῦ·
ἔγχος δ' οὐ δύναμαι σχεῖν ἔμπεδον, οὐδὲ μάχεσθαι
ἐλθὼν δυσμενέεσσιν. ἀνὴρ δ' ὤριστος ὄλωλεν,
Σαρπηδών, Διὸς υἱός· ὃ δ' οὐδ' οὗ παιδὸς ἀμύνει.

Vind. quintus. — Ib. δέ τε π. olim vulgo. — V. 517. ἀμφὶ δέ μιν Eust. 1073, 30. — V. 519. βαρύθη Lips. — V. 521. ὁ ἄριστος Harl. — V. 522. ᾧ παιδὶ ἀμ. vulgo W. —

rum subeuntem minus commode refert. At Odyss. 22, 310. vix satis tuebitur eam iuncturam.

V. 513. Et aoristus et quartus nominis casus a proposito abhorrent: etenim hic stare nequit; ille, quanquam praesens longe crebrius reperitur, nonnisi precibus factis submittitur, vid. 16, 253. 17, 498. 19, 257.

V. 515. Pronomen ex uno libro a Barnesio retractum omnes propemodum ratum faciunt, neque id ignorat Eust. 1073, 51., Romana incautius obsequente vulgaribus. Quid posthac Aristarcho vel Zenodoto placuerit, in varia et multiplici grammaticorum dissensione vix liquido apparet. Schol. quidem Ven. A. ab illo πάντοσ' ἀκούειν, a Zenodoto πάντες διὰ τοῦ ε̄ profectum scribit. Lipsiensis contra ait: Ἀρίσταρχος τὸ πλῆρες ἀντὶ τοῦ παντός, Ζηνόδοτος δὲ ἀντὶ τοῦ παντί. ἄμεινον δὲ τὸ τοπικόν, ὡς Ἡρωδιανός. Victorin. denique nonnullos πάντοθι dedisse testatur. Sed Aristarchus, nisi animus fallit, πάντοσ' ἀκούειν, in quo et codices fere consentiunt, et Eust. 1074, 1 sqq. acquiescit, potius existimavit. Alii ad alias vel emendationes vel legendi varietates sunt delati. E quibus genitivus παντὸς ἀκ. incertus et dubius videbitur, si tenorem Vind. ed. πάντος ἀκ. inspexeris. Aristarcheum vero Glauco, qui paullo ante, ubi Apollo commoretur, sibi ignotum esse fatetur, egregie convenit, vid. Nitzsch. ad Od. 3, 231. Haec si reputaveris, Bentleii inventa πάντοσ' ἀρήγειν sive ἀμύνειν minus necessaria et idonea esse iam intelliges.

V. 517. Nil nisi typothetae error Eustathii commentarios invasisse videtur.

V. 519. Libri non minus quam Et. M. 188, 48. indicativo, rei maxime consentaneo, opem ferunt.

V. 522. Schol. A.: ἡ διπλῆ, ὅτι ἔλλειπει ἡ περί· ἔστι γὰρ „οὐδὲ περὶ τοῦ οὗ παιδὸς ἀμύνει.“ οἱ δ' ἀγνοήσαντες γράφουσιν ὁ δ' οὐδ' ᾧ παιδὶ ἀμύνει. Neque alii istam Aristarchi lectionem nos celatam volunt, ut schol. Vict. et schol. A. ad 18, 171. Bothius quidem, quoniam Homeri opera hiatuum sunt plena, genitivum grammatici indocti habet commentum. Sed eum Aristarchi iudicio

ἀλλὰ σύ πέρ μοι, ἄναξ, τόδε καρτερὸν ἔλκος ἄκεσσαι
κοίμησον δ' ὀδύνας, δὸς δὲ κράτος, ὄφρ' ἑτάροισιν
κεκλόμενος Λυκίοισιν ἐποτρύνω πολεμίζειν,
αὐτός τ' ἀμφὶ νέκυι κατατειθνηῶτι μάχωμαι.
Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος· τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων.
αὐτίκα παῦσ' ὀδύνας, ἀπὸ δ' ἔλκεος ἀργαλέοιο
αἷμα μέλαν τέρσηνε, μένος δέ οἱ ἔμβαλε θυμῷ.
Γλαῦκος δ' ἔγνω ᾗσιν ἐνὶ φρεσὶ, γήθησέν τε,
ὅττι οἱ ὦκ' ἤκουσε μέγας θεὸς εὐξαμένοιο.
πρῶτα μὲν ὤτρυνεν Λυκίων ἡγήτορας ἄνδρας
πάντη ἐποιχόμενος Σαρπηδόνος ἀμφιμάχεσθαι.
αὐτὰρ ἔπειτα μετὰ Τρῶας κίε μακρὰ βιβάσθων,
Πουλυδάμαντ' ἔπι Πανθοίδην καὶ Ἀγήνορα δῖον·
βῆ δὲ μετ' Αἰνείαν τε καὶ Ἕκτορα χαλκοκορυστήν.
ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ἕκτορ, νῦν δὴ πάγχυ λελασμένος εἰς ἐπικούρων,

V. 523. ἀκέσσαι Ar., ut videtur. — V. 524. κοίμισον ol. vulgo, κοίμισσον Vind. quint. — V. 526. νέκυϊ codd. νέκυν κατατεθνηῶτα Vind. quint. — V. 529. σθένος Aristotel. de mor. III, 11. — V. 532. ὄτρυνεν V. — V. 533. ἀμφὶ μάχ. H. et all. —

tectum sartumque crediderim, unde vulgare missum feci. Grammaticis vero quibusdam structuram illam insolitam et suspectam fuisse iure quodam meo dixi in Excurs. VII. p. 15. Nam ne hic quidem Venet. scholiasta vere satis et commode de ea praecipit.

V. 523. Aristarchum, si ἀκέσσαι, ut Vict. schol. tradit, pro infinitivo accepit, ἀκέσσαι in paenultima erexisse tenore sequitur. Ei vero usus Homericus obstat.

V. 524. Confusio verborum notissima plurimos iterum libros occupavit, meliori autem adsunt Ven. et Eust. 1073, 36., cf. ad 12, 281. 14, 236.

V. 526. Leve est, sed verbo certe monendum in plerisque libris dativos istos diaeresi notari, numeris intercedentibus, vid. Matth. gr. Gr. §. 82. ann. 4.

V. 529. Aristotelem Iliade non inspecta haec et alia finitima adduxisse bene vidit Heynius.

V. 531. Enallage casuum offendit viros doctos, eaque moti genitivum, pronomine αὐτοῦ extrinsecus advocato, explicatum voluerunt. At eo artificio haud egebimus: ita nostra proxima attingit cognatione Od. 4, 767 θεὰ δέ οἱ ἔκλυεν ἀρῆς, add. Il. 5, 115. Od. 2, 262. et Matth. in gr. Gr. §. 362. annot. 2.

V. 542. Verbi et forma et mensura turbas movit, cf. Heyn.

Digitized by Google

οἱ σέθεν εἵνεκα τῆλε φίλων καὶ πατρίδος αἴης
θυμὸν ἀποφθινύθουσι· σὺ δ' οὐκ ἐθέλεις ἐπαμύνειν.
κεῖται Σαρπηδών, Λυκίων ἀγὸς ἀσπιστάων,
ὃς Λυκίην εἴρυτο δίκῃσί τε καὶ σθένεϊ ᾧ·
τὸν δ' ὑπὸ Πατρόκλῳ δάμασ' ἔγχεϊ χάλκεος Ἄρης.
ἀλλά, φίλοι, πάρστητε, νεμεσσήθητε δὲ θυμῷ,
μὴ ἀπὸ τεύχε' ἕλωνται, ἀεικίσσωσι δὲ νεκρὸν
Μυρμιδόνες Λαναῶν κεχολωμένοι, ὅσσοι ὅλοντο,
τοὺς ἐπὶ νηυσὶ θοῇσιν ἐπέφνομεν ἐγχείῃσιν.
Ὣς ἔφατο· Τρῶας δὲ κατὰ κρῆθεν λάβε πένθος
ἄσχετον, οὐκ ἐπιεικτόν, ἐπεί σφισιν ἕρμα πόληος
ἔσχε, καὶ ἀλλοδαπός περ ἐών· πολέες γὰρ ἅμ' αὐτῷ
λαοὶ ἕποντ', ἐν δ' αὐτὸς ἀριστεύεσκε μάχεσθαι.
βὰν δ' ἰθὺς Λαναῶν λελιημένοι· ἦρχε δ' ἄρα σφιν
Ἕκτωρ χωόμενος Σαρπηδόνος. αὐτὰρ Ἀχαιοὺς
ὦρσε Μενοιτιάδεω Πατροκλῆος λάσιον κῆρ·

V. 534. *βιβάσκων* Vind. quint., vid. ad 13, 809. — V. 540. *ἐπαμῦναι* Harl. Lips. — V. 542. *εἴρῦτο* Tyrannio. — V. 548. *καταχρῆθεν* vulgo, *κατάχρηθεν* W. et recentt. — V. 554. *Μενοιτιάδαο* ol. vulgo et H. —

Observ. et Buttm. in Lexil. I, 65, qui aoristum esse statuit. Nunquam vero, quantum quidem scio, media ab Homero corripitur, vid. 24, 499. 5, 538. 13, 555. 17, 518., et eius normam sectantur alii, ut Apoll. Rh. II, 1181, 1208. III, 1305. Properoxytonum autem fuit Aristarchi.

V. 545. Ignominiae mortuis factae proprium est *ἀεικίζω*, quo poeta ea in re creberrime utitur, cf. v. 559. 19, 26. 22, 404. et Apoll. in Lex. 41. Et. M. auctorem 22, 3., ad haec poetae verba respicientes. In Odyssea demum de contumeliis vivo illatis semel reperitur 18, 222.

V. 548. Schol. A.: *Ἀρίσταρχος διαύλαβον ἐκδέχεται τὴν λέξιν καὶ προπερισπᾷ ἰγιῶς πάνυ.* Cui morem gerendum esse Lobeck. ad Phryn. 49. et Voss. ad h. in Cer. 181., ut ipse olim senseram, demonstrarunt, vid. dissertation. meam de vi et usu praepositionum *ἀνὰ* et *κατὰ* apud Homer. p. 22. Intelligenter igitur et vere Bothius voculas temere concretas separavit. Wolfii *κατάχρηθεν* a perturbatione minime insolenti, de qua l. all. copiosius disserui, originem invenit.

V. 549. Vid. 5, 892.

V. 554. Numeris prospiciunt Ven. Lips. et Vind. unus, quorum ope Wolfius genitivum incommodum, per editiones sparsum, expulit. Clausulam habuimus 2, 851.

Αἴαντε πρώτω προςέφη, μεμαῶτε καὶ αὐτώ·
Αἴαντε, νῦν σφῶϊν ἀμύνεσθαι φίλον ἔστω,
οἷοί περ πάρος ἦτε μετ' ἀνδράσιν, ἢ καὶ ἀρείους.
κεῖται ἀνὴρ, ὃς πρῶτος ἐςήλατο τεῖχος Ἀχαιῶν,
Σαρπηδών. ἀλλ' εἴ μιν ἀεικισσαίμεθ' ἑλόντες,
τεύχεά τ' ὤμοιιν ἀφελοίμεθα, καί τιν' ἑταίρων
αὐτοῦ ἀμυνομένων δαμασαίμεθα νηλέϊ χαλκῷ.

V. 556. Αἴαντες Barn. Both. — Ib. μένος ἔστω V. L. ap. schol. A. — V. 557. μετ' ἀνδρῶν Vind. quint. — V. 558. ἐς ἥλατο V. ἐς ἧλατο Ar. ἐσύλα et ἐσύ-

V. 556. Bothius, ne versus iambo deturparetur, Barnesio faecem praeferente, Αἴαντες reposuit. At 18, 157. cum nostro non erat comparandus, vid. 7, 164. 8, 262. Versu exeunte codices pariter atque Homeri usus receptum ab omni suspicione liberant, cf. 1, 564. 2, 116. 9, 23. 13, 226., nec differunt cognata, velut 7, 31. 10, 531. 11, 520. 14, 337. Od. 7, 316. 8, 571.

V. 557. Respondere haec Sarpedonis adhortationi v. 492. schol. A. bene perspexit. Idem vero in singulis distinguendis explicandisque frustra laborat. Nam virgula medio versui illata γίνεσθε sive ἔστε subiicit extrinsecus, vel structuram a dativo ad accusativum deflectere autumat. Neutrum commodum erit et verum, quod ἀρείους primus casus est habendus. Patroclus igitur: „Aiaces, inquit, iam hostes propulsare nobis sit curae, tanta fortitudine, quanta olim eratis, vel etiam maiore."

V. 558. Aristarchus, ut Lysaniae aliorumque argutias aperte improbaret, spiritum asperum antepaenultimae imposuit. Nam illi, quod Sarpedon nonnisi pinna muri revulsa suis aditum ad naves patefecerat, Hector vero primus Achivorum munimenta intraverat, cf. 12, 397, 436, 462, ἐσήλατο a stirpe σάλος σαλεύω (quasso) repetierunt, vid. Lehrs. de Arist. stud. 329 sq. Qui dum praesens σάλλω, σάλλομαι supponit, veterum commenta novo auxit invento, cf. schol. A. et Kust. 1075, 41. Illa enim forma quum parum legitima esset visa, alios ad alias coniecturas delapsos esse cernimus: ita Phavorinus, qui 764, 54. Eustathii verba transscripsit, p. 1701, 51, haec habet: Σύλῶ· τὸ σαλεύω Ὅμηρος „ἀνὴρ ὃς πρῶτος ἐσύλα τεῖχος Ἀχαιῶν," et paullo post ἐσύλατο τ. scribit, add. Thom. Magistr. 818 (335 ex edit. Ritschelii). Ceterum ne Aristarchi quidem ratio, si revera ἐσήλατο idem esse atque ἐφήλατο et Sarpedonem muris quidem adsiluisse, neque vero in eos irrupisse iudicavit, rei verbique potestati convenit, etsi veteres eam, ne Homerus sibimet ipsi contradiceret, cupide sunt amplexi. Verum enim vero Patroclum, qui pugnae ad naves factae sero supervenit, res a singulis Troum principibus gestas parum accurate tenuisse probabilius etiam dicere licebit.

V. 559. Ne apodosis deesset, Aristarchus et eius sectatores κἀλῶς ἂν γένοιτο cogitando adiiciundum putarunt, Rhianus adverbium εὖ rei parum congruum induxit. Sufficit autem optativus,

Digitized by Google

Ὣς ἔφαθ'· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ ἀλέξασθαι μενέαινον.
οἳ δ' ἐπεὶ ἀμφοτέρωθεν ἐκαρτύναντο φάλαγγας,
Τρῶες καὶ Λύκιοι, καὶ Μυρμιδόνες καὶ Ἀχαιοί,
σύμβαλον ἀμφὶ νέκυι κατατεθνηῶτι μάχεσθαι
δεινὸν ἀΰσαντες· μέγα δ' ἔβραχε τεύχεα φωτῶν.
Ζεὺς δ' ἐπὶ νύκτ' ὀλοὴν τάνυσε κρατερῇ ὑσμίνῃ,
ὄφρα φίλῳ περὶ παιδὶ μάχης ὀλοὸς πόνος εἴη.
Ὦσαν δὲ πρότεροι Τρῶες ἑλίκωπας Ἀχαιούς.

λατο all. — V. 559. ἀλλ' εὖ | τάνυσεν κρ. V. — V. 569. ἰλιμεν ἀεικ. Rhianus. — V. 567. | κωπας V. —

aliis poetae exemplis sartus tectusque, vid. 7, 28. 15, 571. 24, 74. Od. 20, 381.

V. 563. Vid. ad 11, 215.

V. 567. Tenebrae a Iove aliisque diis offusae toties commemorantur, ut veteres nihil depravati interpolative in iis deprehenderent. Nostra demum aetate fraudem aliquam subodorati sunt viri docti, ut Heynius et Paynius, quorum ille duos versus habet suspectos, hic quattuordecim inde a v. 555. usque ad 568. una litura inducit. Illa vero dubitatio eo potissimum est nata, quod tenebras aciei immissas vel de pulveris turbine, ut Eust. 1075, 63. statuit, male intellexerunt, vel maiores etiam subtilitates excogitarunt. At deos Homericus et ipsos nebula abscondi, et eius ope sua hominum adspectui eripere nemo ignorat, vid. 5, 186. 14, 282. 15, 308. 16, 790. 17, 551. 20, 150. ell. 5, 360. 8, 50. Nec minus eos, quos e praesenti mortis periculo eximere cupiunt, caligine involvunt dii, ut Venus Pariu 3, 381., alii alios, cf. 5, 23, 345. 11, 752. 20, 444, et simili modo prospiciunt iis, quorum curam gerunt, mortalibus, sicut Minerva Ulixi in Od. 7, 15, 140. 13, 189. Quibus perpensis, vix erit ambigendum, quin poeta aëris caliginem ac tenebras veras significaverit. Illae modo uni exercitui erunt emolumento, alteri impedimento, ut 5, 506. 17, 594. 21, 6., modo utriusque labores in maius augebunt, velut 17, 368, 643 sqq. Praestabit igitur Homeri verba temporum priscorum indoli accomodare quam remedia longius arcessere. Neque Heynius, cui ὀλοὸς ingeminatum fuit molestum, satis attente legit Homerica. Britannus insuper Aiacem, qui in sinistro stet cornu Il. 17, 115., Patroclo vicinum fuisse negat, et σύμβαλον ab Iliados consuetudine alienum censet. Eum vero scrupulum et Patrocli celeritas et ardor cum considerata Aiacis tarditate comparatus et rerum gestarum multitudo ac varietas nobis auferent; denique σύμβαλον, quanquam alia ei est transitiva vis, ut 3, 70. 20, 55., infinitivus insequens facile excusat, quemadmodum nomen aliquoties adiicitur, vid. 4, 447. 8, 61. Neque a nostro usu discrepant tum alii epici, cf. Quint. Sm. 1, 222. IV, 349. VIII, 69, 185., tum Herodot. 1, 77, 103, 104, 128. alib.

V. 569. Venet. ter praefixit spiritum lenem, cf. 17, 274.

βλῆτο γὰρ οὔτι κάκιστος ἀνὴρ μετὰ Μυρμιδόνεσσιν,
υἱὸς Ἀγακλῆος μεγαθύμου, δῖος Ἐπειγεύς,
ὅς ῥ' ἐν Βουδείῳ εὐναιομένῳ ἤνασσεν
τὸ πρίν· ἀτὰρ τότε γ' ἐσθλὸν ἀνεψιὸν ἐξεναρίξας
ἐς Πηλῆ' ἱκέτευσε καὶ ἐς Θέτιν ἀργυρόπεζαν·
οἱ δ' ἅμ' Ἀχιλλῆϊ ῥηξήνορι πέμπον ἕπεσθαι
Ἴλιον εἰς εὔπωλον, ἵνα Τρώεσσι μάχοιτο,
τόν ῥα τόθ' ἁπτόμενον νέκυος βάλε φαίδιμος Ἕκτωρ
χερμαδίῳ κεφαλήν· ἡ δ' ἄνδιχα πᾶσα κεάσθη
ἐν κόρυθι βριαρῇ· ὃ δ' ἄρα πρηνὴς ἐπὶ νεκρῷ
κάππεσεν, ἀμφὶ δέ μιν θάνατος χύτο θυμοραϊστής.

V. 571. Ἐπηγεύς V. Harl. Lips. — V. 573. τοπρὶν Vindd. Eust. 1076, 13. W. et ol. vulgo. — V. 574. ἐς Πηλῆ ἱκέτ. Thiersch. | in gr. Gr. §. 194. 46. — V. 582. ῥῆκε Vind. ed. et ol. vulgo, vid. ad. 13, 582. — V. 583. ὠκεῖ H. — Ib. φόβησε id.

24, 402. Verum eum falsum esse exempla reliqua, mori recepto consentanea, abunde testantur.

V. 571. Formam nominis germanam Ἐπειγεὺς fuisse ex Eustath. 1070, 11. licet colligere, quandoquidem in ea etymologiae vis sublucet. Proinde Veneti Ἐπηγεὺς vitio debebit originem.

V. 573. Venetum nonnisi semel has voculas commisisse ad 9, 403. annotare oblitus sum.

V. 574. Apostrophum, Bekkero suadente, a Thierschio reiectum omnes omnino libri teneri iubent. Praepositionem idem significare atque πρὸς Πηλῆα scholl. dicunt, vid supra v. 13. et Matth. in gr. Gr. cf. 578.

V. 578. Cf. ad. v. 412, ubi eadem fere iam cognovimus.

V. 583. Heynius ad hiatum expellendum vocales conflavit sine causa. Homerum ψῆρες novisse schol. Vict. et Gellius in noct. Att. XIII, 20. narrant, soni vero suavitate et aurium iudicio alterum utrum probare. Aristarchum sic existimasse e schol. ad 21, 347. intelligi potest. Bothius isti grammaticorum subtilitati fidem denegat, sed libri certe eorum stant decretis, unde duplex forma Homero erit concedenda.

V. 585. Structurae dissimilitudo librarios in eam impulit opinionem, ut vel tertiam priori, vel secundam posteriori darent versui. Utrumque vel singulorum conformatio et librorum auctoritas redarguunt. Plusquamperfectum ἴσαν iam Etym. M. 383, 45. agnoscit, id quod hodie plerique ad aoristum revocant, cf. Matth. in gr. Gr. p. 288. Rost. gramm. Gr. §. 79. c. β.

V. 586. Personam tertiam praeter libros schol. A., qui eam-

Πατρόκλῳ δ' ἄρ' ἄχος γένετο φθιμένου ἑτάροιο.
ἴθυσεν δὲ διὰ προμάχων, ἴρηκι ἐοικὼς
ὠκείῃ, ὅστ' ἐφόβησε κολοιούς τε ψῆράς τε·
ὣς ἰθὺς Λυκίων, Πατρόκλεις ἱπποκέλευθε,
585 ἔσσυο καὶ Τρώων· κεχόλωσο δὲ κῆρ ἑτάροιο.
καί ῥ' ἔβαλε Σθενέλαον, Ἰθαιμένεος φίλον υἱόν,
αὐχένα χερμαδίῳ, ῥῆξεν δ' ἀπὸ τοῖο τένοντας.
χώρησαν δ' ὑπό τε πρόμαχοι καὶ φαίδιμος Ἕκτωρ.
ὅσση δ' αἰγανέης ῥιπὴ ταναοῖο τέτυκται,
590 ἣν ῥά τ' ἀνὴρ ἀφέῃ πειρώμενος ἢ ἐν ἀέθλῳ,
ἠὲ καὶ ἐν πολέμῳ δηΐων ὕπο θυμοραϊστέων·

e, libr. pauc. — V. 585. κεχόλωτο editt. antiqq. — V. 586. ἔβαλες Lips. — V. 587. τέροντε Vind. ed. et Aldd. — V. 589. τέτυκτο Vind. quint. — V. 590. ἀφῆκε Lips., male. —

ob rem diplen appictam scribit, veram habet. Nomen Ἰθαιμένης, quod nonnulli perperam acuunt, pluribus explicat Kust. 1076, 60.

V. 587. Dualem Ven. Vind. quint. et meliores emendant, numerus autem ei adstringitur regulae, de qua disserui ad 11, 43. Ut enim δύο δοῦρε Homericus sermo sibi poscit, ita ἄμφω et ἀμφοτέρω τένοντε iunguntur 4, 521. 5, 307. 10, 456. 14, 466.; sin nulla est numeri descriptio, pluralis erit melior: exemplo sunt v. 17, 290. 20, 478. Od. 3, 449.

V. 588. Iniuria delevit Paynius, ut ex 4, 505. 17, 316. male iteratum. Neque molestum esse potest, quod idem fere v. 591. dicitur, nam poeta plerumque sic loquitur comparatione aliqua interiecta, vid. 5, 136, 143, 859, 863. 14, 393, 401 et alibi.

V. 589. Adiectivum more Atticorum et Ionum dictum vult Kust. 1077, 6.; feminea forma conspicitur in Apoll. Arg. IV, 604 ταναῇσιν ἐλμέναι αἰγείροισιν, ubi libri Parisini tres ταναοῖσιν praebent, sed vid. 1, 1192.

V. 590. Quod in certamine quidem, nec vero in pugna iaculandi periculum fit, πειρώμενος ad prius solum pertinere schol. A. arbitratur, Eustath. 1077, 7. prudentius ὀθνείος subiicit. Etenim enim, qui iaculum emittit, suum robur experiri consequens est, vid. 15, 359. Sed neque ulla ellipsi opus est, neque uni modo convenit participium. Id enim, quod advocandum putant, verbo ipsi inhaeret, et ab hostibus circumfusus, an vincere possit, periclitabitur. Quae quum ita sint, ne aliorum quidem explicationem desiderabimus, qua πειρᾶν et πειρᾶσθαι bello tentare reddunt, vid. Bothium.

V. 591. Hostes instantes animum circumfusi provocare et ad resistendum quasi adigere particula ὑπὸ declarat. Minus igitur vere schol. A. eam abundare scribit, cf. 18, 219.

Digitized by Google

τόσσον ἐχώρησαν Τρῶες, ὤσαντο δ' Ἀχαιοί.
Γλαῦκος δὲ πρῶτος, Λυκίων ἀγὸς ἀσπιστάων,
ἐτράπετ', ἔκτεινεν δὲ Βαθυκλῆα μεγάθυμον,
Χάλκωνος φίλον υἱόν, ὃς Ἑλλάδι οἰκία ναίων
ὄλβῳ τε πλούτῳ τε μετέπρεπε Μυρμιδόνεσσιν·
τὸν μὲν ἄρα Γλαῦκος στῆθος μέσον οὔτασε δουρὶ
στρεφθεὶς ἐξαπίνης, ὅτε μιν κατέμαρπτε διώκων.
δούπησεν δὲ πεσών· πυκινὸν δ' ἄχος ἔλλαβ' Ἀχαιούς,
ὡς ἔπεσ' ἐσθλὸς ἀνήρ· μέγα δὲ Τρῶες κεχάροντο·
στὰν δ' ἀμφ' αὐτὸν ἰόντες ἀολλέες· οὐδ' ἄρ' Ἀχαιοὶ
ἀλκῆς ἐξελάθοντο, μένος δ' ἰθὺς φέρον αὐτῶν.
ἔνθ' αὖ Μηριόνης Τρώων ἕλεν ἄνδρα κορυστήν,
Λαόγονον, θρασὺν υἱὸν Ὀνήτορος, ὃς Διὸς ἱρεὺς

V. 599. *δεινὸν δ' ἄχος* Lips. et V. L. in ei. schol. *αἰνὸν* Bentlei. coni. — V. 604. *φίλον υἱὸν* V. L. ap. schol. Vict. — V. 607. *ἀπαὶ μελ.* Vind. quint., ut solet. — V. 609. *τεύξασθαι*

V. 596. Praestare aliquem aliqua re epicis est et *μεταπρέπειν τινί τινι*, cf. 16, 834. Apoll. Arg. III, 334, 443., et *μεταπρέπειν τινί τι*, ut apud eundem II, 784. Dativo personae saepius additur praepositio.

V. 598. Vid. 5, 65. Sunt autem ad Bathyclem, qui in eo erat, ut Glaucum assequeretur, referenda, ut bene vidit schol. A.

V. 599. Bentleii coniectura Homeri usu et sermone stabiliri videtur, cf. 4, 169. 8, 124, 147, 316. 15, 208. 16, 52, 55, 508. 17, 83. 19, 307. 22, 43. Od. 16, 87. 18, 274. Unde suspicari lubet idem voluisse schol. Lipsiens.: communi tamen subsidio venit Od. 11, 88 *πυκινόν περ ἀχεύων*, nec refragantur Iliados exempla ex libro octavo adscripta, in quibus verbum *πύκασεν* eadem de re invenitur.

V. 604. Laogonus quod nulla audacia se insignem praebuit, schol. Victor. *φίλον* aptius iudicavit, libris dissentientibus. At ducis praestantiae vulgare bene concinit, vid. 8, 128, 312., alterum vero subrogatum videbitur ab eo, qui similium importune recordabatur. Praeter Laogonum, cuius hic fit mentio, alter eiusdem nominis, Biantis filius, Il. 20, 460. ab Achille caeditur.

V. 605. Inscite nonnulli interpungunt *θεὸς δ' ὣς, τίετο δήμῳ*. Quem errorem et res ipsa refutat, et alia similia explodunt, vid. 10, 33. Od. 14, 205, neque ita multum absunt Od. 7, 71. 18, 173. Il. 12, 312.

V. 607. Schol. Vict. nonnullos huic versui alium adiecisse refert ita sonantem: *Μηριόνης δ' ἀνέπαλτο, φίλον δέ οἱ ἦτορ ἰάνθη*. Quem qui procudit v. 617. respexit, inepte: eum enim proxime antecedentibus congruum esse apparet, add. 13, 671 sq. et 17, 617. Praeterea *σχότον* in Iliade nil nisi mortis caliginem significare observandum est, in Odyssea semel 19, 389. proprie dicitur.

Digitized by Google

Ἰδαίου ἐτέτυκτο, θεὸς δ' ὡς τίετο δήμῳ·
τὸν βάλ' ὑπὸ γναθμοῖο καὶ οὔατος· ὦκα δὲ θυμὸς
ψύχετ' ἀπὸ μελέων, στυγερὸς δ' ἄρα μιν σκότος εἶλεν.
Αἰνείας δ' ἐπὶ Μηριόνῃ δόρυ χάλκεον ἧκεν·
ἔλπετο γὰρ τεύξεσθαι ὑπασπίδια προβιβῶντος.
ἀλλ' ὃ μὲν ἄντα ἰδὼν ἠλεύατο χάλκεον ἔγχος·
πρόσσω γὰρ κατέκυψε, τὸ δ' ἐξόπιθεν δόρυ μακρὸν
οὔδει ἐνισχίμφθη, ἐπὶ δ' οὐρίαχος πελεμίχθη
ἔγχεος· ἔνθα δ' ἔπειτ' ἀφίει μένος ὄβριμος Ἄρης.
[αἰχμὴ δ' Αἰνείαο κραδαινομένη κατὰ γαίης
ψύχετ', ἐπεί ῥ' ἄλιον στιβαρῆς ἀπὸ χειρὸς ὄρουσεν.]
Αἰνείας δ' ἄρα θυμὸν ἐχώσατο, φώνησέν τε·
Μηριόνη, τάχα κέν σε, καὶ ὀρχηστήν περ ἐόντα,

Vindd. plerique, Ald. sec. et all. — Ib. *ὑπασπίδα* Vind. ed. — V. 612, *ἐνεσχύμφθη* Hesych. I, 12, 3. Snid. I, 743. — V. 616. *ἀνὰ θυμὸν* Bothii coniect.

V. 609. Vid. ad 13, 158. Meliori assentitur Eustath. 1077, 62. hisce: *ἀντὶ τοῦ ἴσω τοῦ ἀσπίδος κρυπτομένου καὶ οὕτω προβιβῶντος*. Futurum, Ven. Vind. quint. et optimorum consensu munitum, Steph. restituit.

V. 610 sqq. Quattuor versus integri 17, 526 sqq. redeunt; primum deinde passim offerri ad 13, 404. cognovimus; ultimus denique lectus est 13, 444. Qua ratione motus Aristarchus, si penes schol. Vict. fides est, eum hic expellendum putavit: *ἐν τῇ ἑτέρᾳ τοῦ Ἀριστάρχου οὐκ ἐφέρετο καθάπαξ· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἄλογος* (l. *ὀβελὸς*) *αὐτῷ παρέκειτο*. Paullo ante v. 612 *ἐνισχίμφθη* magis epicum videtur, cf. 17, 437. Apoll. Arg. III, 153, 765. IV, 113; *ἐνισχήφθη*, quod Heynius, e scholl. Bl. commemoravit, Herodoti est familiare. Illud autem non modo Apollon. in Lex. 266 *ἐνεπέλασεν κατιπαγὲν το δόρυ*, verum etiam Eust. 1077, 63 *ἐπέλασεν* reddit. Fallitur ergo Bothius Apollonium *ἐνιχριμφθήτω* legisse suspicatus.

V. 614. Ab Ven. Vind. quint. et plurimis una cum proximo omittitur. Quare eos ex Il. 13, 504 sq. temere huc traductos esse verisimillimum est.

V. 616. Bothii coniecturam facilem neque inelegantem esse ea, quae in dissertat. de vi et usu praepositionum *ἀνὰ* et *κατὰ* apud Homerum §. 7. p. 13. cll. p. 14. congessi, ostendere possunt. Libris vero intercedentibus nihil erat novandum, praesertim quum communi poeta succurrat 4, 494. 13, 660.

V. 617. Multorum studia excitavit; nam qui de variis saltandi generibus sunt commentati, Merionem, ut Cretensem, pyrrhiches, quam armis instructi celebrare solebant, guarum fuisse plerumque autumant: Curetes enim, Iovis custodes, illius auctores ferunt, vid. Athen. IV, 181. 6. Dion. Chrys.

ἔγχος ἐμὸν κατέπαυσε διαμπερές, εἴ σ' ἔβαλόν περ.
Τὸν δ' αὖ Μηριόνης δουρικλυτὸς ἀντίον ηὔδα·
Αἰνεία, χαλεπόν σε, καὶ ἴφθιμόν περ ἐόντα,
πάντων ἀνθρώπων σβέσσαι μένος, ὅς κε σεῦ ἄντα
ἔλθῃ ἀμυνόμενος· θνητὸς δέ νυ καὶ σὺ τέτυξαι.
Euphorbus, Patrocli spolia lecturus, a Menelao obvio interficitur v. 1 — 60. Atrides vero Hectoris, ab Automedonte insequendo per Apollinem revocati, adventu territus gradum refert, Aiacis auxilium imploraturus. Interea Troum imperator et exuvias aufert, et caesi caput abscidisset, nisi Telamonius et Menelaus supervenissent v. 61 — 139. In Glaucum, ignaviam eius exprobrantem, acerbe invehit Hector, et Troas, ut, dum ipse abesset, strenue pugnarent, adhortatus, armis Achillis sese instructurus abit v. 140 — 187. Iam Pelidae decore insignis revertitur in aciem Hector, et ad Patrocli corpus abstrahendum fortissimum quemque secum rapit in pugnam; ab altera parte Menelaus, ab Aiace iussus, Achivorum principes ad opem ferendam convocat v. 188 — 261. Signis collatis Troes, ut Patroclo mortuo potiantur, Achivi, ut eum ab hostium ludibrio defendant, summa vi et ope annituntur, gravi et ancipiti pugna diu colluctantes v. 262 — 426. Achillis equos Patrocli casu fractos novo vigore implet Iupiter, et Automedon in proelium revectus Alcimedonta aurigam assumit. Hos Hector conspicatus cum Aenea et aliis Troianorum ducibus, currui et equis Achillis intentus, aggreditur, sed, Areto Troiano ab Automedonte occiso et Aiacibus in subsidium arcessitis, se recipere cogitur v. 426 — 442. Certamine circa Patrocli corpus denuo exardescente, Minerva Menelaum, Apollo Hectorem excitat, Iove vero Troianis aperte favente, Ar-



Digitized by Google

givorum acies inclinatur et multi principes vel vulnerati vel terrore offusi fuga petunt salutem v. 443 — 625. Iovis voluntate perspecta Aiax Telamonius Menelao auctor est, ut Antilochum amici caesi nuntium ad Achillem ableget v. 626 — 701. Menelaus, mandato functus, ad Aiacem redit et eius suasu una cum Merione corpus, e medio tumultu et caede sublatum, aufert, Troianis frustra ingruentibus, qui ab Aiace utroque, amicorum terga tuentibus retinentur ac deterrentur 702 — 761.

---

## *Μενελάου ἀριστεία.*

---

*Οὐδ' ἔλαθ' Ἀτρέος υἱόν, Ἀρηΐφιλον Μενέλαον,*
*Πάτροκλος Τρώεσσι δαμεὶς ἐν δηϊοτῆτι.*
*βῆ δὲ διὰ προμάχων κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῷ·*

V. 1. *οὐκ ἔλαθ' Ἀτρ.* Harl. Vind. quint. — V. 7. *πρόσθε δέ οὐ* Z. — Ib. *δόρατ' ἴσχε* Vind. ed. et all. quid. — V. 8. *ἀντίον* Harl. et all. — Ib. *ἔλθῃ* Lips. — V. 9. *ἐυμελίας* Vind. quint. *ἐϋμελίης* Rom. et all. — V. 14. *κλητῶν* Harl. — V. 16.

V. 1. Schol. A.: *καθ' ὑπερβατόν, οὐκ ἔλαθε δέ.* Quod quum parum satisfaceret, alii particulas separatas voluerunt, alii *οὐκ ἔλαθε* restituerunt. Horum alterum orationis concinnitati officit, alterum negandi adverbium nimia intendit vi: utroque igitur facile carebimus, vid. 626. 20, 112. Neque aliud quidquam verum habent grammatici, ut Eustath. 1091, 18. Etym. M. 483, 29.

V. 5. Postrema more Homerico nomen ab initio positum explicant, vid. ad 12, 295., schol. AB1. et Eustath. 1091, 58 sqq. Matth. in gr. Gr. § 346., annot. 1. iuvencae poetae mulierem subiecit.

V. 9. Consonam duplicem iustam et ab omnibus prope concessam, velut a Ven. Vindd. Etym. M. 153, 56. Gud. 83, 35., passim extenuant scripti pariter atque editi; Eustathius, qui contrarium plerumque sequitur, vid. ad Il. 444, 27. 1092, 1., illis congruit 1092, 30.

V. 14. Harleianum librarii negligentia vitium invasisse multorum dissensio efficit, conf. Excurs. XI. §. 1.

V. 16. Ad hiatum depellendum alii alia excogitarunt reme-

Digitized by Google

ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ βαῖν', ὥς τις περὶ πόρτακι μήτηρ,
πρωτοτόκος, κινυρή, οὐ πρὶν εἰδυῖα τόκοιο·
ὣς περὶ Πατρόκλῳ βαῖνε ξανθὸς Μενέλαος.
πρόσθε δέ οἱ δόρυ τ' ἔσχε καὶ ἀσπίδα πάντοσ' ἐίσην,
τὸν κτάμεναι μεμαὼς, ὅστις τοῦγ' ἀντίος ἔλθοι.
οὐδ' ἄρα Πάνθου υἱὸς ἐϋμμελίης ἀμέλησεν
Πατρόκλοιο πεσόντος ἀμύμονος· ἄγχι δ' ἄρ' αὐτοῦ
ἔστη, καὶ προσέειπεν Ἀρηΐφιλον Μενέλαον·
Ἀτρεΐδη Μενέλαε, Διοτρεφές, ὄρχαμε λαῶν,
χάζεο, λεῖπε δὲ νεκρόν, ἔα δ' ἔναρα βροτόεντα·
οὐ γάρ τις πρότερος Τρώων κλειτῶν τ' ἐπικούρων
Πάτροκλον βάλε δουρὶ κατὰ κρατερὴν ὑσμίνην·
τῷ με ἔα κλέος ἐσθλὸν ἐνὶ Τρώεσσιν ἀρέσθαι,
μή σε βάλω, ἀπὸ δὲ μελιηδέα θυμὸν ἕλωμαι.
Τὸν δὲ μεγ' ὀχθήσας προσέφη ξανθὸς Μενέλαος·
Ζεῦ πάτερ, οὐ μὲν καλὸν ὑπέρβιον εὐχετάασθαι.
οὔτ' οὖν παρδάλιος τόσσον μένος, οὔτε λέοντος,
οὔτε συὸς κάπρου ὀλοόφρονος, οὔτε μέγιστος

τῷ μ' εἶα Thiersch. in gr. Gr. §. 163. a. — V. 20. παρδάλιος ol. vulgo, V. W. H. — V. 21. κάπρου τ' ὀλοόφρονος Pseudoplutarch. de vit. Hom. poet. p. 349. — Ib. οὔτε μάλιστα Vind. quint. —

dia. Nam praeter Thierschium Bentleius τῷ ἵμ' ἔα, Heynius τῷ μ' ἐία restitui iusserunt. Verum, libris invitis, nihil erat mutandum, praesertim quum vulgari plura ferant praesidium, vid. ad 2, 165.

V. 20. Aristarchus, subtili aliorum acumine repudiato, hic quoque παρδάλιος dedit. Qua de re vidimus ad 13, 103.

V. 21 sq. Particulam temere interiectam esse quum libri nos admonent, tum Homeri usus comprobat, vid. 5, 783. 7, 257. 11, 293. 17, 282. Scite igitur de his schol. A. praecipit: συὸς κάπρου· κατ' ἐπίτασιν· ἀλκιμώτερος γὰρ ὁ κάπρος· διὸ ἐπὶ πᾶσι τέτακται. ἀλλὰ διὰ τὸ θυμικώτερον εἶναι τὸν κάπρον τῶν ἄλλων ζώων ἐπενήνοχε πρὸς αὔξησιν. καὶ ἔστι σὺς μὲν τὸ γενικόν, κάπρος δὲ τὸ εἰδικόν, add. Eustath. 1092, 35. In eodem versu μέγα et μάλιστα interpretamenta sunt eorum, quae vulgo feruntur, cf. 9, 237. cll. 8, 337. 12, 42. 17, 135. 20, 36. Neque inclinandum erat περί, vid. Eustath. 1092, 19. et quaestiunc. de inclinat. nec. particulae περὶ apud Homer. conced. p. 8., denique Matth. in gr. Gr. §. 397, annot. 2., quanquam sibimet ipsi dissentit §. 594, 1.

Digitized by Google

θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι περὶ σθένεϊ βλεμεαίνει,
ὅσσον Πάνθου υἷες ἐϋμμελίαι φρονέουσιν.
οὐδὲ μὲν οὐδὲ βίη Ὑπερήνορος ἱπποδάμοιο
ἧς ἤβης ἀπόνηθ', ὅτε μ' ὤνατο, καί μ' ὑπέμεινεν,
καί μ' ἔφατ' ἐν Δαναοῖσιν ἐλέγχιστον πολεμιστὴν
ἔμμεναι· οὐδέ ἑ φημι, πόδεσσί γε οἷσι κιόντα,
εὐφρῆναι ἄλοχόν τε φίλην, κεδνούς τε τοκῆας.
ὣς θην καὶ σὸν ἐγὼ λύσω μένος, εἴ κέ μευ ἄντα

V. 22. *μέγα σθένεϊ βλ.* editt. antiqq. *πέρι σθ. βλ.* nunc vulgo et W. — V. 23. *φορέουσιν* Vind. quint. Ambros. et V. L. ap. Eustath. 1092, 31. et schol. Lips. — V. 26. *ἐλάχιστον* Vind. un., male. — V. 27. *οὐδέ τέ φημι* Ar. — V. 29. *ὣς θήν* H.

V. 23. Non defuerunt qui *φορέουσι* probarent idque *ἔχουσι* redderent. Hoc autem vestibus, armis et aliis eiusmodi rebus aptum, animi affectibus parum convenit. Dicit enim Menelaus Panthi filios fortissima quaeque animalia robore et animo praestare, vid. 11, 296. 13, 156. 22, 21. 5, 441.

V. 27. Schol. A. *οὐδέ ἑ· διὰ τοῦ τέ, οὐδέ τε, Ἀρίσταρχος.* Illum autem participio, quod instat, commotum *οὐδέ τί φημι* vel *οὐδ' ἔτι φημὶ* dedisse suspicor. Libris non solum Eustath. 1092, 44. assentitur, verum alia etiam illis consentanea recepti augent fidem, ut 5, 103. 11, 589. 13, 414. 18, 132. Od. 15, 213. Mulierum vero et parentum desiderium maiorem excitat misericordiam, vid. 5, 688. 7, 294.

V. 29. Encliticum esse *θην* eruditi iudices existimant, velut Vindd. Apoll. in Lex. Hom. 349. et omnes propemodum editi, cf. ad Il. 10, 104. et de voculae significatione ad 8, 448.

V. 30. Tres versus in Iliad. 20, 196 sqq. iteratos Menelao aptiores iudicarunt veteres, unde asteriscum appinxerunt. Numerorum vel abundantiae vel penuriae medentur codices et Eustath. 1093, 18. Subiunctivum *στῆῃς* diverse scriptum esse constat, vid. Excurs. I, 5 sq. Eustath. 1093, 17 *ἀντὶ τοῦ εἴπερ ἀντισταίης μοι*, e quo optativum, nemini cnotatum, duxisse videdetur Barnesius, cf. 5, 598.

V. 32. Sententia in proverbium conversa quum iisdem verbis saepissime afferatur, vid. Platon. in Sympos. c. 27. extr., cuius schol. A. meminit, Galen. Protrept. 8., auctor. de Hom. poet., schol. Pindar. ad Olymp. 1, 56., schol. ad Sophocl. Elect. 1056. et ad Antigon. 1350., et Hesiodium Op. 216 *παθών δέ τε νήπιος ἔγνω* aliaque plura ab adagiorum interpretibus, veluti ab Erasmo 33 sq., collecta ei consona sint, Barnesium *ῥηχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω* de suo finxisse patet. Neque ei prodest Il. 9, 249 sq. — — *οὐδέ τι μῆχος Ῥηχθέντος κακοῦ ἔστ' ἄκος εὑρεῖν*: rem enim leviter mutatam verba sequi necesse est.

V. 34. Commentarios quosdam cum Vindob. quinto facere interpres Vict. narrat. Neutrum aut alienum aut Homeri sermoni contrarium esse Od. 18, 73, 338, 389. cll. Il. 11, 441. 18,

Digitized by Google

στήῃς· ἀλλά σ' ἔγωγ' ἀναχωρήσαντα κελεύω
ἐς πληθὺν ἰέναι, μηδ' ἀντίος ἵστασ' ἐμεῖο,
πρίν τι κακὸν παθέειν· ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.
Ὣς φάτο· τὸν δ' οὐ πεῖθεν, ἀμειβόμενος δὲ προσηύδα·
νῦν μὲν δή, Μενέλαε Διοτρεφές, ἦ μάλα τίσεις
γνωτὸν ἐμὸν, τὸν ἔπεφνες, ἐπευχόμενος δ' ἀγορεύεις·
χήρωσας δὲ γυναῖκα μύχῳ θαλάμοιο νέοιο,
ἀρητὸν δὲ τοκεῦσι γόον καὶ πένθος ἔθηκας.

— V. 30. *Ἐγωγε ἀν.* Flor. *ἐγὼ ἀν.* Vind. ed. all. et Aldd. — V. 34. *ἢ τάχα* Vind. quint. et V. L. ap. schol. Victor. — V. 36. *γυναῖκας* Etym. M. 811, 41. — V. 37. *ἀῤῥητον* Lips. all. et V. L. ap. Eustath. 1093, 60. — Ib. *Ἔθηκεν* Apoll. in Lex. 164. —

18. Od. 23, 108. indicio sunt. Sed receptum libri plurimi non minus quam Iliadis exempla muniunt.

V. 37. Qua lamentatione Euphorbus fratris caedem, ea Hectoris mariti interitum prosequitur Andromacha in Il. 24, 741. Veteres quidem magistri *γόον καὶ πένθος ἀρητόν*, discrepantia, quae in Lipsiensi et aliis obtinuit, reiecta, tenendum putarunt. Non dolor infandus sive ineffabilis, Eustathio teste, iis displicuit, 1093, 60.: *ὅτι δὲ τὸ ἀρητὸν πένθος· πένθος ἄῤῥητόν τινες γράφουσι δῆλον. καὶ ὡς οὐκ εὐαρεστοῦνται οἱ παλαιοὶ τῇ τοιαύτῃ γραφῇ.* Iam *πένθος ἀρητόν*, interpretum consensu tutum, haud uno exponunt modo: plerique luctum vel molestum vel infinitum vel detestabilem eo significari dicunt, ut schol. A.: *ἀρητόν· ἤτοι βλαπτικὸν παρὰ τὴν ἀρὰν τὴν βλάβην, ἢ κατάρατον, ἢ ἀπευκτόν, ἢ ἀεὶ ῥητόν, ἀεὶ διὰ μνήμης ἰσόμενον*, add. Etym. Magn. 140, 40. Hesych. I, 526. Etymologiam priorem aetatis inferioris lexicographi solent arripere, ut Etym. Gud. 75, 32. Suid. I, 319. Zonar. I, 319. Eustathius insuper, ut filius *ἀρατὸς* Ionice *ἀρητός*, i. e. *optatus*, appelletur, similiter luctum ex eius morte perceptum *ἀπευκταῖον* sive *κατάρατον*, i. e. *detestabilem*, dici auctor est: nam *ἀρά* et *ἄρᾶσθαι* ut voces medias in utramque accipi partem. Quartum denique in schol. Ven. interpres alter proponit idque iterum bipartitum. Statuit enim *ἀρητὸν* vel filium parentibus admodum carum indicare, vel ipsum luctum filii desiderio motum, ut dulce calamitatis levamen, ita vocari: *ἑτέρως*, inquit, *διαστεῖλαι ἔστιν, ἀρητὸν ἐν εὐχῆς μέρει καθιστῶντα, οὐ πένθος ἔθηκας, ἵν' ᾖ κατ' ἀρσενικὴν αἰτιατικὴν ἐπὶ τοῦ Ὑψήνορος τὸν ἀρητόν. ἢ οὕτως, εἰς τοῦτο αὐτὸν κατέστησας, ὥστε εὐχὴν ἡγεῖσθαι τὸ θρήνεῖν τὸν ἑαυτῶν παῖδα καὶ ἔχειν ἐξουσίαν σχολάζειν γόοις καὶ θρήνοις.* Horum postremum, aliis enumeratis, optimum omnium ducit Apoll. in Lex. Hom. 164., *ἀρητὸν* interpretatus *εὐκτόν*. E recentioribus quidam *ἄῤῥητον*, et libris aliquot et Plutarch. in consolat. ad Apollon. VI, 406. [Tom. II. p. 117. C.] cognitum, praeferendum censent, ut Clarkius, Ernestius, Vossius et Passovius in Lex. Gr. Heynius luctum *ἀρητὸν* molestum, i. e. *βλαπτικόν*, esse negat, quod prior syllaba natura sit brevis, vid. Sophocl. Antig. 972. Quint. Smyrn. XI, 120. Cui de-

ἦ κέ σφιν δειλοῖσι γόου κατάπαυμα γενοίμην,
εἴ κεν ἐγὼ κεφαλήν τε τεὴν καὶ τεύχε' ἐνείκας
Πάνθῳ ἐν χείρεσσι βάλω καὶ Φρόντιδι δίῃ.
ἀλλ' οὐ μὰν ἔτι δηρὸν ἀπείρητος πόνος ἔσται,
οὐδέ τ' ἀδήριτος, ἤτ' ἀλκῆς, ἤτε φόβοιο.
Ὣς εἰπὼν οὔτησε κατ' ἀσπίδα πάντοσ' ἐΐσην·

V. 40. ἐνὶ χ. Lips. — V. 41. ἐπὶ δηρὸν V. L. ap. schol. A. et Both. — V. 42. οὐδ' ἔτ' ἀδ. Harl. schol. A. et all. — Ib. ἠδ' ἀλκῆς ἠδὲ φ. libr. iid. Ar. H. οὔτ' ἀλκ. οὔτε φ. editt. pri-

creto etsi obloqui possis, tamen fortius quiddam exspectari sentimus. Restat igitur ἀρητόν, a verbo ἀράομαι prognatum. Hoc si *optatum* intellexeris, πολυάρητος, bis in Od. 6, 280. 19, 404. lectum, et nomina propria Ἄρατος, Λημάρατος, quae Eustathius comparat, ei accinunt. Sed ipsum Hyperenorem intelligi vetat Il. 24, 74 Luctus ergo alias acer et difficilis, optatum quasi ac gratum aegritudinis delinimentum habeatur necesse est. At ei opinioni poeta ipse, indolis humanae peritissimus, intercedit, dum moerorem perpetuum ducit intolerabilem, ut in Od. 4, 103. 19, 120. Quare nihil nobis superesse crediderim, nisi ut cum Eustathio ac pluribus *dolorem exsecrabilem et detestabilem*, intelligamus: est enim, ut Cicero ait, asper, contra naturam, vix qui tolerari ferrique possit. Hinc Penelopa, assiduo coniugis absentis desiderio tabefacta, mortem, ut omnium malorum finem, toties sibi expetit, vid. Od. 18, 202. 20, 61.

V. 41. Schol. A. ἐπὶ δηρὸν in commentariis quibusdam repertum dicit, idque schol. vulgarem habuisse ex eius glossa: πολὺν ἐπὶ χρόνον, collegit Ernestius. Quo duce fretus Bothius ἐπὶ δηρὸν quum hic tum alibi saepe Homero reddendum arbitratur calidius quam consultius. Ut enim minime negamus ἐπὶ δηρὸν et ἐπὶ δὴν ei, quod per tempus aliquod vel perstat vel perstare nequit, recte tribui, vid. Il. 9, 415. Apollon. Arg. I, 615, 870, 1072. II, 183, 517, 757. III, 950, 1049., ita quod temporis momento eventurum esse dicitur, iure sibi postulabit adverbium ἔτι, et ei, negatione praecedente vel subsequente, praecipuus erit locus, conf. Il. 2, 435. 5, 120, 285, 895. 8, 126. 20, 426. 21, 391. Od. 1, 203, 289. 8, 150. 17, 32. 18, 145. 19, 302. 21, 111. Apoll. Arg. I, 595. II, 135, 331. III, 729. Haec autem omnia mutare et diffingere temerarii profecto esset et arrogantis. Adverbio in altero versu eiecto, id alteri insertum fuisse auguror. His iam defuncti in sententiae totius et coniunctionem et interpretationem, quae moles molestiarum excitarunt, breviter inquiramus. Primum enim versus clausula triplici modo variat apud auctores: etenim Vindob. et alii οὔτ' ἀλκῆς οὔτε φόβ., neque Eustathio 1094, 7. neque editoribus communibus spretum, offerunt; ei Harlei. Vind. quint. et quattuor Heynii libri ἠδ' ἀλκῆς ἠδὲ φ., ab Aristarcho, si penes schol. A. fides est, et Heynio comprobatum, opponunt; Venet. denique cum Nicanore ἤτ' ἀλκῆς ἤτε φ. praebet. Horum nullum Bentleio, qui emendaturus erat μήτ' ἀλκῆς μήτε φ., satisfecit. Porro, unde genitivi pendeant,

οὐδ' ἐρύηξεν χαλκόν, ἀνεγνάμφθη δέ οἱ αἰχμὴ
ἀσπίδ' ἐνὶ κρατερῇ. ὃ δὲ δεύτερος ὦρνυτο χαλκῷ
Ἀτρεΐδης Μενέλαος, ἐπευξάμενος Διὶ πατρί·
ἄψ δ' ἀναχαζομένοιο κατὰ στομάχοιο θέμεθλα
νύξ', ἐπὶ δ' αὐτὸς ἔρεισε βαρείῃ χειρὶ πιθήσας·
ἀντικρὺ δ' ἀπαλοῖο δι' αὐχένος ἦλυθ' ἀκωκή.

scae et ol. vulgo. — V. 44. χαλκὸς V. Vind. quint. Ar. H. — V. 45. ἀσπίδι ἐν κρ. V. Vindd. H. ἀσπίδι ἐνὶ κρ. Rom. et all. — V. 49. ἀντικρὺς Both. —

Incertum et obscurum fuit interpretibus. Bothius, eos a reliquis separandos ratus, ad 7, 409. 13, 310. provocat. Sed fallitur: neutrum enim cum nostris apte conferri poterit. Heynius, schol. B. monitis inductus, illos cum nomine πόνος connectit, reliqua sic fere interpretatus: pugna de victoria aut fuga iam non erit periculi et certaminis expers, i. e. pugna, qua cernatur, uter vincat, an vincatur, non amplius erit differenda. Sed interpres Graecus dum ait: οὐκ ἔσται ἡμῖν ἀπείρατος ὁ πόνος τοῦ ἀμύνεσθαι ἢ φεύγειν, ἀλλὰ δηλονότι διὰ πείρας ἐλευσόμεθα, καὶ οὐ χωρὶς μάχης ἐσόμεθα, ὥστε ἢ ἀνδρίσεσθαι ἢ φεύγειν, non secus atque alii, ut opinor, ab adiectivo nominum casum repetit. Vere me sic existimare et Eustathius et schol. A. nobis persuadent; ille quidem 1094, 8., καθ' ὑπερβατὸν δέ, inquit, ἡ σύνταξις. λέγει γὰρ, ὡς οὐκ ἀπείρατος ἔσται ἀλκῆς καὶ φόβου. περιττὴ δὲ Ἀττικῶς ἡ ἄρνησις ἐν τῷ οὔτ' ἀλκῆς, ἤρκει γὰρ ἡ πρὸ αὐτῆς, schol. vero Eustathio convenienter scribit: τὸ δὲ ἐξῆς ἀπείρητος πόνος ἔσται ἤτ' ἀλκῆς ἤτε φόβοιο, οἷον πειρασόμεθα ἤτοι ἀνδρείας ἢ φυγῆς. Genitivus ergo ad prius, cui tanquam geminum ac sitnillimum ἀδήριτος subiungitur, erit referendum, vid. Steph. Thes. ling. Gr. Vol. IV, 7365. 6. Sensus igitur est: *age vero, profecto non diu expers erit pugna periculi aut discriminis, utrum vincas an vincare.* Nec dubium erit, quin particula negandi his adesse possit, quanquam alterum Homeri consuetudo non recusat. Aristarchum ἠδ' ἀλκῆς ἠδὲ φόβ. ratum habuisse vix efficiat scholiasta, quod ἠδὲ . . . ἠδὲ tum Homero tum aliis est ignotum, neque id commode explicabis. Quapropter cum Veneto, Nicanore et Wolfio ἤτ' ἀλκῆς ἤτε φόβοιο, rarum quidem, sed non prorsus inauditum, malui servare, quam famae incertae et, ut puto, vanae obsequi. Quoties vero heroas similia sibi obiicientes poeta inducat, haec exempla ostendent: Il. 10, 147, 327. 11, 410. 12, 328. 13, 327. 18, 308. 21, 226. 22, 253.

V. 44. Vid. ad 3, 348.

V. 45. Elisum dativum turbasse grammaticos vidimus in Excurs. VII, §. 1.

V. 49. Bothius quanta festinatione in Iliade profligauda egerit, inter alia hic locus patefacit. Oblitus enim eorum, quae Buttmann. in gr. ampl. §. 117., 1. studiose collegit et erudite disseruit, Bentleii ἀντικρὺς suo arbitratu duxit Homericum ad Il. 3, 359., idque saepius vel instauravit vel certe probavit, ut ad 8, 300, 309. 13, 595, 652. 16, 116. alibi, immemor iterum legis

δούπησεν δὲ πεσών, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.
αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι,
πλοχμοί θ', οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο.
οἷον δὲ τρέφει ἔρνος ἀνὴρ ἐριθηλὲς ἐλαίης
χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ, ὅθ' ἅλις ἀναβέβρυχεν ὕδωρ,
καλόν, τηλεθάον· τὸ δέ τε πνοιαὶ δονέουσιν
παντοίων ἀνέμων, καί τε βρύει ἄνθεϊ λευκῷ·
ἐλθὼν δ' ἐξαπίνης ἄνεμος σὺν λαίλαπι πολλῇ
βόθρου τ' ἐξέστρεψε, καὶ ἐξετάνυσσ' ἐπὶ γαίῃ·
τοῖον Πάνθου υἱὸν ἐϋμμελίην Εὔφορβον
Ἀτρεΐδης Μενέλαος ἐπεὶ κτάνε, τεύχε' ἐσύλα.

V. 51. *Χαρίτεσσι μέλαιναι* Z. — V. 52. *ἐσφήκοντο* Apoll. in L, 306. — V. 54. *ὃ ἅλις* Bentlei. et Thiersch. in gr. Gr. §. 157, 6. — Ib. *ἀναβέβροχεν* Z. — V. 58. *ἐπὶ γαίης* V. L. ap. Eustath. 1094, 42. — V. 62. *ἀρ-*

latae ad 4, 481. 5, 67, 74, 100, 189. et 22, 327, denique 7, 253, 362 *ἄντικρυς* dedit. Thiersch. vero, cuius praecepto fidem habet Bothius, Eustathium, versu admittente, *ἀντικρὺς* verum censuisse, in gr. Gr. §. 198, 5. falso retulit. Tantum enim abest, ut ille *ἄντικρυς*, quemadmodum cum aliis recte scribit, Homero largiatur, ut eam adverbii formam nonnisi posterioribus usitatam dicat, vid. ad Od. 1915, 25. et libell. meum de prosod. Gr. §. 39, 1. Ceterum hic versus integer exstat in Apoll. Lex. 122., pars eius leviter vitiata in Etym. M. 764, 45. et in Et. Or. 93, 2., bis praeterea apud Homerum ipsum Il. 22, 327. et Od. 22, 16., nec quisquam Bothio vel Bentleio consentit.

V. 51. Zenodotus brevitate dicendi offensus crines nigros sive crispos (*κόμας οὔλας*), cf. Od. 6, 231, 23, 158. advocavit. Quod Homericae perspicuitati obesse schol. A. conqueritur. Neque aliud magis abstrusum ac reconditum eo latere crediderim, imo recte explanat commune idem interpres: *ἀντὶ τοῦ ταῖς τῶν Χαρίτων κόμαις ἴσοι*. Eam Graecorum breviloquentiam dilucide persequitur Schaefer. in Melet. crit. 57, 134. et ad Plutarch. vit. I, 63, 7. Quo factum est, ut nemo a vulgari deflecteret, vid. Moschop. 47, 12. Iamblich. in vit. Pythagor. c. 40. Porphyr. in ead. c. 26. Lucian. in Gall. 13. et auct. de Homer. poet. vit. p. 194., add. Matth. gr. Gr. §. 453., annot. 1.

V. 52. Vitium Apollonii lexico invectum sponsores illi abstergunt, quibus Eust. 1094, 39. et Etym. M. 385, 5. cum libris plurimis concinunt.

V. 54. Emendationi Bentleii et Thierschii Zenodoti *ἀναβέβροχεν*, cuius Eustath. 1095, 6. et scholl. AD. mentionem faciunt, aptum videbitur. Codicibus autem renitentibus, *ἀναβέβρυχεν*, aliorum etiam consensu, ut Eustath. 1095, 7. et Apollon. in Lex. 125., sustentatum, tenere praestat. Mediae correptae eo

Ὡς δ' ὅτε τίς τε λέων ὀρεσίτροφος, ἀλκὶ πεποιθώς,
βοσκομένης ἀγέλης βοῦν ἁρπάσῃ, ἥτις ἀρίστη·
τῆς δ' ἐξ αὐχέν' ἔαξε λαβὼν χρατερῃσιν ὀδοῦσιν
πρῶτον, ἔπειτα δέ θ' αἷμα καὶ ἔγκατα πάντα λαφύσσει
δηῶν· ἀμφὶ δὲ τόνγε κύνες τ' ἄνδρες τε νομῆες
πολλὰ μάλ' ἰύζουσιν ἀπόπροθεν, οὐδ' ἐθέλουσιν
ἀντίον ἐλθέμεναι· μάλα γὰρ χλωρὸν δέος αἱρεῖ·
ὣς τῶν οὔτινι θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἐτόλμα
ἀντίον ἐλθέμεναι Μενελάου κυδαλίμοιο.
ἔνθα κε ῥεῖα φέροι κλυτὰ τεύχεα Πανθοίδαο

πάσει Lips. et Eustath. 1095, 43. — V. 65. κύνες ἄνδρες τε V. Vind. quint. W. — V. 66. οὐδὲ θέλ. Lips. — V. 67. μάλα γὰρ δριμὺς χόλος αἱρεῖ V. L. ap. Eustath. 1095, 48. —

erit venia parata, quod verbum est ὀνοματοποιητικόν: proxima denique nomini antea dicto sunt socianda.

V. 56. Verbum βρύειν, semel apud Homerum obvium, olearum proprium esse grammatici docent, velut scholl. Eustath. 1095, 14. Apoll. in Lex. 199. Etym. M. 213, 57. schol. Pind. ad Nem. XI, 1. et schol. ad Nicandr. Ther. 71.

V. 58. Praeter Eustathium ἐπὶ γαίῃ Porphyr. in vit. Pythagorae c. 26. scripsit, alterum vero Homeri sermonem sibi poscere ad 16, 310. annotavi, neque absunt ab eo praestantissimi quique, ut Ven. Vindd. et plurimi. Literam sibilam, versu flagitante, ingeminant et illi et Eustath. 1095, 41.

V. 61. Comparant interpretes 12, 299.: propius ad nostra accedunt Od. 6, 130. et 9, 292.

V. 63. Cf. 11, 175 sq.

V. 65. Tametsi multi libri prius τε, a Wolfio resectum, negligunt, velut Ven. Vind. quint. Lips. et alii, tamen, si rem ex Homeri copia aestimaveris, eam ab Hermanno ad Orph. 702., Eustath. 1095, 46. consentiente, iure repeti apparet, vid. 15, 272. 17, 110, 658. 22, 354. Od. 3, 259. 12, 96. 16, 162. 18, 105. 19, 24.

V. 67. Pastores et canes timore perterriti adire non audent; iis igitur apprime congruunt usitata, vid. ad 8, 77., nec proxima illis repugnant. Eustathii varietas, quae ad leonem spectat, a comparatione aliena, petita est ex Il. 18, 322. eique cognatis.

V. 68. Vid. 10, 232.

V. 70. Schol. A. ἡ διπλῆ, ὅτι τοὺς χρόνους ἐνήλλαχε καὶ τὰ ῥήματα· ἴδει γὰρ εἶπαι· τότε δ' ἂν ῥαδίως ἔφερον (l. ἔφερεν, vid. eundem ad 5, 311. 4, 539). Qua causa motus Bentlei. ῥεῖ' ἔφερεν, Heynius ῥεῖα φέρε, ut magis Homerica suaserunt. Illam dicendi formam accuratius et subtilius perserutatus est Herman-

Ἀτρεΐδης, εἰ μή οἱ ἀγάσσατο Φοῖβος Ἀπόλλων,
ὅς ῥά οἱ Ἕκτορ' ἐπῶρσε, θοῷ ἀτάλαντον Ἄρηϊ,
ἀνέρι εἰσάμενος, Κικόνων ἡγήτορι Μέντῃ·
καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ἕκτωρ, νῦν σὺ μὲν ὧδε θέεις, ἀκίχητα διώκων
ἵππους Αἰακίδαο δαΐφρονος· οἳ δ' ἀλεγεινοὶ
ἀνδράσι γε θνητοῖσι δαμήμεναι ἠδ' ὀχέεσθαι,
ἄλλῳ γ' ἢ Ἀχιλῆϊ, τὸν ἀθανάτη τέκε μήτηρ.
τόφρα δέ τοι Μενέλαος Ἀρήϊος, Ἀτρέος υἱός,
Πατρόκλῳ περιβὰς Τρώων τὸν ἄριστον ἔπεφνεν,
Πανθοίδην Εὔφορβον, ἔπαυσε δὲ θούριδος ἀλκῆς.
Ὣς εἰπὼν ὃ μὲν αὖτις ἔβη θεὸς ἂμ πόνον ἀνδρῶν·

V. 73. ἡγήτορι *Πείρῳ* V. L. ap. schol. Vict. — V. 82. ἀμπόνον sive ἀνπόνον ol. vulgo, H. Both. — V. 83. ἀμφὶ μελαίνας editt. antiqq. et V. L. ap. Eustath. 1096, 32. H. — V. 86. κατ'

nus de partic. ἄν III, 8. sive in Opusc. IV, 167 sq. Prudenter autem docet grammatici observationem nonnisi in duo Homeri exempla cadere, etenim in reliquis non obiici potest id, cuius conditio ponitur, sed res in sola versatur cogitatione, quae optativum sibi requirit.

V. 73. Mentes dux quum in navium indice non enumeretur, schol. A. vel plures Ciconibus fuisse praefectos, vel Mentem cum militum supplemento posthac advenisse coniicit. Prius repetit schol. Vict., aliosque, ut litem componerent, *Πείρῳ* dedisse auctor est. Is vero Thracum fuit imperator, vid. 2, 844. 4, 520, 525. Cum libris scriptis atque editis facit interpres Graecus ad Odyss. 9, 40.

V. 75. Ἀκίχητα cum participio insequente, neque cum verbo praemisso, copulandum esse in singula accuratius intuenti liquido apparebit. Sensit id, si quidem scholiastae A. credimus, Posidonius, Aristarchi scriba et lector: τὸ δὲ ἀκίχητά φασι Ποσειδώνιον τὸν Ἀριστάρχου ἀναγνώστην τοῖς ἑξῆς προσνέμειν, καὶ τὸν Ἀρίσταρχον ἀποδέχεσθαι Contrarium eius Eustath. 1096, 12. tradit; at vereor, ne vel ipse perverse acceperit, vel librarii inscitia obrepserit vitium. Alterum etsi cogitari potest, Wolfii tamen interpunctio, qua ἀκίχητα διώκων ab aliis erant discreta, aperte falsa est. In Apollonii Lex. 79 σὺ μὲν ὧδε νοεῖς sive νοέεις, ἀκίχ. δ., perperam solet edi. [Cf. Wernicke ad Tryphiod. v. 333. p. 296.]

V. 82. Cf. ad 13, 239.

V. 83. Utrum φρένες μέλαιναι an ἀμφιμέλαιναι a poeta dicuntur, iam olim est disceptatum. Cuius controversiae testis est Eustathius l. all. τὸ δὲ ἀμφιμελαίνας τινὰ τῶν ἀντιγράφων οὐ μίαν σύνθετον οἴδασι λέξιν, ἀλλὰ δύο, ἵνα λέγῃ· ἀμφὶ φρένας μα-

Digitized by Google

Ἕκτορα δ' αἰνὸν ἄχος πύκασε φρένας ἀμφιμελαινας.
πάπτηνεν δ' ἄρ' ἔπειτα κατὰ στίχας· αὐτίκα δ' ἔγνω
τὸν μὲν ἀπαινύμενον κλυτὰ τεύχεα, τὸν δ' ἐπὶ γαίῃ
κείμενον· ἐρρώει δ' αἷμα κατ' οὐταμένην ὠτειλήν.
βῆ δὲ διὰ προμάχων κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῷ,
ὀξέα κεκληγώς, φλογὶ εἴκελος Ἡφαίστοιο
ἀσβέστῳ· οὐδ' υἱὸν λάθεν Ἀτρέος ὀξὺ βοήσας·
ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν·
Ὤ μοι ἐγών, εἰ μέν κε λίπω κάτα τεύχεα καλὰ
Πάτροκλόν θ', ὃς κεῖται ἐμῆς ἕνεκ' ἐνθάδε τιμῆς,
μήτις μοι Δαναῶν νεμεσήσεται, ὅς κεν ἴδηται.
εἰ δέ κεν Ἕκτορι μοῦνος ἐὼν καὶ Τρωσὶ μάχωμαι

οὐταμένης ὠτειλῆς Hesych. I, 158. — V. 88. ἶκελος Rom. Eustath. 1096, 37., vid. ad 13, 53. — V. 89. νῖα λάθ' Ἀτρ. Barnes. et Bothii coniectura. —

λαίνας, vid. scholl. ABL. ad Il. 1, 103. et Victor. ad 17, 573. Quodsi libros consulueris, iudicium anceps esse videbis: etenim Ven. ter compositum affert, nostro loco utrumque separat, Vindd. semper committunt, de reliquis minus constat. Veneto vero, cuius illa pars a manu recentiore descripta est, non multum facit momenti. Editores pro suo arbitrio nunc ἀμφιμελαίνας nunc ἀμφὶ μελαίνας elegerunt: ita prisci, velut Itali, semper fere distrahunt, posteriores ultro citroque feruntur, e recentissimis Heynius ad priorum normam se composuit, Wolfio plane dissentiente. In tam multiplici varietate, utrum sequare, animi pendeas. Verum enim vero ἀμφὶ verbo saepe minus accomodatum, et alia illi finitima, sicut ἀμφίπομος, ἀμφιθαλής, coniunctionem suadent, add. Od. 4, 661. Nec grammatici composito valde repugnant, quanquam illud diverse explicant, vid. Eustath. ad Il. 58, 10. 1116, 9., schol. ad Od. 4, 661. Etym. M. 577, 3. 579, 52. Hesych. I, 304. Philem. 186, 266., cf. infra 499.

V. 86. Hesychio etsi libri pauci adstipulantur, quartum tamen casum minime damnandum esse ostendi in dissertat. de vi et usu praeposition. ἀνὰ et κατὰ apud Homer. §. 14. p. 22.; cum schol. B. reddit hisce: κατὰ τὸ ἐξ οὐτήσεως τραῦμα.

V. 87. Aliquoties iam adfuit, cf. 5, 562, 681. 17, 592. 20, 111.; extremam partem insuper legimus 20, 117. Od. 21, 434.

V. 89. In Lipsiensi λάθ' Ἀτρέος, unde Barnesii suspicio, Bothio probata, aliqua certe nititur auctoritate. Cognito autem aliorum dissensu, nihil mutabimus; ἀσβέστῳ vero cum particula instante colliquescit, neque efficit dactylum, vid. de vers. Graecor. her. 182. vel Thiersch. gramm. §. 149, 5. Ceterum νῖα Homero frequentari non nego, vid. 15, 419, 427. 12, 129. Od. 4, 765. 13, 259. 17, 111. 20, 35.

V. 93. Heynius cum plerisque μή τις μοι Δ. νεμ., idque in Ven. Vindd. et Eustath. 1096, 53. obtinet; tenore vero en-

Digitized by Google

αἰδεσθείς, μήπως με περιστήωσ' ἕνα πολλοί·
Τρῶας δ' ἐνθάδε πάντας ἄγει κορυθαίολος Ἕκτωρ.
ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός;
ὀππότ' ἀνὴρ ἐθέλῃ πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι,
ὅν κε θεὸς τιμᾷ, τάχα οἱ μέγα πῆμα κυλίσθη.
τῷ μ' οὔτις Δαναῶν νεμεσήσεται, ὅς κεν ἴδηται
Ἕκτορι χωρήσαντ', ἐπεὶ ἐκ θεόφιν πολεμίζει.
εἰ δέ που Αἴαντός γε βοὴν ἀγαθοῖο πυθοίμην,
ἄμφω κ' αὖτις ἰόντες ἐπιμνησαίμεθα χάρμης,
καὶ πρὸς δαίμονά περ, εἴ πως ἐρυσαίμεθα νεκρὸν

V. 95. περιστείωσ' ἕνα πολλοί V. ol. vulgo et Eustath. 1096, 55. — V. 98. ἰθέλει Harl. Vind. ed. ol. vulgo et Eustath. 1096, 57. ἰθέλοι Ald. sec. — V. 103. ἰόντε ἐπιμν. Z. — V. 105. φέρτερον Eust. 1097, 23.

cliticae nunquam retracto vulgatam servandam esse intelligitur, conf. Od. 19, 121. Il. 10, 129. 17, 100.

V. 95. Diphthongum Aristarchi iussu expulsam esse docui in Excurs. I. p. 6.

V. 98. In modo libri discrepant, attamen subiunctivum Ven. Harl. Lips. et plurimi Heynii suppeditarunt una cum schol. A. Illum omnium optime quadrare indicant proxima; pendent enim a Menelai sententia censentis: cum viro dei favore ac benevolentia adiuto nullo pacto esse pugnandum. Quae si reputaveris, verba πρὸς δαίμονα, in quibus expediendis haerent interpretes, clara erunt et perspicua. Nam negat Atrides deo vel Iove invito semet ipsum vel alium quemcunque Hectori posse resistere, vid. v. 630 sqq. scholl. AV. et Eustath. 1097, 6. Eam vero opinionem heroum Homericorum fuisse communem scimus, vid. 5, 601. 8, 140.

V. 100. Versum ex Aristotel. Rhet. II, 9. a Barnesio insertum melius, ut auguror, ad Il. 11, 543 revocavimus, ubi vide eum.

V. 104. Sunt haec quasi ex indole Aiacis, nimia virium superbia ferocientis, dicta. Quo factum est, ut schol. ad Eurip. Orest. 676. Menelai sermonem ad Aiacem traduceret. In universum autem tragici, velut Sophocl. in Ai. 765., Telamonii indolem asperiorem et magis immitem finxerunt, cuius rigoris et immanitatis vel nulla omnino vel pertenuia vestigia exstant apud poetam. Quare Eustath. 1097, 20. de nostris verius et modestius iudicavit interprete Euripidis.

V. 105. Superlativus, cui testes graves et locupletes sunt, ut Vind. quint. Ven. ac plurimi, rei convenit, vid. ad Il. 8, 144. Etymol. M. l. all. ita disserit: φόρτιστοι· κακῶν δέ τε φόρτιστοι εἴη, Ἰλιάδος ρ', τῶν δὲ παρόντων κακῶν τοῦτο ἂν εἴη ἄριστον· ἢ ἐκ πολλῶν τῶν προγεγονότων (fort. παφαγεγονότων) τοῦτο ἄμεινον

Πηλείδῃ Ἀχιλῆϊ· κακῶν δέ κε φέρτατον εἴη.
Ὣς ὃ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,
τόφρα δ' ἐπὶ Τρώων στίχες ἤλυθον· ἦρχε δ' ἄρ' Ἕκτωρ.
αὐτὰρ ὅγ' ἐξοπίσω ἀνεχάζετο, λεῖπε δὲ νεκρὸν,
ἐντροπαλιζόμενος· ὥστε λὶς ἠϋγένειος,
ὅν ῥα κύνες τε καὶ ἄνδρες ἀπὸ σταθμοῖο δίωνται
ἔγχεσι καὶ φωνῇ· τοῦ δ' ἐν φρεσὶν ἄλκιμον ἦτορ
παχνοῦται, ἀέκων δέ τ' ἔβη ἀπὸ μεσσαύλοιο·
ὣς ἀπὸ Πατρόκλοιο κίε ξανθὸς Μενέλαος.
στῆ δὲ μεταστρεφθείς, ἐπεὶ ἵκετο ἔθνος ἑταίρων,

Rom. et ol. vulgo, φόρτατον V. L. in Etym. M. 798, 46. — V. 109. λὶς ol. vulgo et W. — V. 110. δίενται V. L. ap. schol. A. — V. 111. τοῦ δ' ἐνὶ φρεσὶν editt. antiqq. —

γένοιτο. γράφεται δὲ καὶ φέρτατον, κάλλιον. Fuerunt igitur qui φόρτατον malum facillime ad tolerandum exponerent, et usu adversante et grammatico dubitante. Bothius nonnisi duo mala, alterum relicti corporis Patrocliani, alterum vel invito fato servati, subesse dicit, eaque de causa φέρτατον idem ac φέρτερον significare putat. Sed Menelaus Danorum exercitum malorum quasi fluctibus immersum iudicat. Fortuna enim eius Iovis invidia erat mutata, victoria penes Hectorem et Troas, Patroclus denique caesus. Menelaus ergo dicet: si nobis contigerit, ut corpus defuncti hostibus ereptum ad Achillem referamus, id profecto ex multis, quibus obruimur, malis omnium esset levissimum, vid. Eustath. 1097, 20 sqq. et scholl. AD.

V. 107. Vid. 4, 221. 11, 412.

V. 109. Tenorem Aristarchi restituendum esse probavi ad 11, 239. 15, 275. Menelaum tarde sed necessitate compulsum recedere indicat verbum eius rei proprium, conf. 6, 496. 11, 547. 21, 492. et schol. ad Soph. OC. 1591.

V. 110. *Δίενται* et *δίωνται* promiscue offeruntur: illud, nisi fallor, Herodiani fuit, quem auctorem schol. A. sequitur ita commentatus: *οὕτως δίενται ὡς τίθενται. μέμνηται ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ μ'*, vid. schol. Ven. ad Il. 12, 276., cll. Buttmann. in gr. ampl. II, 1. p. 105.; coniunctivo auxilio sunt libri plurimi, scholl. AB. Eust. 1097, 48., neque Etym. M. 280, 36., ut multis rebus possumus iudicare, dispar fuit: *διῶνται, σημαίνει τὸ διώκονται. ἔστι ῥῆμα διῶ· παράγωγον δίημι.* Nam, accentu bis emendato, cum reliquis erit concors, vid. schol. Ven. ad 18, 162. Eustath. 904, 25. 1312, 5.

V. 111. Ernestius ut olim vulgari succurreret, τὸ δ' ἐνὶ φρ. ἄλκ. ἦτορ scribendum proposuit; frustra, mendum enim priorum et libri ignorant et Eustath. 1097, 51.

V. 114. Vid. 11, 595. 15, 591.

Digitized by Google

παπταίνων Αἴαντα μέγαν, Τελαμώνιον υἱόν.
τὸν δὲ μάλ' αἶψ' ἐνόησε μάχης ἐπ' ἀριστερὰ πάσης
θαρσύνονθ' ἑτάρους καὶ ἐποτρύνοντα μάχεσθαι·
θεσπέσιον γάρ σφιν φόβον ἔμβαλε Φοῖβος Ἀπόλλων.
βῆ δὲ θέειν, εἶθαρ δὲ παριστάμενος ἔπος ηὔδα·
Αἶαν, δεῦρο, πέπον, περὶ Πατρόκλοιο θανόντος
σπεύσομεν, αἴ κε νέκυν περ Ἀχιλλῆϊ προφέρωμεν
γυμνόν· ἀτὰρ τάγε τεύχε' ἔχει κορυθαίολος Ἕκτωρ.
Ὣς ἔφατ'· Αἴαντι δὲ δαΐφρονι θυμὸν ὄρινεν.
βῆ δὲ διὰ προμάχων, ἅμα δὲ ξανθὸς Μενέλαος.
Ἕκτωρ μὲν Πάτροκλον, ἐπεὶ κλυτὰ τεύχε' ἀπηύρα,
ἕλχ', ἵν' ἀπ' ὤμοιιν κεφαλὴν τάμοι ὀξέϊ χαλκῷ,
τὸν δὲ νέκυν Τρωῇσιν ἐρυσσάμενος κυσὶ δοίη.
Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε φέρων σάκος ἠΰτε πύργον.
Ἕκτωρ δ' ἂψ ἐς ὅμιλον ἰὼν ἀνεχάζεθ' ἑταίρων.
ἐς δίφρον δ' ἀνόρουσε· δίδου δ' ὅγε τεύχεα καλὰ

V. 118. φόβον abest a Vind. quint. — V. 127. δώῃ Rom., ut solet. — V. 134. συναντήσονται Eust. 1098, 41. Plutarch. de amor. prol. VII, 923. et ol. vulgo. — V. 135. βλεμεαίνων Vind. ed. et Ald. sec. — V. 139. εἰστήκει Vind. ed. et ol.

V. 116 sq. Iterum occurrunt nobis infra 682 sq., ubi Heynius resecat augmentum, numerorum vi infracta, vid. praeterea 5, 355. 11, 498. 13, 765, 767.

V. 125. Aristarchi notationes ne veteribus quidem ab omni parte fuisse perspectas schol. Ven. nos edocet. Ille enim interpretes, quid diple a grammaticorum principe appicta significarit, dubitasse narrat: dum alii putarunt Aristarchum poetae vitio vertisse Patrocli arma, quae Apollo ei excusserit, ab Hectore ablata; Dionysius vero nil nisi casus enallagen eo signo indicatum voluit: ἡ διπλῆ, inquit, ὅτι ἔοικε παρεπιτιμᾶσθαι ὁ Ἀρίσταρχος τῷ Ὁμήρῳ· οὐ γὰρ αὐτὸς ἦν ὁ Ἕκτωρ ὁ σκυλεύσας τὸν Πάτροκλον, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ περιόντος ἀφείλετο τὰ ὅπλα οὕτως ὁ Ἀπόλλων, ὁ δὲ αὐτὸν γυμνὸν ἔτρωσε· ὁ δὲ Διονύσιος τὸ σημεῖόν φησιν, ὅτι ἠλλαγται πτῶσις „Πάτροκλον κλυτὰ τεύχε' ἀπηύρα" ἀντὶ τοῦ „Πατρόκλου," vid. schol. ad v. 205.

V. 118. Aiacis clypeum magnitudine insignem fuisse poeta affirmat, vid. 7, 219 sqq. 11, 485. Idem esse ἐγγύθεν ac primitivum ἐγγὺς ex hoc loco demonstratum ivit Apollon. de pron. 344, c.

V. 134 cum proximis duobus a Zenodoti recensione et Chia abfuerunt. Eustath. 1098, 47 sqq. ac schol. causam inde repetunt, quod non leo, sed leaena catulorum agat curam, Homero vero et alia animalium nomina et λέοντα generis communia esse volunt, conf. 18, 318. 21, 483. Notant ergo Antimachum, qui

Τρωσὶ φέρειν προτὶ ἄστυ, μέγα κλέος ἔμμεναι αὐτῷ.
Αἴας δ' ἀμφὶ Μενοιτιάδῃ σάκος εὐρὺ καλύψας
ἑστήκει, ὥς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν,
ᾧ ῥά τε νήπι' ἄγοντι συναντήσωνται ἐν ὕλῃ
ἄνδρες ἐπακτῆρες· ὃ δέ τε σθένεϊ βλεμεαίνει·
πᾶν δέ τ' ἐπισκύνιον κάτω ἕλκεται ὄσσε καλύπτων·
ὣς Αἴας περὶ Πατρόκλῳ ἥρωϊ βεβήκει.
Ἀτρεΐδης δ' ἑτέρωθεν, Ἀρηΐφιλος Μενέλαος,
ἑστήκει μέγα πένθος ἐνὶ στήθεσσιν ἀέξων.
Γλαῦκος δ' Ἱππολόχοιο πάϊς, Λυκίων ἀγὸς ἀνδρῶν,
Ἕκτορ' ὑπόδρα ἰδὼν χαλεπῷ ἠνίπαπε μύθῳ·
Ἕκτορ, εἶδος ἄριστε, μάχης ἄρα πολλὸν ἐδεύεο.
ἦ σ' αὔτως κλέος ἐσθλὸν ἔχει, φύξηλιν ἐόντα.
φράζεο νῦν, ὅππως κε πόλιν καὶ ἄστυ σαώσεις
οἷος σὺν λαοῖσι, τοὶ Ἰλίῳ ἐγγεγάασιν.
οὐ γάρ τις Λυκίων γε μαχησόμενος Δαναοῖσιν

vulgo, — V. 142. Ἕκτορ, ὦ εἶδος ἄρ. Vind. ed. et Aldd. Ἕκτωρ, εἶδος Vind. un. Barnes. | Plutarch. de aud. poet. VI, 124. — V. 144. σαώσῃς Vind. ed. ol. vulgo et H. —

poetae verbis in eam compulsus fuerit fraudem, ut leonem catulos ducentem sisteret. Aliam ob rem Gellius in Noct. Att. XIII, 7. id Homeri testimonium protulit, refutaturus Herodoti III, 108. aliorumque errorem, qui leonem semel et unum catulum partu edere sunt opinati, add. Aristot. histor. animal. VI, 31 ibique Schneiderum, alias aliorum fabulas persequutum. Subiunctivo fidem habent Ven. Vindd. et quattuor Heynii libri.

V. 136. Attigit Apollon. in Lex. 289., ubi alia aliorum grammaticorum interpretamenta editores contulerunt.

V. 142. Grammatici numeris metuentes varias circumspexerunt medelas: vocativi enim notam non e mera editorum coniectura proficisci indicio sunt Vindd. Formam legitimam cum Ven. Vindob. quint. et aliis pluribus tuentur schol. A. atque Eustath. 1099, 9.

V. 144. Schol. A.: σαώσεις· οὕτως Ἀρίσταρχος. ἄλλοι δὲ σαώσῃς διὰ τοῦ η. Aristarcho parent Venet. et Eustath. 1099, 64., quanquam hic σαώσῃς bis posuit ib. 11. et 42. Dissidium veterum ad recentiores permanavit, e quibus Heynio, Thierschio in gr. Gr. §. 345, 3, 6. et Rostio in Damm. Lex. Hom. Vol. I, 91, a. placuit coniunctivus, Wolfius vero Aristarcho obtemperavit. Mihi quidem futurum satisfacit, imo aptius videtur conditioni a Glauco subiectae neminem sociorum iam Troianis opem esse laturum, vid. ad 9, 251. et Hermann. de part. ἄν I, 8. sive in Opusc. IV, 28 sqq.



Digitized by Google

εἶσι περὶ πτόλιος· ἐπεὶ οὐκ ἄρα τις χάρις ἦεν
μάρνασθαι δηΐοισιν ἐπ' ἀνδράσι νωλεμὲς αἰεί.
πῶς κε σὺ χείρονα φῶτα σαώσειας μεθ' ὅμιλον,
σχέτλι', ἐπεὶ Σαρπηδόν' ἄμα ξεῖνον καὶ ἑταῖρον
κάλλιπες Ἀργείοισιν ἕλωρ καὶ κύρμα γενέσθαι;
ὅς τοι πόλλ' ὄφελος γένετο, πτόλεί τε καὶ αὐτῷ,
ζωὸς ἐών· νῦν δ' οὔ οἱ ἀλαλκέμεναι κύνας ἔτλης.
τῷ νῦν εἴ τις ἐμοὶ Λυκίων ἐπιπείσεται ἀνδρῶν,
οἴκαδ' ἴμεν, Τροίῃ δὲ πεφήσεται αἰπὺς ὄλεθρος.
εἰ γὰρ νῦν Τρώεσσι μένος πολυθαρσὲς ἐνείη,
ἄτρομον, οἷόν τ' ἄνδρας ἐσέρχεται, οἳ περὶ πάτρης
ἀνδράσι δυσμενέεσσι πόνον καὶ δῆριν ἔθεντο,

V. 148. μετ' ἀνδράσιν V. el. vulg. et Eustath. 1099, 14. — V. 149. μεθ' ὁμίλου Ż. — V. 151. οἰωνοῖσιν ἕλωρ Harl. Lips. — V. 153. κύον ἔτλης Ż. — V. 155. ἴω V. L. apud schol. Vict. — V. 156. εἰ γὰρ δὴ Τρ. Vind. quint. — V. 157. ἐς ἔρχεται V. ἐξέρχεται Rom. Eustath. 1099, 25. et vulgo olim, ἐπέρχεται Plutarch. in reipubl. gerend.

V. 148. Libri quidem plerique ad contrarium aberrarunt, Aristarchi vero iudicium eos refellere vidimus ad 9, 317.

V. 149. Schol. A.: διὰ τοῦ ν̄, inquit, μεθ' ὅμιλον· παρὰ δὲ Ζηνοδότῳ μεθ' ὁμίλου· καὶ λόγον ἔχει ἀντὶ τοῦ ἔξω ὁμίλου, neque aliter statuit Heynius. Verum Zenodotum voculae μετα cum genitivo iunctae potestatem novam atque inauditam concessisse vix erit credibile. Itaque Glaucus, qui Hectorem et Troianos ignaviae accusat, Zenodoti de sententia, ut opinor, haec ait: „neque tu cum tuo agmine, i. e. Troianis, ullum alium ab hostium contumelia defendes.“ Id autem ipsum partim ob genitivum, raro admodum a poeta dictum, partim quod ob-curitate et ambiguitate laborat, importunum videbitur. Tutum igitur erit commune, ab omnibus omnino libris et Eustath. 1099, 19. comprobatum, quo Troum catervae, ad quas Sarpedonis corpus erat abstrahendum, indicantur, vid. Il. 5, 573. 14, 21. 20, 47. et Matth. gr. Gr. §. 587, c.

V. 151. Hostes caesi canibus et alitibus obiici soliti effecerunt, ut quidam οἰωνοῖσι, e glossa, ut videtur, natum, substituerent, vid. infra v. 255.; melius esse Ἀργείοισι cum aliis iudicat Eustath. 1099, 19.

V. 153. Zenodoti lectionem ineptam habet schol. A., recte quidem. Cani enim audaces potius et impudentes quam timidi comparantur: deinde illi suspicioni intercedit comma post pedem quintum inferendum.

V. 154. Singula quomodo sint distinguenda, Nicanor apud schol. A. quaerit hisce: ἤτοι ὑποστικτέον ἀνδρῶν, ἵνα στίζωμεν ἴμεν, ὁ δὲ λόγος εἴη „διόπερ εἴ τίς μοι πεισθείη τῶν Λυκίων, οἴ-

αἶψά κε Πάτροκλον ἐρυσαίμεθα Ἴλιον εἴσω.
160 εἰ δ' οὗτος προτὶ ἄστυ μέγα Πριάμοιο ἄνακτος
ἔλθοι τεθνηὼς, καί μιν ἐρυσαίμεθα χάρμης,
αἶψά κεν Ἀργεῖοι Σαρπηδόνος ἔντεα καλὰ
λύσειαν, καί κ' αὐτὸν ἀγοίμεθα Ἴλιον εἴσω.
τοίου γὰρ θεράπων πέφατ' ἀνέρος, ὃς μέγ' ἄριστος
165 Ἀργείων παρὰ νηυσί, καὶ ἀγχέμαχοι θεράποντες.
ἀλλὰ σύγ' Αἴαντος μεγαλήτορος οὐκ ἐτάλασσας
στήμεναι ἄντα, κατ' ὄσσε ἰδὼν δηΐων ἐν ἀϋτῇ,
οὐδ' ἰθὺς μαχέσασθαι· ἐπεὶ σέο φέρτερός ἐστιν.
Τὸν δ' ἄρ' ὑπόδρα ἰδὼν προσέφη κορυθαίολος Ἕκτωρ·
170 Γλαῦκε, τίη δὲ σὺ τοῖος ἐὼν ὑπέροπλον ἔειπες.

praec. IX, 247. [T. II. p. 815. C.] — V. 158. δῆριν ἔχουσιν Harl. et all. — V. 161. ἔλθῃ libr. pauci. — Ib. γε χάρμης Rom. cum all., male, χάρμῃ Vind. quint. — V. 163. καὶ δ' αὐτὸν ἀγ. Apoll. in Lex. Hom. 250. — V. 170. ἔειπας Plut. de aud. poet. VI, 114. [T. II. p. 32. A.] —

καδε πορευσόμεθα". ἢ ὑποστικτέον ἐπὶ τὸ ἴμεν, ἵν' ᾖ ἀπαρέμφατον, ὁ δὲ σύνδεσμος περισσεύῃ, τοῦ λόγου τοιούτου γενομένου „διόπερ νῦν εἴ τίς μοι πειθοίη τῶν Λυκίων οἴκαδε ὑποστρέφειν, ἀπόλοιτο ἂν ἡ Τροία." Horum posterius Heynius verum habet, etsi prius tum interpunctio tum sententiae totius conformatio magis adiuvat. Ex eo vero orta est discrepantia, a schol. Victor. memorata: ἴμεν γράφεται ἴω, imo ἴτω, add. Eustath. 1100, 20.

V. 157. Numerorum mendum, ab omnibus fere propagatum, Ven. et Vindd. auferunt. Homerica paullulum immutavit Plutarchus ad suum propositum detorquendo, unde vers. 156 scribit: μένος πολυθαρσὲς ἐνέστω.

V. 158. Ab Harleiano discedunt Ven. Vindd. et plurimi cum editt. vulgaribus. Illud autem ex Od. 24, 515. petitum videtur.

V. 161. Vind. ed. cum vulgaribus libris τεθνειώς, sed schol. A.: οὕτως διὰ τοῦ ῆ τεθνηώς, quo Ven. scriba redarguitur, τεθνειὼς hic et alibi temere amplexus.

V. 163. Ven. et Vind. quint. cum aliis coniunctionem potentialem agnoscunt, neque ea latet Eustath. 1099, 28: καὶ αὐτὸν ἂν ἀγοίμεθα Ἴλιον εἴσω. Schol. A.: ἡ διπλῆ, ὅτι οὐκ ἴσασιν οἱ περὶ τὸν Γλαῦκον, εἰ ἀποκεκόμισται ὁ Σαρπηδὼν εἰς Λυκίαν ὑπὸ τοῦ ὕπνου καὶ τοῦ θανάτου· διό φησιν ἀντιρυσιάσαι τὸν Πάτροκλον, ἕως ἂν κομίσαι τὸν Σαρπηδόνα. Quo perpenso eorum refutatur coniectura, qui totum hunc locum ut suppositicium damnarunt, vid. ad 16, 431.

V. 164. Vid. ad 16, 271 sq.

V. 170. Aoristi secundi forma quum Eustathii est 1100, 60., tum in libris regnat.



Digitized by Google

ὦ πόποι, ἦ τ' ἐφάμην σε περὶ φρένας ἔμμεναι ἄλλων,
τῶν ὅσσοι Λυκίην ἐριβώλακα ναιετάουσιν·
νῦν δέ σευ ὠνοσάμην πάγχυ φρένας, οἷον ἔειπες·
ὅστε με φῂς Αἴαντα πελώριον οὐχ ὑπομεῖναι.
οὔτοι ἐγὼν ἔρριγα μάχην, οὐδὲ κτύπον ἵππων·
ἀλλ' αἰεί τε Διὸς κρείσσων νόος αἰγιόχοιο,
ὅστε καὶ ἄλκιμον ἄνδρα φοβεῖ, καὶ ἀφείλετο νίκην
ῥηϊδίως, ὁτὲ δ' αὐτὸς ἐποτρύνει μαχέσασθαι.
ἀλλ' ἄγε δεῦρο, πέπον, παρ' ἔμ' ἵστασο, καὶ ἴδε ἔργον·
ἠὲ πανημέριος κακὸς ἔσσομαι, ὡς ἀγορεύεις,
ἦ τινα καὶ Δαναῶν ἀλκῆς, μάλα περ μεμαῶτα,

V. 171. ὦ πέπον Z. Vind. ed. Plut. l. all. et in praec. polit. IX, 228. — V. 173. νῦν δέ σε ὠνοσ. Z. — V. 174. μ' ἔφης Ptolem. Ascalonita, φῄς Eust. 1101, 3. Rom. Both. — V. 175. οὔτι ἐγὼν Vind. ed. — V. 176. αἰεί γε Clark. H. — Ib. in fine ἠέπερ ἀνδρὸς V. L. ap. schol. A. — V. 178. ὅτε δ' αὐτὸς Vind: ed. et antiqq. τότε δ' αὐτὸς Aristoph. — Ib. ἐπο-

V. 171. Hector Lyciorum ducem acerbe increpando, nec vero amice compellando, ad sanam mentem revocare studet: proinde Zenodoto, quem alii sequuntur inconsideratius, fides erit deroganda, vid. ad 16, 492.

V. 172. Schol. A.: μεμείωκε τὴν ἔμφασιν, καὶ ταῦτα εἴωθεν ἀθετεῖν ὁ Ἀρίσταρχος. Quae si recte intelligo, Aristarchus versum nostrum habuit spurium, nisi schol. eius auctoritatem sane praetexuit suspicioni. At primum illa a nullo absunt libro, deinde Hector Glaucum omnes omnino sapientia et consilio praestare nec potuit nec debuit dicere, vid. 14, 91 sq., ac similia 13, 631. 20, 305. Od. 19, 285 sqq. adduntur. Iudicio ad philosophos remisso, quos poetarum arbitros constituere vix licebit, ea de re generatim disserit Lehrsius de stud. Aristarch. Homer. 360 sqq. Totum locum subtiliter et accurate ventilavit Reizius de inclinat. acc. 74 sqq.

V. 173. Zenodotum accusativum praeferendum existimasse ad 14, 95., ubi nostra perperam legi Alexandrini magistri statuerunt, cognovimus. Praeterea genitivum, rei congruum, libri aeque atque Eustath. 1100, 62. vindicant. Is vero in eo ipso, quod aliis supervacaneum est visum, aculeum occultum inesse putat.

V. 174. Alteram personam verbi φημὶ ab aliorum norma aliquanto distantem scimus; nam neque ῑ subscriptum, neque accentus eius generis monosyllabis congruit, cf. schol. A. Etym. M. 791, 49 sqq. et Buttmann. in gr. ampl. cf. 109., annot. 1. Iam si praesens, cuius vim ac potestatem Alexio, scholiasta assentiente, contra Ptolemaeum, aoristi patronum, defendit, hic adesse credideris, id in oratione continua tenorem inclinare interpres ipse fatetur. At usus et libri quidquam mutari vetant, quanquam de ῑ subscripto alii aliter censent, vid. Matth. gr. §. 215., annot. 1.

Digitized by Google

σχήσω ἀμυνέμεναι περὶ Πατρόκλοιο θανόντος.
Ὣς εἰπὼν Τρώεσσιν ἐκέκλετο μακρὸν ἀύσας·
Τρῶες καὶ Λύκιοι καὶ Δάρδανοι ἀγχιμαχηταί,
ἀνέρες ἔστε, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς·
ὄφρ' ἂν ἐγὼν Ἀχιλῆος ἀμύμονος ἔντεα δύω
καλά, τὰ Πατρόκλοιο βίην ἐνάριξα κατακτάς.
Ὣς ἄρα φωνήσας ἀπέβη κορυθαίολος Ἕκτωρ
δηίου ἐκ πολέμιοο· θέων δ' ἐκίχανεν ἑταίρους
ὠκα μάλ', οὔπω τῆλε, ποσὶ κραιπνοῖσι μετασπών,
οἳ ῥοτὶ ἄστυ φέρον κλυτὰ τεύχεα Πηλείδαο.
στὰς δ' ἀπάνευθε μάχης πολυδακρύου ἔντε' ἄμειβεν·

τρύνῃσι V. L. Eustath. 1101, 28. — Ib. μαχέεσθαι Harlei. Lips. — V. 181. μέγα περ μεμ. Vind. ed. Rom. ol. vulgo. — V. 186. ἐγὼ Ἀχιλ. H. — V. 188. κορυθαιόλος editt. antiqq. — V. 190. μετάσπων grammatici quid. — V. 191. Πηλείωνος Vind. quint. — V. 192. πολυδακρύτου vulgo, W. H. —

V. 175. Perpetuae confusioni iure adversantur V. Vind. un. et praestantiores, vid. ad 5, 516. 7, 27. 9, 39.

V. 176 sqq. Varietatem scribendi apposuisse satis erat: nam eadem fere 16, 688., ubi singula plenius pertractavi, legimus.

V. 179. Vid. ad 10, 291.

V. 181 sq. Pro duplici interpunctione sententiam duplicem ex his elici posse iam veteres perspexerunt, vid. schol. H. et Eustath. 1101, 33. Plerumque quidem commate post Δαναῶν distinguentes, ἀλκῆς μάλα περ μεμαῶτα, vid. 13, 197., comprehendunt, melius autem cum Eustathio, Vossio et Heynio ἀλκῆς σχήσω iungemus, cf. ad 13, 315. Postea μάλα περ μεμαῶτα non solum testes plurimi stabiliunt, sed Homeri sermo etiam reddit certum, conf. 14, 375. 15, 604. 24, 298. Od. 22, 172.

V. 185 attulit Apollon. in Lex. Hom. 305., ubi cum prioribus: ἀνέρες ἐστὲ φίλοι, olim ferebatur, recte vituperatum a Tollio, emendatum nuper a Bekkero 77, 30.

V. 188. Accentus pravitatem, Turnebo duce, sustulerunt editores.

V. 190. Scholl. AB. μετασπὼν acui iubent, e quibus ille: μετασπὼν ὡς καταλαβών· ἔστι γὰρ δεύτερος ἀόριστος. οὐδεμία δὲ μετοχὴ ἐν τῇ συνθέσει ἀναβιβάζει τὸν τόνον, ὅτε μὴ μόνη ἡ εἶκων, περὶ ἧς ζητοῦμεν.

V. 191. Vind. quint. lectionem adscripsit schol. A.: ἐν ἄλλῳ Πηλείωνος.

V. 192. Heynius e vers. 544., ubi κρατερὴ ὑσμίνη, Ἀργαλέη, πολυδάκρυς dicitur, πολυδάκρυος emendare vult. Bothius cum Veneto πολυδακρύου restituit, eique fidem facit Apollon. Arg. II, 916 ψυχὴν πολυδάκρυον Ἀκτορίδαο, add. Stephan. Thesaur. ling. Gr. Vol. II, 3126, a. Contra πολυδάκρυτος, in quo

ἤτοι ὃ μὲν τὰ ἃ δῶκε φέρειν προτὶ Ἴλιον ἱρὴν
Τρωσὶ φιλοπτολέμοισιν· ὃ δ' ἄμβροτα τεύχεα δῦνεν
Πηλείδεω Ἀχιλῆος, ἃ οἱ θεοὶ Οὐρανίωνες
πατρὶ φίλῳ ἔπορον· ὃ δ' ἄρα ᾧ παιδὶ ὄπασσεν
γηράς· ἀλλ' οὐχ υἱὸς ἐν ἔντεσι πατρὸς ἐγήρα.
Τὸν δ' ὡς οὖν ἀπάνευθεν ἴδεν νεφεληγερέτα Ζεὺς
τεύχεσι Πηλείδαο κορυσσόμενον θείοιο,
κινήσας ῥα κάρη προτὶ ὃν μυθήσατο θυμόν·
Ἆ δειλ', οὐδέ τί τοι θάνατος καταθύμιός ἐστιν,
ὃς δή τοι σχεδὸν εἶσι· σὺ δ' ἄμβροτα τεύχεα δύνεις
ἀνδρὸς ἀριστῆος, τόντε τρομέουσι καὶ ἄλλοι.

V. 201. *ἆ δειλ', οὐδέ τι* Eustath. 1102, 10. et ol. vulgo. — V. 202. *σχεδὸν ἐστι* vulgo, W. H. — V. 206. *εἶλες* Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 207. *ὅτι οὔτι* editt. antiq. — Ib. *ἐκνοστήσαι-*

libri plerique et Eustath. 1101, 58. conspirant, paenultimam semper producit, vid. 24, 320. Od. 19, 213, 251. 21, 57.

V. 201. Herodiani regulam, de qua ad 11, 160. 5, 104. admonui, schol. A. respexit.

V. 202. Quid Homeri usus et Ionum dialectus ab Attica in his discrepet, interpres Ven. exponit: *οὐχ οὕτως παρείληπται, ὡς ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ τάσσομεν διστατικῶς τὸ σχεδόν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἐγγύς. αἱ δὲ Ἀριστάρχου ὃς δή τοι σχεδὸν εἶσι.* Ac de priori quidem grammatici passim disputant similiter, vid. Etym. M. 739, 45 Eustath. 516, 9 sqq. et schol. Victor. ad 20, 219. Aristarchi vero *εἶσι*, oblivioni paene traditum, Vindob. quint. solus retinuit, idemque Lipsiensi fuisse perscriptum e schol. interpretatione *παρείσεισι* merito suspicere. Iam quum *ἐγγὺς ἰών* et *ἐγγὺς ἰών*, vid. ad 4, 496., apud poetam alternent, *σχεδὸν ἐστιν* et *σχεδὸν εἰσιν* eodem loco habenda esse sequitur. Quorum illud quum proprie dicitur, tum in id cadit, quod alicui fatale esse iudicatur, vid. Il. 15, 737. Od. 6, 125., cll. 13, 817. Od. 2, 284. 6, 27., hoc autem bonum aptumque esse et cognata *σχεδὸν ἐλθεῖν*, quibus nihil crebrius reperitur, ut 4, 247. 5, 607. 9, 304. 10, 308, 320, 395., ostendere possunt, et notio utriusque consociata Od. 10, 156. et 12, 368 *ἀλλ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦα νεὸς ἀμφιελίσσης*, add. Od. 24, 491. Haec si reputaveris, mortem, quae alicui adstare dicitur 16, 853. 24, 132., appropinquantem ac propius accedentem minime absonam videri erit confitendum. Reposui igitur Aristarcheum, codicum numero quidem exiguorum sed auctoritate praestabilium subsidio adiutum, quod a vulgari genere orationis atque a communis sensus consuetudine non abhorret. In ea sententia iam fuit Heynius, schol. Ven. mendo, quod Bekkerus eiecit, acute perspecto.

V. 203. Hunc versum adde iis, quae ad 7, 112. congessi.

V. 204. Zoili inscitiam, qui in Od. 8, 200 *χαίρων, οὔνεχ' ἑταῖρον Ἐνηέα λεῖπε' ἐν ἀγῶνι* pro nomine proprio habuit, schol. A. exagitat. Est vero Patrocli, animi mansuetudine morumque

Digitized by Google

τοῦ δὴ ἑταῖρον ἔπεφνες ἐνηέα τε κρατερόν τε·
τεύχεα δ' οὐ κατὰ κόσμον ἀπὸ κρατός τε καὶ ὤμων
εἵλευ· ἀτάρ τοι νῦν γε μέγα κράτος ἐγγυαλίξω,
τῶν ποινὴν, ὅ τοι οὔτι μάχης ἐκ νοστήσαντι
δέξεται Ἀνδρομάχη κλυτὰ τεύχεα Πηλείωνος.
Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.
Ἕκτορι δ' ἤρμοσε τεύχε' ἐπὶ χροΐ· δῦ δέ μιν Ἄρης
δεινός, ἐνυάλιος· πλῆσθεν δ' ἄρα οἱ μέλε' ἐντὸς
ἀλκῆς καὶ σθένεος. μετὰ δὲ κλειτοὺς ἐπικούρους
βῆ ῥα μέγα ἰάχων· ἐνδάλλετο δέ σφισι πᾶσιν
τεύχεσι λαμπόμενος μεγαθύμῳ Πηλείωνι.

τε Vind. ed. Rom. ol. vulgo. — V. 210. ἄρης Bothius. — V. 213. μέγ' ἴαχον editt. vulgar. — V. 214. Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος Z. μεγαθύμου Πηλείωνος Vindd. ol. vulgo et W. —

humanitate excellentis, proprium, vid. 17, 670 sq. 21, 96. 23, 252, 648. Stirpem eius varie repetunt interpretes, vid. Etym. M. 341, 12. et Eustath. 1102, 41. Alii etiam Pythagorae philosophiam et numerum, rerum omnium principium, subesse autumarunt, ut auctor de poes. Homer. p. 224.

V. 205. Hectorem Patroclo spolia detraxisse Iupiter ipse affirmat, Aristarcho indignante, vid. schol. A. et ad v. 125.

V. 206. Medium, Hectori Achillis arma sibimet ipsi auferenti consentaneum, in Ven. Vind. quint. et pluribus fuit, Eustathio haud dissidente, etsi vulgare exemplarium nonnullorum fuisse perhibet, vid. 1102, 49.

V. 207. Numero plurali malum Hectori constitutum in majus augeri Eustath. 1162, 60. animadvertit. Idem cum Ven. Vindd. et aliis ὅ τοι, etsi singula parum accurate explicat, dubio liberat, cf. Passov. Lex. v. δέχεσθαι. Praepositionem, Veneto iubente, a verbo separandam, accentu instruxi, vid. ad 5, 157.

V. 210. Subtilitate inutili Bothius ἄρης scriptum voluit. Nam dii et ea, quae nomine illorum significantur, pertenui discrimine dignoscuntur, vid. 13, 444, 569, 630. 16, 613, nec libri plerique certam et ab omnibus probatam normam sequuntur. Bothio tamen fere adstipulatur Apoll. in Lex. Hom. 155 sq.

V. 214. Schol. A.: αἱ κοιναὶ, inquit, ἐκδόσεις ἔχουσι μεγαθύμου Πηλείωνος, καὶ ἀκόλουθόν ἐστιν συνάπτειν ὅλον τὸν στίχον. ἡ δὲ Ἀριστάρχειος διόρθωσις κατὰ δοτικὴν ἔχει μεγαθύμῳ Πηλείωνι· ἡ ἀκόλουθόν ἐστι βραχὺ διαστέλλειν ἐπὶ τὸ λαμπόμενος, add. Venet. schol. alterum et Eustath. 1103, 1 sqq., cui Achillis simillitudo, quae Patroclo conspecto Troum catervis terrorem iniecerat, per Hectorem in Achivos versa haud inelegans videtur. At obiiciat aliquis verbum ἐνδάλλεσθαι personae aut rei, cuius formam aliquis repraesentet, nominativum sibi postulare, vid. Nitzsch. ad Od. 3, 246. et Ruhnken. ad Timaei Lex. Plat. 150., cll. Hom. Il. 23, 460. hymn. in Ven. 179. Apoll. Arg. I, 1297. II, 545. III, 453, 812. Quod etsi plerum-

ὤτρυνεν δὲ ἕκαστον ἐποιχόμενος ἐπέεσσιν,
Μέσθλην τε Γλαῦκόν τε, Μέδοντά τε Θερσίλοχόν τε,
Ἀστεροπαῖόν τε Δεισήνορά θ' Ἱππόθοόν τε,
Φόρκυν τε Χρομίον τε καὶ Ἔννομον οἰωνιστήν·
τοὺς ὅγ' ἐποτρύνων ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Κέκλυτε, μυρία φῦλα περικτιόνων ἐπικούρων·
οὐ γὰρ ἐγὼ πληθὺν διζήμενος, οὐδὲ χατίζων,
ἐνθάδ' ἀφ' ὑμετέρων πολίων ἧγειρα ἕκαστον·
ἀλλ' ἵνα μοι Τρώων ἁλόχους καὶ νήπια τέκνα
προφρονέως ῥύοισθε φιλοπτολέμων ὑπ' Ἀχαιῶν·
τὰ φρονέων δώροισι κατατρύχω καὶ ἐδωδῇ
λαούς, ὑμέτερον δὲ ἑκάστου θυμὸν ἀέξω.
τῷ τις νῦν ἰθὺς τετραμμένος ἢ ἀπολέσθω,

V. 215. ὄτρυνεν Z. et H. — V. 216. Ὀρσίλοχον libri quid. et ol. vulgo. — V. 217. Δεισίνορα Vind. edit. et ol. vulgo, Δισήνορα V. Rom. — Ib. Ἱππόνοον lib. un. — V. 224. ἀπ' Ἀχαιῶν Vind. un. et Ald. sec. — V. 230. ἐρύσει — εἴξει Vind. un.

que locum habet, dativum tamen non prorsus inauditum fuisse quum Od. 3, 246., ubi olim erat ἀθανάτοις ἐνδάλλεται εἰσοράασθαι, nobis persuadet, tum poetarum aliorum testimonia certa et firma efficiunt, vide sis Theocr. Id. XXII, 39. Nicandr. Ther. 153, 259. His igitur permotus, Heynio et Bothio ducibus, Aristarcho sum adstipulatus.

V. 215. Augmentum poetae mori et ori conducere dixi ad 8, 398.

V. 216. Orsilochum temere huc venisse librorum multitudo et Virgilii imitatio Aen. VI, 483.: Glaucumque Medontaque Thersilochumque satis docent.

V. 217. Librariorum peccata confusio trita ac pervulgata peperit, Barnesius, Etymol. Magn. 263, 12. obsequutus, ea correxit. Accedit nunc Vindob. quintus.

V. 218. Chromin sive Chromium et Ennomum, augurem, Mysorum legionibus praefuisse Il. 2, 858. testatur. Alium Ennomum, quem Ulixes 11, 422. interfecit, cum nostro non permiscendum esse schol. A. intellexit.

V. 219. Hunc versum Lips. et Townlei. neglexerunt, neque ullum eius desiderium esse Ernestius scribit.

V. 224. Nicanor duplici modo distingui posse censet, vel plene vel ita, ut proxima iungantur prioribus. Praepositiones ὑπὸ et ἀπὸ saepissime confundi nemo ignorat. Illam aliorum similitudine iure meritoque defendit Heynius, vid. 17, 235, 645. 21, 56. Apoll. Arg. I, 10.

V. 225. Una comprehensione haec devincienda esse libri pariter ac schol. ad Od. 11, 521. nos admonent. Odysseae exemplum geminum Heynius commemoravit, vid. 15, 309. 16, 84.

Digitized by Google

ἠὲ σαωθήτω· ἢ γὰρ πολέμου ὀαριστύς.
ὃς δέ κε Πατροκλον, καὶ τεθνηῶτά περ, ἕμπης
Τρῶας ἐς ἱπποδάμους ἐρύσῃ, εἴξῃ δέ οἱ Αἴας,
ἥμισυ τῷ ἐνάρων ἀποδάσσομαι, ἥμισυ δ' αὐτὸς
ἔξω ἐγώ· τὸ δέ οἱ κλέος ἔσσεται ὅσσυν ἐμοί περ.
Ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἰθὺς Δαναῶν βρίσαντες ἔβησαν,
δούρατ' ἀνασχόμενοι· μάλα δέ σφισιν ἔλπετο θυμὸς
νεκρὸν ὑπ' Αἴαντος ἐρύειν Τελαμωνιάδαο·
νήπιοι· ἦ τε πολέσσιν ἐπ' αὐτῷ θυμὸν ἀπηύρα.
καὶ τότ' ἄρ' Αἴας εἶπε βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον·
Ὦ πέπον, ὦ Μενέλαε διοτρεφές, οὐκέτι νῶϊ
ἔλπομαι αὐτώ περ νοστησέμεν ἐκ πολέμοιο,
οὔτι τόσον νέκυος περιδείδια Πατρόκλοιο,

et ol. vulgo. — V. 231. τῶν ἐνάρων V. Vindd. Eustath. 1103, 44. et ol. vulgo. — V. 234. ἤλπετο et ἤθελε VV. LL. ap. schol. A. et Victor., σφιν ἕλπετο Lips. et Harl. ὦ πεπόνων Bothii coniect. — V. 240. οὔτοι Ald. sec. τόσσον Rom., utrumque, metro adversante. — Ib. νέκυος πέρι δείδια Ar. et all. —

V. 230. In subiunctivis consentiunt Ven. alii et Eustath. 1103, 44. Quare nihil dubii superest, quin ab editoribus recentissimis vere ac prudenter sint recepti.

V. 231. Aristarchi et editionum principum fuit τῷ, vid. schol. A. Id vero, et Wolfio, conf. praef. edit. nov. p. 41., et Heynio comprobatum, Homeri consuetudo reposcit, vid. 1, 218. 9, 510 sqq. 11, 409., etsi vulgari subsidio esse possit 19, 111. Eustath. in pronomine Hectoris quandam fallaciam quaerit 1104, 22.: τὸ δὲ „ἥμισυ τῶν ἐνάρων" σοφιστικῶς κεῖται ἐν ἀορίστῳ, ἐπεὶ μηδὲ δῆλόν ἐστιν, οἷα καὶ ὅσα ἔναρα ποριοθήσονται ἀπὸ τῶν ὑπὲρ Πατρόκλου πεσουμένων. εἰ δὲ λέγει δεικτικῶς ἥμισυ τῶν ἐνάρων, ὧν ἄρτι περίκειται σκυλεύσας ἐκ Πατρόκλου, εἴη ἂν ὁ λόγος τῷ Ἕκτορι καὶ σαφὴς καὶ οὐδὲ σοφισματώδης. Aristarchi igitur ratio et perspicuitati et Hectoris simplicitati animique candori, quo excellit, optime convenit.

V. 234. Ἕλπετο et ἤλπετο tum in editis tum in scriptis semper variare solent. Prius autem Aristophanem praeferendum iudicasse schol. A. refert, vid. ad v. 404.

V. 238. Bothius, cui ὦ repetitum molestias creavit, ad 6, 55. vel ὦ πέπον vel ὦ πεπόνων Homero reddendum censuit. Cuius inventi recordatus ita disserit: „indignantis est et velut reprehendentis de ignavia quum Menelaum tum semet ipsum; quasi dicas Germanice: armer Tropf Menelaus." Sed neque testimonium ex Herodoto depromptum satisfacit, neque trochaeus aliis et iis idoneis exemplis potest defendi.

V. 240. Ut pugna de Patrocli corpore diceretur commissa, Aristarchus νέκυος πέρι Πατροκλ. verum habuit, vid. scholl. AV. Subtilius id excogitatum esse in quaestiunc. de inclinat. acc.

Digitized by Google

ος κε τάχα Τρώων κορέει κύνας ἠδ' οἰωνούς,
ὅσσον ἐμῇ κεφαλῇ περιδείδια, μή τι πάθῃσιν,
καὶ σῇ· ἐπεὶ πολέμοιο νέφος περὶ πάντα καλύπτει,
Ἕκτωρ, ἡμῖν δ' αὖτ' ἀναφαίνεται αἰπὺς ὄλεθρος.
ἀλλ' ἄγ', ἀριστῆας Δαναῶν κάλει, ἤν τις ἀκούσῃ.
Ὣς ἔφατ'· οὐδ' ἀπίθησε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος·
ἤϋσεν δὲ διαπρύσιον Δαναοῖσι γεγωνώς·
Ὦ φίλοι, Ἀργείων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες,
οἵτε παρ' Ἀτρεΐδῃς, Ἀγαμέμνονι καὶ Μενελάῳ,
δήμια πίνουσιν, καὶ σημαίνουσιν ἕκαστος

V. 241. κορέσει V. Eustath. 1104, 36. et Rom. — V. 244. ἡμῖν αἰνὺ' ἀναφ. editt. antiqq. — V. 249. Ἀτρειδῃσ', Ἀγ., ut solet, Vind. ed. et St. Ἀγαμ., ποιμένι λαῶν Harlei. — V. 250. ἕκαστα Harl. et V. l. ap. schol. A. — V. 251. λαῶν Vind. un. — V.

partic. περὶ apud Homerum concedend. p. 9. studui demonstrare. At occurrit Heynius, dum negat νέκυν Πάτροκλον, i. e. Patroclum mortuum, esse Homericum. Oblitus vero erat II. 24, 423 ὥς τοι κήδονται μάκαρες θεοὶ υἷος ἑῆος, καὶ νέκυός περ ἐόντος, add. Passov. in Lex. v. νέκυς. Deinde ex Aristarchi praecepto id incommodi oritur, quod vers. 242 περὶ δείδια, ut et praepositione pro alia posita et casu mutato, non inclinant. Heynius quidem eo loco πέρι δείδια dedit, idque περισσῶς indicare autumavit. Sed eam opinionem falsam esse illic ostendi uberius. Quod reliquum est, περιδείδια, a Ptolemaeo et Wolfio receptum, omnem istam difficultatem removere nemo negabit.

V. 241. Ionicum κορέει, a Vindd. Harl. aliisque traditum, Homero familiare esse dixi ad 13, 831.

V. 244. Particulam a Ven. Vindd. et Eustath. 1104, 39. interpositam, poetae ad alia transeunti congruere scimus, vid. ad 7, 345.

V. 249. Atridae utriusque mentionem faciunt plurimi, ut Ven. Vindd. et Eustath. 1105, 6., vid. ad 2, 249.

V. 250 sq. Schol. A.: ἔν τισιν διὰ τοῦ ᾱ ἕκαστα. Sed singularem poetae aptiorem esse exemplorum multitudo efficit, vid. 1, 606. 2, 775. 5, 878 alibi. Versu proximo ambigua verbi structura casum secundum genuit, in tertio vero plurimi libri conveniunt, vid. 2, 805. et 14, 84.

V. 252. Bentleii suspicioni nemo facit fidem.

V. 255. Schol. ad Od. 6, 101. memoria lapsus κυνῶν μέλπηθρα γενέσθαι poetae tribuit, vid. 13, 233. 18, 179., iam a Buttmanno advocata.

V. 260. In multiplici legendi varietate haerent interpretes. Ac schol. quidem A., cum Wolfio et maiore librorum parte concors, alios τίς κ' ἤσιν sive, ut Heynio visum est, τίς χ' ἤσιν habuisse narrat, tum subiicit: ἡ διπλῆ περιεστιγμένη, ὅτι Ζη-

λαοῖς· ἐκ δὲ Διὸς τιμὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.
ἀργαλέον δέ μοί ἐστι διασκοπιᾶσθαι ἕκαστον
ἡγεμόνων· τόσση γὰρ ἔρις πολέμοιο δέδηεν.
ἀλλά τις αὐτὸς ἴτω, νεμεσιζέσθω δ' ἐνὶ θυμῷ
Πάτροκλον Τρωῇσι κυσὶν μέλπηθρα γενέσθαι.
Ὣς ἔφατ'· ὀξὺ δ' ἄκουσεν Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας.
πρῶτος δ' ἀντίος ἦλθε θέων ἀνὰ δηϊοτῆτα·
τὸν δὲ μετ' Ἰδομενεὺς καὶ ὀπάων Ἰδομενῆος,
Μηριόνης, ἀτάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ.
τῶν δ' ἄλλων τίς κεν ἥσι φρεσὶν οὐνόματ' εἴποι,

252. διασκοπιᾶσθαι ἅπαντας Bentl. coniectur. — V. 253. ἡγεμόνα Vind. quint., male. — V. 260. τίς χ' ἥσιν ἐνὶ φρ. V. L. ap. schol. A. Both. τίς ἄν ἥσιν ἐνὶ φρ. Vind. ed. Barnes. Clark. τίς ἂν ἧσιν φρ. Rom. St. τί; κεν ἔῃσιν ἐνὶ φρ. Vind. un. —

νόδοτος τοῦτον καὶ τὸν ἐξῆς ἠθέτηκεν. οἰδὲν δὲ ἔχουσιν εἰς ἐπαιτίασιν, ἀλλ' αὔξουσι τὸ μέγεθος τῆς ὑπὲρ Πατρόκλου μάχης, eique iudicio accedit interpres Victorin. Heynius versus, Veneto nondum inspecto, a se damnatos narrat, et eius sententiae causas profert hasce: primum μετόπισθε, quod quo pertineat nemo facile assequatur, frigidum ac ieiunum esse, deinde οὐνόματ' εἴποι digamma praeter morem Homericum expellere, denique lectionem mirifice discrepare. Ad haec singula breviter erit respondendum. Iam in adverbio nihil ingrati molestive inesse ea produnt, quae de propugnatoribus, a Patrocli corpore hostium incursiones repellentibus, paullo ante commemorantur. In acie enim instructa qui primis ordinibus a tergo sunt, post eos stant, vid. 15, 672. 17, 723. Singularem vero οὔνομα εἴποι, quem Bentleius erat substituturus, ab his alienum esse in singula accuratius intuenti patebit. Nam Od. 6, 194 ἐρέω δέ τοι οὔνομα λαῶν, quo utuntur, nostris valde est dissimilis. Illic enim ad unum idque commune gentis Phaeaciae nomen respicit, militibus vero aliis alia esse nomina intelligitur. Aliquanto plus similitudinis Il. 3, 235. praebet, ubi Helena, cum Priamo socero confabulata, ait: οὓς κεν ἐῢ γνοίην καὶ τ' οὔνομα μυθησαίμην. Sed ne haec quidem paria sunt censenda, quod Helena se multos in Achaeorum exercitu profitetur conspicere, quos et noverit et cognitorum nomen possit edere. Lectionis discrepantia ne tanta quidem est, quanta Heynio ac Bothio videtur. Quod autem illi verum ac sincerum habent, id in uno Vatic. et apud schol. A. e commentariis quibusdam affertur. Bothius insuper, dum explicat: quis militum nomina in animo suo dicat, h. e. cogitet, meminerit, sermonis Homerici vim ac gravitatem minus perspexit, siquidem poetae nomina ista non modo in animum erant revocanda, verum etiam recitanda. Quodsi recte est disputatum, dativum, praepositione semota, potiorem existimemus necesse est, vid. 2, 488. Ceterum forma et specie sola eae distant editiones, quae, ut Romana, τίς ἄν ἧσι φρεσὶν εἴποι habent. Ex quo ut vitium numerorum tolle-

ὅσσοι δὴ μετόπισθε μάχην ἤγειραν Ἀχαιῶν;
Τρῶες δὲ προΰτυψαν ἀολλέες· ἦρχε δ' ἄρ' Ἕκτωρ.
ὡς δ' ὅτ' ἐπὶ προχοῇσι Διπετέος ποταμοῖο
βέβρυχεν μέγα κῦμα ποτὶ ῥόον, ἀμφὶ δέ τ' ἄκραι
ἠιόνες βοόωσιν, ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω·

V. 261. μετ' ὀπισθε V. — V. 263. διειπετέος Zenodot. — V. 264. βεβρύχει Vind. quint. βεβρύχῃ Aristoph. H. Thiersch. in gr. §. 322, 8. — V. 265. ἠϊόνος V. L. ap. Eustath. 1006, 50. — Ib. βοάουσι auctor de vit. Homer. p. 177. — Ib. εἴσω Bentleii coniectura. — V. 266.

rent, alii aliam emendandi viam inierunt. Wolfianum vero et librorum et editt. antiquissimarum fide innititur.

V. 262. Vid. 13, 136. 15, 306.

V. 263. Comparationem sententiarum pondere non minus quam verborum quasi pigmentis illustrem summis laudibus praedicant periti harum rerum arbitri, velut Dionys. Halic. de compos. verb. s. XV, 110. et Aristotel. de art. poet. c. XXII. Homericis autem cognitis, quum se tantae dicendi magnitudini ac venustati imparem sensisset, Platonem vel Solonem poemata sua flammis iniecisse plurimi retulerunt, vid. schol. Ven. ad h. l. et ad Il. 18, 392., Eustath. 1106, 29 sqq. et schol. Leidens. in Valckenar. dissert. de schol. Homer. p. 101. ex edit. Lips., add. P. Victorii Var. Lectt. XXXVI, c. 13. Ad eundem versum schol. B. sub finem haec habet: *Ζηνόδωρος δὲ διιπετῆ τον διαυγῆ ἀποδίδωσιν· διὰ τοῦτο καὶ γράφει διιπετῆ διὰ τῆς ει διφθόγγου.* In scholiis ad Od. 4, 447. ea lectio et interpretatio, uno libro excepto, qui in Zenodori nomine congruit, adscribitur Zenodoto, ab Heynio desiderato. Neque alia eius dissimilitudinis exempla desunt: ita Porphyrius ad Il. 18, 356. ait: *Ζηνοδώρῳ* (Leidens. *Ζηνοδότῳ*) *τῷ συγγράψαντι περὶ τῆς Ὁμήρου συνηθείας τὰ δέκα βιβλία συγγέγραπται καὶ περὶ τούτου τοῦ τόπου*, denique schol. A. ad 18, 22. Zenodorum contra Platonem et Zoilum poetae causam egisse auctor est. At Zenodotum recte reducemus, quod Suidas II, 8. Zenodoto Alexandrino, qui Ephesio inferior fuit, eius argumenti libros attribuit. Tertium Zenodotum, Mallotem, Cratetis discipulum, schol. Victor. ad Il. 15, 261. 13, 730., Ven. A. ad Il. 23, 79. Eust. ad Il. 957, 10, 1006, 3. et schol. ad Arat. Phaen. 33. excitarunt. Omnia propemodum, quae in schol. Ven. Zenodoti nomine feruntur, ad Ephesium, primum Homericorum emendatorem, esse referenda Wolfius in prolegom. p. 199 sq. censuit. At iudicium lubricum et incertum esse quum hic locus, tum alia quaedam, de quibus infra dicendum erit, manifesto comprobant. Itaque si recte auguror, διειπετὴς Zenodoti Alexandrini fuit neque Ephesii. Epitheton fluviorum commune attigi ad Il. 16, 174.

V. 264. Thierschio casu potius quam consilio Aristarchi nomen pro Aristophaneo excidit et in act. philol. Monac. I, 20. et in grammat. Graeca, frustra monito ab Hermanno in dis-

Digitized by Google

τόσση ἄρα Τρῶες ἰαχῇ ἴσαν. αὐτὰρ Ἀχαιοὶ
ἔστασαν ἀμφὶ Μενοιτιάδῃ, ἕνα θυμὸν ἔχοντες,
φραχθέντες σάκεσιν χαλκήρεσιν. ἀμφὶ δ' ἄρα σφιν
λαμπρῇσιν κορύθεσσι Κρονίων ἠέρα πολλὴν
χεῦ' · ἐπεὶ οὐδὲ Μενοιτιάδην ἤχθαιρε πάρος γε,

τόσση ἄρα Τρώων ἰαχὴ γένετ'. αὐτὰρ Ἀχ. Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 267. ἔστασαν Ald. sec. H. et all. — V. 268. ἀρθέντες Z. — V. 269. ἠέρα πουλὺν V. L. ap. Eustath. 1107, 13. — V. 270. ἤχθηρε Vind. ed. et ol. vulgo, ἴχθαιρε Ar. H. —

sert. de legib. quibusd. subtiliorib. sermon. Homer. II, 9. sive in Opuscul. II, 47. Cuius verba hic apponam: „Thierschius, inquit, *βεβρύχῃ* legi iubens cum Aristarcho, hunc festinans auctorem nominavit lectionis, quae Aristophanis erat. Aristarchus enim, opinor, intelligebat *βέβρυχεν* dictum oportere, ut de re, quae non interdum, sed perpetuo fieret."

V. 265. Fremitum aequoris literarum sono quasi adumbrari iure affirmant commentatores Graeci, forma igitur dialecti communis Homeri vitam falso occupavit. Fluctus autem maris aestuantis ad litus appelli consequens est, unde Bentleii emendatione, ab Etymol. Magn. 422, 53. et libris improbata, haud egemus, vid. praeterea Od. 5, 401 sq. et Apoll. Arg. II, 375 sqq.

V. 266. Ven. Vind. quint. et Eustath. 1105, 59. cum aliis lectioni mutatae fidem faciunt; eam vero et comparationi magis idoneam esse et Homeri usui sermonique aptiorem quam olim receptam patebit conferenti Il. 3, 2. 2, 780. 13, 795. 15, 384. 17, 759.; alteri ansam praebuerunt 16, 366. ac similia quaedam. Bene igitur de hoc loco Wolfius atque Heynius iudicarunt, vid. illius praefat. ed. nov. p. 45.

V. 267. Spiritum asperum intransitivi nec transitivi esse exposui in Excurs. V, p. 13., neque eum respuunt optimi quique, ut Ven. Vindd. et Eustath. 1106, 59.

V. 268. Metaphora satis nota Graecos clypeis aeneis munitos dicit, vid. 13, 130. 15, 566.; isti voci sua et propria vis est apud Apoll. I, 990. Zenodotus vero imagini, quae poetae animo obversabatur, parum prospexit.

V. 269. Homerum *ἠέρα πολλὴν* crebrius usurpare Bothius opinatur, cll. 3, 381. 11, 752. 16, 190. Od. 7, 15, 140. Eustathium vero falso insimulat temeritatis, ille enim 1107, 13 *ἠέρα πολλὴν ἢ μᾶλλον πουλύν*, idque non modo in libris aliquot reperitur, verum etiam, numeris flagitantibus, certum est in Il. 5, 776. 8, 50. Posterioris aetatis epici, nullo delectu adhibito, ponunt utrumque, velut Quint. Posthom. II, 195. XI, 291.

V. 270. Triplex fuit scriptura in editis: *ἤχθηρε*, *ἤχθηρε* et *ἤχθαιρε*. Quartum, ut Aristarcheum, schol. A. enotavit: *Ἀριστ. διὰ τοῦ ε ἴχθαιρε*, idem ad 20, 386. imperfectum *ἤχθαιρε* Aristophanis fuisse testatur. Augmentum vero, quod Ven. et alii plurimi praefigunt, erit servandum.

ὄφρα ζωὸς ἐὼν θεράπων ἦν Αἰακίδαο·
μίσησεν δ' ἄρα μιν δηΐων κυσὶ κύρμα γενέσθαι
Τρωῇσιν· τῷ καί οἱ ἀμυνέμεν ὦρσεν ἑταίρους.
Ὦσαν δὲ πρότεροι Τρῶες ἑλίκωπας Ἀχαιούς·
νεκρὸν δὲ προλιπόντες ὑπέτρεσαν, οὐδέ τιν' αὐτῶν
Τρῶες ὑπερθύμοι ἔλον ἔγχεσιν, ἱέμενοί περ·
ἀλλὰ νέκυν ἐρύοντο· μίνυνθα δὲ καὶ τοῦ Ἀχαιοὶ
μέλλον ἀπέσσεσθαι· μάλα γάρ σφεας ὦκ' ἐλέλιξεν
Αἴας, ὃς περὶ μὲν εἶδος, περὶ δ' ἔργα τέτυκτο
τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

V. 271. ἴων Αἰακίδαο Bothii coniectura. — V. 273. ὦρσεν Ἀχαιοὺς V. L. ap. schol. A. — V. 278. ἀπέσσεσθαι Ald. sec. Rom. — V. 279. πέρι μὲν — πέρι γ' ἔργα W. et recent. — V. 281. ἴκελος ol. vulgo, ἴκελος Eustath. 1107, 27. — V. 282.

V. 271. Bothius ἰὼν et ἦν invenuste copulari stomachatur. Hinc coniecturam propositam Il. 2, 872. Od. 16, 155. aliisque iis affinibus probare studet. Nihil autem horum in nostrum quadrat locum, qui nulli obnoxius dubitationi egregie et plene vindicatur iis, quae de Hectore dicuntur 22, 435 ἦ γὰρ καί οφι μάλα μέγα κῦδος ἔησθα Ζωὸς ἐών, et 24, 749 ἦ μέν μοι, ζωός περ ἐών, φίλος ἦσθα θεοῖσιν, add. 17, 671 sq.

V. 273. Incuria operarum factum est, ut Heynii observatio ὦσεν Ἀχαιοὺς e schol. Venet. afferret; ille enim: ἐν ἄλλῳ· Ἀχαιούς. Neque id ineptum habuerim propterea, quod versu proximo iterum legitur, vid. 4, 70 sq. 12, 431 sq. cll. 1, 162. 4, 414. 8, 52, 219. 12, 223. 13, 14, 41. 16, 21. Od. 3, 202.

V. 277. A versu 277 usque ad vers. 577 lacunam Venet. A. eadem manus recentior, quae in Iliados rhapsodia quint. versus trecentos et unum adiecit, vid. ib. ad v. 342, foliis sex assutis explevit. Quare in his et Veneto minor est auctoritas, et scholiorum subsidiis in nonnullis, tum ad intelligendum difficilibus tum ad expediendum obscuris, aegre caremus.

V. 278. Romanae et antiquiorum, ut puto, vitium, libris assentientibus, tacite sustulerunt Iliados editores.

V. 279. Accentum retraxerunt eo inducti, quod πέρι i. q. περισσῶς significare putarunt. Genitivo autem, qui sequitur, praepositio hic et in Od. 11, 550. erat adstringenda: unde tenoris inclinatio nulla esse potest, vid. quaestiunc. de inclinat. part. περὶ ap. Homer. conced. p. 5. Nec veterum quisquam, quantum explorare licuit, περι μὲν — πέρι δὲ scripsit, quibus id solum fuit ambiguum, utrum περὶ cum nomine, an cum verbo τέτυκτο sit coniungenda, vid. Eustath. 1107, 25 sqq. Ab ista lege, omnibus comprobata, nihilo recedunt vel Iulian. Orat. II, p. 55. vel Aristides Vol. II, p. 337. ex edit. Lips. Si quid enim in tenore novatum est, id ex editorum arbitratu, non librorum voluntate, factum esse scitote. Heynius quidem apud Aristidem

Digitized by Google

ἴθυσεν δὲ διὰ προμάχων σὺν εἴκελος ἀλκὴν
καπρίῳ, ὅς τ' ἐν ὄρεσσι κύνας θαλερούς τ' αἰζηοὺς
ῥηϊδίως ἐκέδασσεν ἐλιξάμενος διὰ βήσσας·
ὣς υἱὸς Τελαμῶνος ἀγαυοῦ, φαίδιμος Αἴας,
ῥεῖα μετεισάμενος Τρώων ἐκέδασσε φάλαγγας,
οἳ περὶ Πατρόκλῳ βέβασαν, φρόνεον δὲ μάλιστα
ἄστυ πότι σφέτερον ἐρύειν, καὶ κῦδος ἀρέσθαι.
Ἦτοι τὸν Λήθοιο Πελασγοῦ φαίδιμος υἱός,
Ἱππόθοος, ποδὸς ἕλκε κατὰ κρατερὴν ὑσμίνην
δησάμενος τελαμῶνι παρὰ σφυρὸν ἀμφὶ τένοντας,

ὅττ' ἐν ὄρεσσιν Vind. quint. — V. 283. ἐλιξάμενος V. Vind. ed. et Rom. — V. 286. μέμασαν un. lib. ap. Heynium. — V. 289. εἶλκε V. Eust. 1107, 41. ol. vulgo et H. V. 290. περὶ σφυρὸν V. Etym. M. 750, 34. — Ib. τένοντε V. et libror. pars. —

πέρι εἶδος ἦεν obtinuisse tradit; id vero hodie expulsum est. Multo minus commemorare attinet incertas aliorum coniecturas.

V. 281 Cf. ad 4, 253. 2, 478.

V. 282. Vindobonensi quinto scribae incuriam sive inscitiam vulnus inflixisse argumento sunt 12, 146. 14, 290. 16, 353. Apoll. Arg. II, 26. Quint. Sm. I, 207, 249.

V. 283. Spiritus ambiguitatem notavi ad 12, 408. Recte, ut opinor, Eustath. 1107, 37. vocem adspiravit.

V. 286. Caesos sociorum conventu ac quasi confluxu ab hostium iniuriis toties defensos videmus, ut Heynio μέμασαν, in Barrociano solo inventum, arrisisse miror, vid. Wolf. in praef. ed. nov. p. 41.

V. 290. Interpretes Latini transferunt: „ligatum loro ad malleolum circa tendines," quod quomodo vel rei ipsi vel praepositionis significationi sit conveniens, nemo profecto intelget. Venet. et Etym. M. περὶ σφυρὸν ἀμφὶ τέν. transmisisse supra vidimus, idque, si codicum aliorum accederet praesidium, non spernerem, quia περὶ et ἀμφὶ hisce verbis saepe reperiuntur adiectae, veluti 8, 225 οὐρὴν μέν κεν ἔπειτα περὶ ῥίον Οὐλύμποιο Δησαίμην, add. 16, 481. 22, 316. Od. 8, 282. hymn. Hom. in Ap. 122. Hesiod. Scut. Herc. 224, 314. Nec duplex praepositio insolita erit habenda, vid. Hesiod. Theog. 726 sq. — ἀμφὶ δέ μιν νὺξ Τριστοιχεὶ κέχυται περὶ δειρήν. Sed illi exigua admodum erit fides: nam παρὰ Vindd., libri reliqui et Eustath. 1107, 41. magno consensu tuentur; deinde ἀμφὶ et περὶ vel unum idemque aut nomen aut verbum comprehendunt, ut Od. 11, 609. Il. 2, 305. 17, 760. 23, 191. cll. Il. 21, 10. hymn. in Cer. 277. Hesiod. Theog. 848. Apoll. Rhod. II, 1108. III, 633. IV, 158., vel altera ad nomen altera ad verbum respicit, vid. Il. 15, 647 sq. Quint. Sm. IX, 364. Quare παρά, quemadmodum vulgo solet dici, locum edet, in cuius vicinia lorum iecit Hippothous, ἀμφὶ eundem certius definit. Optime igitur suo munere functus Vossius vertit: „*denn er umband mit dem riemen die sehnen ihm unten am*

Ἕκτορι καὶ Τρώεσσι χαριζόμενος· τάχα δ' αὐτῷ
ἦλθε κακόν, τό οἱ οὔτις ἐρύκακεν ἰεμένων περ.
τὸν δ' υἱὸς Τελαμῶνος ἐπαΐξας δι' ὁμίλου
πλῆξ' αὐτοσχεδίην κυνέης διὰ χαλκοπαρήου·
ἤριπε δ' ἱπποδάσεια κόρυς περὶ δουρὸς ἀκωκῇ
πληγεῖσ' ἔγχεί τε μεγάλῳ καὶ χειρὶ παχείῃ·
ἐγκέφαλος δὲ παρ' αὐλὸν ἀνέδραμεν ἐξ ὠτειλῆς
αἱματόεις· τοῦ δ' αὖθι λύθη μένος· ἐκ δ' ἄρα χειρῶν
Πατρόκλοιο πύδα μεγαλήτορος ἧκε χαμᾶζε
κεῖσθαι· ὃ δ' ἄγχ' αὐτοῖο πέσε πρηνὴς ἐπὶ νεκρῷ,
τῆλ' ἀπὸ Λαρίσσης ἐριβώλακος· οὐδὲ τοκεῦσιν
θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε, μινυνθάδιος δέ οἱ αἰὼν
ἔπλεθ' ὑπ' Αἴαντος μεγαθύμου δουρὶ δαμέντι.
Ἕκτωρ δ' αὖτ' Αἴαντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ.
ἀλλ' ὃ μὲν ἄντα ἰδὼν ἠλεύατο χάλκεον ἔγχος
τυτθόν· ὃ δὲ Σχεδίον, μεγαθύμου Ἰφίτου υἱόν,

V. 292. ἰέμενός περ Harl. ἰεμένῳ περ all. — V. 300. ἀμφ' αὐτοῖο Bothii coniectura. — V. 302. θρέπτα Vind. quint. Ald. sec. Rom. — V. 306. μεγάθυμον Ἰφίτου υἷα ol. vulgo. — V. 307. φωκείων V. l. ap. Eustath. 1108, 7. — V. 308. ἀνδράσιν Ald. Rom., ἀνδράσιν libror. pars.

knöchel." Duali a Veneto et aliis propagato Homeri mos obnititur, vid. ad 16, 587.

V. 291 sq. Vid. ad 15, 449. Genitivum in versu proximo obvium Aristarchus apud schol. Victor. et Eustath. 1107, 42. ab omni suspicione liberant.

V. 295 bis adducit Apollon. in Lex. 335. et 611.

V. 300. Sibi haec contradicere schol. B. opinatur: ἐναντίον, inquit, τῷ ἄγχι τὸ ἐπί, εἰ μὴ ἀντὶ τῆς παρὰ ἦ. Cuius acumen Bothii emendationem protulit: ἀμφ' αὐτοῖο, *Patrocli causa*. At noviter esse dictum: „propter eum in mortuum (qui idem est) cecidit", quivis intelliget. Longe melius Heynius ac Vossius pronomen ad pedem in terram demissum retulerunt. Hippothous enim, Aiacis ictu exanimatus, pedem loro revinctum e manibus remisit, et iuxta eum, humi iacentem, ipse corruit super defunctum.

V. 302. Hic quoque θρέπτρα eruditiores tenendum putant, velut Eustath. 1107, 47. et schol. Victor., vid. ad 4, 478.

V. 306. Quod olim ferebatur: μεγάθυμον Ἰφίτου υἱόν, commodum et magis poeticum iudicavit Clarkius. Sed vel sine librorum ope, qui in genitivo mirifice conspirant, Barnesio obtemperandum fuisse innumerabiles fere Homeri versus attestantur, conf. 2, 518. 5, 25, 235, 335, 565. 10, 509. 13, 400. 17, 602. 23, 541, 596. Od. 3, 189. 15, 2.

Digitized by Google

Φωκήων ὄχ' ἄριστον, ὃς ἐν κλειτῷ Πανοπῆϊ
οἰκία ναιετάασκε, πολέσσ' ἄνδρεσσιν ἀνάσσων,
τὸν βαλ' ὑπὸ κληῖδα μέσην· διὰ δ' ἀμπερὲς ἄκρη
αἰχμὴ χαλκείη παρὰ νείατον ὦμον ἀνέσχεν.
δούπησεν δὲ πεσών, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.
Αἴας δ' αὖ Φόρκυνα δαΐφρονα, Φαίνοπος υἱόν,
Ἱπποθόῳ περιβάντα μέσην κατὰ γαστέρα τύψεν·
ῥῆξε δὲ θώρηκος γύαλον, διὰ δ' ἔντερα χαλκὸς
ἤφυσ'· ὃ δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἔλε γαῖαν ἀγοστῷ.
χώρησαν δ' ὑπό τε πρόμαχοι καὶ φαίδιμος Ἕκτωρ·
Ἀργεῖοι δὲ μέγα ἴαχον, ἐρύσαντο δὲ νεκρούς,
Φόρκυν θ' Ἱππόθοόν τε· λύοντο δὲ τεύχε' ἀπ' ὤμων.
Ἔνθα κεν αὖτε Τρῶες Ἀρηϊφίλων ὑπ' Ἀχαιῶν
Ἴλιον εἰσανέβησαν ἀναλκείῃσι δαμέντες·
Ἀργεῖοι δέ κε κῦδος ἔτνιν, καὶ ὑπὲρ Διὸς αἶσαν,
κάρτεϊ καὶ σθένεϊ σφετέρῳ. ἀλλ' αὐτὸς Ἀπόλλων

— V. 314. *ῥῆξαι δὲ* Apoll. in Lex. 354., male. — V. 317. *μέγ' ἴαχον* V. Rom. et ol. vulgo. — Ib. *ἐρύοντο* Vind. un. *εἰρύσαντο* Rom. — V. 318. *Φόρκυν Ἱππόθ.* V. Vind. un. — Ib. *λύον τε δὲ* Lips. — V. 320. *ἀναλκίῃσι* V. Ald. sec. Rom. —

V. 307. Diphthongum ex Apionis et Herodori commentariis sibi innotuisse Eustathius narrat.

V. 308. Florent. et librorum plurimorum iussu Barnesius poetae manum instauravit, et eius dicto posteriores fuerunt audientes.

V. 317. Mendum aliquoties iteratum primus eiecit Barnesius, Vindd. annuentibus, vid. ad 4, 506., qui et aoristo fert opem.

V. 318. Particulam et maior librorum pars et Etymol. M. 540, 20. bis exhibent. Medium nonnisi raro adhibitum fraudi fuit Lipsiensi; illud autem confirmat Eustath. 1108, 25 *λέγει δὲ καὶ τὸ ἕλυον ἑλύοντο παθητικῶς, εἰπών· λύοντο δὲ τεύχε' ἀπ' ὤμων. πρὸ ὀλίγων δὲ ἐνεργητικῶς εἰπών· λῦσε δὲ Θώρηκα, ἐκτείνας ἐκεῖ τὸ δίχρονον.*

V. 320. Eustath. 1108, 25. *ἀναλκίῃσι* et *ἀναλκείῃσι* discrepare auctor est. Alterum vero tum horum legi tum epicorum loquelae erit accommodatius, vid. 6, 74. 17, 337. Apoll. Arg. II, 145. Quint. Sm. II, 40. et alios.

V. 322. Bentleius, quia Apollo antea, Mentae specie indutus, Troas erat adhortatus, nunc Periphanti similis incedit, *αὐτὶς Ἀπόλλων* legendum proposuit. Eo sermonis Homerici vigor, quo deum ipsum Troianorum rem auxisse dicit, infringitur, conf. Hermann. Opuscul. I, 312 sq.



Digitized by Google

Αἰνείαν ὦτρυνε, δέμας Περίφαντι ἐοικώς,
κήρυκ' Ἠπυτίδῃ, ὅς οἱ παρὰ πατρὶ γέροντι
κηρύσσων γήρασκε, φίλα φρεσὶ μήδεα εἰδώς·
τῷ μιν ἐεισάμενος προσέφη Διὸς υἱὸς Ἀπόλλων·
Αἰνεία, πῶς ἄν καὶ ὑπὲρ θεὸν εἰρύσσαισθε
Ἴλιον αἰπεινήν; ὡς δὴ ἴδον ἄνέρας ἄλλους
κάρτεΐ τε σθένεΐ τε πεποιθότας, ἠνορέῃ τε
πλήθεΐ τε σφετέρῳ, καὶ ὑπερδέα δῆμον ἔχοντας.

V. 324. κήρυκι Ἠπυτίδῃ W. et vulgo, Ἠπυτίδῃ κήρυκι Bothii coniectura. — V. 325. φρεσὶ V. — V. 326. προσέφη ἑκάεργος Ἀπόλλων Vind. un. — V. 327. εἰρύσαισθε Vind. ed. ol. vulgo et H. εἰρυσασθε V. — V.

V. 324. Grammaticos κήρυκι secus, ac mediae natura postulat, pro dactylo numerasse in Excurs. V, 16. annotavi. Ei incommodo Bothius verborum traiectione studuit occurrere, miratus neminem adhuc facillimam emendandi viam ingressum esse. At poeta, sonorum similitudine delectatus, verba eiusdem stirpis in eadem versus regione amat repetere, neque hiatus versui erat inferendus. Itaque apostrophum, Barnesio, Bekkero et Heynio probatum, adscivi.

V. 325. Xenophon, qui in Sympos. VIII, 30 πυκινὰ φρεσὶ μήδεα εἰδὼς dedit, vel Homerica attulit memoriter, vel nostra cum aliis, ut 24, 282, 674. Od. 19, 353., permiscuit. His vero omnibus numerus pluralis, cui Venet. solus obstat, munitur.

V. 327. Heynius Vindd. Veneti aliorumque auspiciis confisus εἰρύσαισθε, sed vid. ad 8, 143. et 1, 216.

V. 330. Accentus non minus quam adiectivi significatio virorum doctorum curam et ingenium exercuit. Ac veterum plerique ὑπερδέα δῆμον populum esse volunt numero longe inferiorem, vid. schol. B. Etym. M. 778, 38. Hesych. II, 1458. et Apoll. Lex. 674 ὑπερδέα· ὑπερδέοντως, ἐνδεῆ· οἷον ἔλασσον κατὰ δύναμιν, quae sana et incorrupta frustra tentarunt, Pollux. IV, 170. Illis vero adversatus Eustath. 1108, 61. ita praecipit: δῆμον δὲ ὑπερδέα λέγει τὸν ἀπιόητον καὶ ὑπερκείμενον θέους ἐκ τοῦ ὑπερδείᾳ κατὰ συγκοπήν· ἄλλως γὰρ περισπᾶσθαι ὤφειλε κατὰ συναίρεσιν, ὡς τὸ εὐφυέα εὐφυᾶ, ὑγιέα ὑγιᾶ. Recentioribus non magis convenit: e quibus interpretes Latini, Tollius in Excurs. XI. ad Apollon. Lex. p. 756. et Heynius a plurimorum stant parte, Dacieria, Vossius et Stephani in Thes. ling. Gr. II, 3162, a. Eustathii rationem adoptarunt. Exspectari autem populum robore intrepido eximium et pro patriae salute maxima quaeque ausum vel sequentia indicant. Thucydidis scholiasta, qui ad IV, 10 πλῆθος exiguum militum numerum significare scribit, eo minus fide dignus est, quod famae communi addictus, composita eius generis alia, qualia sunt ὑπερήνωρ, ὑπέρθυμος, ὑπερμενής, ὑπερφυής non in

ἡμῖν δὲ Ζεὺς μὲν πολὺ βούλεται ἢ Δαναοῖσιν
νίκην· ἀλλ' αὐτοὶ τρεῖτ' ἄσπετον, οὐδὲ μάχεσθε.
Ὣς ἔφατ'· Αἰνείας δ' ἑκατηβόλον Ἀπόλλωνα
ἔγνω ἐσάντα ἰδών· μέγα δ' Ἕκτορα εἶπε βοήσας·
Ἕκτορ τ' ἠδ' ἄλλοι Τρώων ἀγοὶ ἠδ' ἐπικούρων,
αἰδὼς μὲν νῦν ἥδε γ', Ἀρηϊφίλων ὑπ' Ἀχαιῶν
Ἴλιον εἰσαναβῆναι ἀναλκείῃσι δαμέντας.
ἀλλ' ἔτι γάρ τίς φησι θεῶν, ἐμοὶ ἄγχι παραστὰς,
Ζῆν', ὕπατον μήστωρα, μάχης ἐπιτάρροθον εἶναι.

330. ὑπερδεᾶ Ald. sec. H. — V. 331. ὑμῖν V. et all. — V. 334. εἶπε παραστὰς Harl. — V. | 336. ἦδ' Ἀρηΐφ. Lips., male. —

censum vocavit. Haec enim, quominus δῆμον ὑπερδέα populum numero longe inferiorem intelligamus, prohibent. Eo nos porro repellunt et synonymum ἀδεὴς sive ἀδειὴς et oppositum περιδεής, quorum alterum epicis, alterum etiam Atticis fuit in usu. Accentus vero anomaliam ἀκλέα, δυσκλέα et alia, forma atque origine simillima, abunde tutantur, vid. libell. meum de prosod. Gr. §. 20. 2, d. sive Matth. gr. Gr. §. 133., annot. 1.

V. 332. Vid. Etym. M. 770, 48.

V. 334. Harleiani varietas et dativus Ἕκτορι, in paucis repertus, aliunde immigrarunt, vid. 6, 75. 12, 60, 210. 13, 725. 23, 617. Recepti veritate probata, structuram insolentem a praepositione omissa repetit Eustath. 1109, 5., qua ne opus quidem est. Illud qui scripserunt, ii μέγαν Ἕκτορα εἶπε παραστὰς parum commode dedisse videntur, cf. Matth. gr. Gr. §. 416. annot. 1.

V. 336. Schol. A. ἦδε ἀντὶ τοῦ ὧδε, τροπῇ τοῦ ω εἰς η. Heynius ἦδε γε ἀναβῆναι iungit idque multo praestantius censet. Sed ὧδε unquam apud Homerum locum significare Aristarchus negavit, vid. Lehrs. de Aristarch. stud. Hom. p. 84 sq. Similiter tamen Eustath. 1109, 8. Homerica accepit, minus plane tradit Etym. M. 416, 18. Sufficit autem pronomen exclamationibus perquam accomodatum, vid. Il. 6, 460. 9, 415. 13, 828. Od. 2, 372. 19, 871.

V. 339. Iovem summum belli auctorem et arbitrum dici schol. B. censet, sicuti ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο 4, 84. appellatur, quibus cognati sunt μήστωρες ἀϊτῆς 4, 328. 5, 272. 13, 93, 479. 16, 759. At genitivo ad proximam vocem adiuncto, Iovem, summum rerum arbitrum, belli socium et auxiliatorem melius etiam appellabimus. Sic iam sensit Eustath. 1109, 10.: θάρρους δὲ θεόθεν δηλωτικὸν κατὰ παρῳδίαν τὸ ἀλλ' ἔτι γάρ φησι, θεὸς ἐμοὶ ἄγχι παραστὰς μάχης ἐπιταρρόθος εἶναι· διὸ ἴθυς ἴωμεν, μηδ' οἷγε ἑκηλοι ποιήσαιεν τόδε τι, neque ei interpretationi desunt idonea argumenta, vid. 12, 180. 23, 770., etsi in aliis sine eiusmodi additamento ἐπιρρόθος et ἐπιτάρροθος Iliados priva ac propria reperiuntur, ut 4, 390. 5, 828. 11, 366. 20, 453. Si cui autem μή-

τῷ ῥ' ἰθὺς Λαναῶν ἴομεν, μηδ' οἵγε ἔκηλοι
Πάτροκλον νηυσὶν πελασαίατο τεθνηῶτα.
Ὣς φάτο· καί ῥα πολὺ προμάχων ἐξάλμενος ἔστη.
οἱ δ' ἐλελίχθησαν, καὶ ἐναντίοι ἔσταν Ἀχαιῶν.
ἔνθ' αὖτ' Αἰνείας Λειώκριτον οὔτασε δουρί,
υἱὸν Ἀρίσβαντος, Λυκομήδεος ἐσθλὸν ἑταῖρον.
τὸν δὲ πεσόντ' ἐλέησεν Ἀρητφιλος Λυκομήδης·
στῆ δὲ μάλ' ἐγγὺς ἰὼν, καὶ ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ,
καὶ βάλεν Ἱππασίδην Ἀπισάονα, ποιμένα λαῶν,
ἦπαρ ὑπὸ πραπίδων, εἶθαρ δ' ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν·
ὅς ῥ' ἐκ Παιονίης ἐριβώλακος εἰληλούθει,
καὶ δὲ μετ' Ἀστεροπαῖον ἀριστεύεσκε μάχεσθαι.
τὸν δὲ πεσόντ' ἐλέησεν Ἀρήϊος Ἀστεροπαῖος,

V. 340. μὴ δή γε ἔκ. editt. antiqq.— V. 344. Λειόκριτον Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 346. Ἀρητφιλος Μενέλαος Vind. quint. — V. 348. Ἀμυθάονα Vind. ed. Ald. sec. Both. — V. 349. ὑπὸ πραπίσιν Harl. — V. 354. ἴα γ' εἶχε Heynii coniectura. — V. 359. σχεθόδεν δὲ μάχ. V. Vind. ol. vulg. et W. — V. 361.

στωρ parum satisfecerit, ei licebit opponere Il. 7, 366. 8, 22. 17. 477. Od. 3, 110, 409.

V. 340. Nec libri neque Eustath. 1109, 12. quidquam discrepant a vulgari.

V. 342. Vid. 15, 571. 23, 399.

V. 343. Cf. 5, 497. 6, 106. 11, 214.

V. 344. Nomen ex Odyssea cognitum, vid. 2, 242. 22, 294., sanitati pristinae restituit Barnesius e libris Anglicis, quibus consentiunt Vind. un. et Vratislav. duo, reliquos invasit labes, ab editoribus patientius retenta.

V. 346. Oratione ad Lycomeden reverlente, ad Menelaum perperam defecit Vindob. quinti librarius.

V. 348. Libri vel Apisaonem vel Amythaonem proferunt, neque idem iudicium fuit viris doctis. Heynius enim, quod nullum aliud huius vestigium in Iliade exstet, Amythaonem improbavit, Bothius, ne himis multi cognomines deprehendantur, Apisaonem falso illatum arbitratur ex Iliad. 11, 578. Neutra ratio satis valet: nam etsi duo in Iliade adsint Apisaones, Odyssea tamen 11, 259. Amythaonem, Aesonis et Pheretis fratrem, novit. Multos vero alios eiusdem nominis apud Homerum obvenire nemo ignorat, vid. schol. Ven. ad Il. 13, 643. Quare res e codicum auctoritate erit aestimanda: illa vero magis favet Apisaoni, cui Vindob. quint. Ven. Lips. all. Eustath. 1109, 18. et editt. priscae accinunt.

V. 349. Harleianum et norma Homerica et plures refutant,

Digitized by Google

ἴθυσεν δὲ καὶ ὃ πρόφρων Δαναοῖσι μάχεσθαι·
ἀλλ' οὔπως ἔτι εἶχε· σάκεσσι γὰρ ἔρχατο πάντῃ
ἑσταότες περὶ Πατρόκλῳ, πρὸ δὲ δοῦρατ' ἔχοντο.
Αἴας γὰρ μάλα πάντας ἐπῴχετο πολλὰ κελεύων·
οὔτε τιν' ἐξοπίσω νεκροῦ χάζεσθαι ἀνώγει,
οὔτε τινὰ προμάχεσθαι Ἀχαιῶν ἔξοχον ἄλλων,
ἀλλὰ μάλ' ἀμφ' αὐτῷ βεβάμεν, σχεδόθεν δὲ μάχεσθαι.
ὣς Αἴας ἐπέτελλε πελώριος· αἵματι δὲ χθὼν
δεύετο πορφυρέῳ· τοι δ' ἀγχιστῖνοι ἔπιπτον
νεκροὶ ὁμοῦ Τρώων καὶ ὑπερμενέων ἐπικούρων,
καὶ Δαναῶν· οὐδ' οἳ γὰρ ἀναιμωτί γ' ἐμάχοντο·
παυρότεροι δὲ πολὺ φθίνυθον· μέμνηντο γὰρ αἰεὶ
ἀλλήλοις καθ' ὅμιλον ἀλεξέμεναι φόνον αἰπύν.

ἀγχηστῖνοι Vind. ed. V. all. et Eustath. 1109, 57. cum Rom. — V. 363. ἀναιμωτεὶ Vind. quint. Barnes. Clark. — Ib. γε μάχοντο Eustath. 1109, 58. H. — V. 364. μέμνοντο Lips. μέμνητο Ald. sec. — V. 365. ἀν' ὅμιλον Vind. ed. ol. vulgo et H. — Ib. πόνον Vind. ed. Eustath. 1109, 61.

vid. 13, 412. 22, 43. 24, 514, dativus poeticus sonat πραπίδεσσιν, conf. Il. 1, 608. 18, 380, 482. 20, 12. Od. 7, 92. 8, 547.

V. 359. Aiax milites orbe facto Patrocli corpus protegere et cominus pugnare iubet: hinc copula, quam praeter Harl. et Townl. Etym. M. 193, 33. et Eustath. 1109, 50. obtulerunt, erit accomodatior.

V. 361. Vind. quint. ἀγχιστῖνοι, idque omnium optimum ducendum esse vidimus ad 5, 141.

V. 363. Syllabam ultimam modo in diphthongum modo in vocalem terminari constat, vid. ad 8, 197, 512. Haec quidem satisfacit Ven. et Eustath. 1109, 60. et 1116, 2., vid. infra v. 497. Od. 18, 148. 14, 531., ubi olim erat ἀναιμωτεί. Augmento ab Heynio reciso adsunt plurimi.

V. 365. Wolfius cum Venet. Harlei. et plurimis καθ' ὅμιλον, cuius, altero adiecto, meminit Eustath. 1109, 60: ἀλλήλοις ἀν' ὅμιλον ἢ καθ' ὅμιλον, revocavit. Paullo post idem Eustath. cum Vindob. edito, aliis et Heynio πόνον αἰπὺν habet, neque id epicis ignotum est, vid. Il. 16, 601. Quint. Sm. XI, 76. Argivos vero conglobatos et Troum telis petitos caedem potius quam pugnam a se prohibere studuisse verisimile est. Commode igitur cecidit, quod φόνον αἰπὺν Vind. quint. Harl. Ven. et alii quidem nobis tradiderunt, idque iure probat schol. Victor. hisce: αἰπύν· προσάντη. φόνον δὲ δεῖ γράφειν, οὐ πόνον. Cui plus fidei addunt φόνος et ὄλεθρος αἰπύς, poetae admodum familiares, vid. Od. 4, 843. 16, 379., cll. Il. 6, 57. 10, 371. 11, 174. 12, 345. 14, 99, 507. 17, 153, 244. Od. 1, 11. 5, 305. 9, 286, 303. 12,

Ὡς οἱ μὲν μάρναντο δέμας πυρός· οὐδέ κε φαίης
οὔτε ποτ' ἠέλιον σόον ἔμμεναι, οὔτε σελήνην.
ἠέρι γὰρ κατέχοντο μάχης ἔπι ὅσσοι ἄριστοι
ἔστασαν ἀμφὶ Μενοιτιάδῃ κατατεθνηῶτι.
οἱ δ' ἄλλοι Τρῶες καὶ ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοὶ
εὔκηλοι πολέμιζον ὑπ' αἰθέρι· πέπτατο δ' αὐγὴ
Ἠελίου ὀξεῖα, νέφος δ' οὐ φαίνετο πάσης

V. 367. σῶν Lips. — V. 368. κατείχετο Etym. M. 437, 8. — Ib. μάχης ἔπειθ' ὅσσον Vind. ed. Ald. suc. ἐπὶ θ', ὅσσον V. Vind. quint. et editt. antiqq. τόσσον Z. μάχῃ ἔνι Aristoph. μάχῃ ἔπι Bothii coniectura. — V. 369. ἔστασαν Vind. ed. ol. vulgo εἱ

287, 416. 17, 47, 22, 42, 67. Homericum imitantur alii, ut Quint. Sm. VII, 517 *ἀλεύόμενοι φόνον αἰπύν.*

V. 367. Monosyllabum in Lipsiensi solo conspicuum et alii ignorant et auctor de poesi Homeri p. 205.

V. 368. Interpretis Veneti copias periisse dolendum est. Aliter enim, atque hodie solet edi, haec constituta et intellecta olim fuisse quum librorum inconstantia tum Victor. scholia manifesto produnt. Quorum a dictis nobis erit initium faciundum: illa igitur sic commentantur: *τὸ ἐξῆς ἐφ' ὅσον, καὶ οὐκ ἀναστρεπτέον. ὁ δὲ πλεονάζει. ἔστι γὰρ ὁ λόγος καὶ ὁ νοῦς οὕτως· ἐφ' ὅσον οἱ ἄριστοι ἔστασαν, ἐπὶ τοσοῦτο ἀέρι κατείχοντο. Ζηνόδοτος ἐπὶ τόσσον. Ἀριστοφάνης μάχῃ ἔνι.* Haec si examinaveris, vereor, ne ille legerit;

*ἠέρι γὰρ κατέχοντο μάχης ἐπὶ θ' ὅσσον ἄριστοι*
*ἔστασαν* — — — — — —

pro quo Zenodotus *ἐπὶ τόσσον*, quae ei idem significarent, vel ex antiquis sumpsit exemplaribus, vel ipse correxit. His autem positis, nonnisi duo supersunt, quae nova ac mira esse videantur. Primum enim Homerica scimus *ὅσσον ἔπι*, *ὅσσον τ' ἐπὶ* et *τόσσον ἔπι*, vid. Excurs. XX, §. 2., deinde, quorsum genitivus *μάχης* pertineat, in ambiguo relinquitur. Quod ad illud attinet, *ἐφ' ὅσον quantum*, *ἐπὶ τόσον* sive *τοσοῦτο tantum*, Atticis frequentata, ab epicorum ore non prorsus abhorruisse ex Herodoto, Ionico scriptore, suspicari lubet. Hic enim utitur utroque, vid. I, 64 *ἐφ' ὅσον ἔποψις τοῦ ἱροῦ εἶχε*, II, 34. et demonstrativum aliquanto crebrius obvium II, 5. VI, 97. VII, 167. IX, 65., denique genitivo annexo, VI, 134.: *εἰς μὲν δὴ τοσοῦτο τοῦ λόγου οἱ πάντες Ἕλληνες λέγουσι.* Quae si tecum reputaveris, scholiastae rationem non ita multum a veri specie abesse concedas. Residet quidem et in genitivo *μάχης* et in particula *τε* aliqua duritiei: eam vero, si cum Zenodoto *μάχης ἐπὶ τόσσον ἄρ.* adsciveris, paene evanescere liquido apparet. Nihilominus et libri contradicunt et Aristophanem alia via progressum esse scholiasta testatur. Vulgatam igitur retinui, non quod eam veram ac sinceram iudicem, sed quia opinioni unius grammatici dubiae neque ullo alio poetae exemplo comprobatae fidem habere nolui. At verba, quemadmodum leguntur, integra et incorrupta ad nos venisse mihi vix persuadeo.

γαίης, οὐδ' ὀρέων· μεταπαυόμενοι δ' ἐμάχοντο,
ἀλλήλων ἀλεείνοντες βέλεα στονόεντα,
πολλὸν ἀφεσταότες. τοὶ δ' ἐν μέσῳ ἄλγε' ἔπασχον
ἠέρι καὶ πολέμῳ· τείροντο δὲ νηλεῖ χαλκῷ
ὅσσοι ἄριστοι ἔσαν. δύο δ' οὔπω φῶτε πεπύσθην,
ἀνέρε κυδαλίμω, Θρασυμήδης Ἀντίλοχός τε,
Πατρόκλοιο θανόντος ἀμύμονος, ἀλλ' ἔτ' ἔφαντο

H. — V. 370. *Τρῶές τε καὶ εὐκνημ. Ἀχαιοὶ* ol. vulgo. — V. 371. *εὐκήλῳ* Bothii coniectura. — V. 373. *δὲ μάχοντο* Vind. ed, ol. vulgo et H. — V. 377. *πυθοίσθην* V. — V. 379. *πεσόντας* Vind. un. —

Quae quum ita sint, aliorum explicandi emendandive pericula, e quibus nihil utilitatis in nos redundet, adiicere liceat quam brevissime. Ac plerique quidem interpretes tum Latini tum alii, prioribus uno ambitu comprehensis, vertunt Homerica: „*caligine enim occupabantur in proelio quotquot fortissimi stabant circa Menoetiaden.*“ Neque ab eo transversum unguem recedit Eustath. 1110, 9., nisi quod nebulam pulveris excitati turbinem ac procellam interpretatus est hisce: *ὥστε δῆλον ἐκ τούτων, ὅτι τὴν προῤῥηθεῖσαν ἠέρα μόνῳ τῷ τόπῳ ἐμπεριγράφει, ἐν ᾧ ἡ περὶ Πάτροκλον ἦν μάχη. καὶ ἔστιν πιθανὸς ὁ λόγος διά τε τὴν κόνιν τὴν ὡς εἰκὸς παχυνομένην ἐκεῖ, καθὰ ἐῤῥέθη, καὶ διὰ τὴν ῥηθεῖσαν πυκνότητα τῶν μαχομένων, ἣν καὶ ἐν ἄλλοις εἰς νέφος εἶκασε.* Verum quomodo *μάχης ἔπι* in proelio possit significare, equidem non assequor. Qua molestia inductus Aristophanes *μάχῃ ἔνι* dedit. Alii ad coniecturas alias sunt delapsi, uti Bothius, cui Aristophanes et Heynius viam monstrarunt, *ἠέρι γὰρ κατέχοντο μάχῃ ἔπι*, i. e, *nebula pariter ac proelio sunt vexati*, cll. v. 375., propouit. Heynius ipse suadet: *ἠέρι γὰρ κατέχοντο μάχῃ θ' ὁμοῦ*, vel versus duos a sciolo insertos putat. Sed nihil horum placere poterit ei, qui Homeri perspicuitatem et elegantiam sibi habet notatas.

V. 370. Particulam geminam codices non minus quam perpetua Homeri consuetudo repudiat, vid. 3, 86, 304. 7, 67. alib.

V. 371. Bothius quia nemo tranquillus pugnam ciet, vulgatam ineptiae damnatam sollicitavit, cll. Hes. Op. 611. et Il. 8, 556. Adiectiva vero et temporis et qualitatis apud poetas adverbiorum vice sexcenties fungi parum fuit memor. Bene igitur ac scienter explanavit Homerica Buttmann. in Lexilog. I, 141., cf. Od. 14, 479. 3, 263. Apoll. Arg. 1, 568, 1290. alibi. Posteriores segnius pugnasse proxima luculenter indicant.

V. 374. Vid. Apoll. de synt. I, 15, 43.

V. 376 cum Od. 13, 277. in unum conflavit Apollon. in Lex. 37.

V. 377. Discrepantia Veneti et alii et Vindd. cum Eustath. 1110, 32. redarguunt.

V. 379. Hic quoque in communi ac plano consentiunt et optimi et plurimi, *πεσόντος*, qua elegantiam et varietatem maiorem quaerebant, Vind. un. et Vratislav. un. invasit.

Digitized by Google

ζωὸν ἐνὶ πρώτῳ ὁμάδῳ Τρώεσσι μάχεσθαι.
τὼ δ' ἐπιοσσομένω θάνατον καὶ φύζαν ἑταίρων
νύσφιν ἐμαρνάσθην, ἐπεὶ ὣς ἐπετέλλετο Νέστωρ
ὀτρύνων πόλεμόνδε μελαινάων ἀπὸ νηῶν.
Τοῖς δὲ πανημερίοις ἔριδος μέγα νεῖκος ὀρώρει
ἀργαλέης· καμάτῳ δὲ καὶ ἱδρῷ νωλεμὲς αἰεὶ
γούνατά τε κνῆμαί τε, πόδες θ' ὑπένερθεν ἑκάστου,
χεῖρές τ' ὀφθαλμοί τε παλάσσετο μαρναμένοιιν
ἀμφ' ἀγαθὸν θεράποντα ποδώκεος Αἰακίδαο.
ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ταύροιο βοὸς μεγάλοιο βοείην
λαοῖσιν δώῃ τανύειν μεθύουσαν ἀλοιφῇ·
δεξάμενοι δ' ἄρα τοίγε διαστάντες τανύουσιν

V. 384. *πανημερίου* V. — V. 387. *μαρναμένοισιν* Harl. et all. — V. 390. *δοίη* Vind. un. — V. 392. *κύκλῳ* Z. *κύκλος* Ar. — V. 393. *διὰ πρὸ* ol. vulgo et H. — V. 395. *εἶλκτον* ol. vulgo. — Ib. *μάλα δέ* οφ. Vind. quint. Harl. et all. — V. 396. *μέν ῥ' ἐρύειν* V. Vind. un. —

V. 381. Verbum *ἅπαξ εἰρημένον* ab oculorum sensu ad ea traduci, quae animo quasi praevidemus et praesagimus, et simplex et compositum *προτιόσσομαι*, Homero passim dictum, ostendunt, vid. Buttmann. in Lexilog. I, 21. et Lehrs. de Aristarchi stud. Hom. 96 sq. Iniuste igitur vituperat Heynius schol. B. et Eustathium, vid. 1110, 40., quorum decreta eo solo differunt, quod alter in propria verbi potestate acquiescit, alter ad eam adiungit translatam.

V. 384. Sermonis Homerici lex *πανημερίοις* ad pugnantes referri iubet. Nam poeta ab eo, quod librorum et Eustathii censensus 1110, 47. tutum reddit, nunquam deflexit, cf. 1, 472. 11, 279. 17, 180. 19, 168. Od. 3, 488. 4, 356. 12, 24. 15, 184.

V. 387. Iam veteres critici structuram raram et usui vulgari contrariam notarunt, velut schol. B.: *ἀκατάλληλον δὲ τὸ ὀφθαλμοὶ πάλασσετο. ἔστι δὲ ὅμοιον τῷ „ἔνθα Ποσειδάων κατ' ἄρ' ἕζετο καὶ θεοὶ ἄλλοι"* (Il. 20, 149). Uberius etiam de ista figura, quam Pindaro familiarem ab eius nomine *σχῆμα* Pindaricum appellarunt, disputavit Eustath. 1110, 50., add. Matth. gr. Gr. §. 304, annot. 1. Dualem, pro quo Bentleius cum librorum parte *μαρναμένοισιν* rescribi iussit, Eustath. 1110, 62. ad utriusque gentis aciem refert.

V. 390. Eustath. 1111, 5. *δῴη*, optativum vero isti comparationi minus idoneum habuerim cum Thierschio in act. Monac. I, 20.

V. 392. Schol. Victor., Aristarchi iudicio impulsus, *κυκλόφι* potius quam *κυκλόσε* exspectari dicit, sed vid. ad 4, 212. et Eustath. 1111, 7, 20 sq.

Digitized by Google

κυκλόσ', ἄφαρ δέ τε ἰκμὰς ἔβη, δύνει δέ τ' ἀλοιφή,
πολλῶν ἑλκόντων· τάνυται δέ τε πᾶσα διαπρό·
ὣς οἵγ' ἔνθα καὶ ἔνθα νέκυν ὀλίγῃ ἐνὶ χώρῃ
ἕλκεον ἀμφότεροι· μάλα γάρ σφισιν ἔλπετο θυμὸς,
Τρωσὶν μὲν ἐρύειν προτὶ Ἴλιον, αὐτὰρ Ἀχαιοῖς
νῆας ἔπι γλαφυράς· περὶ δ' αὐτοῦ μῶλος ὀρώρει
ἄγριος· οὐδέ κ' Ἄρης λαοσσόος, οὐδέ κ' Ἀθήνη
τόνγε ἰδοῦσ' ὀνόσαιτ', οὐδ' εἰ μάλα μιν χόλος ἴκοι.
Τοῖον Ζεὺς ἐπὶ Πατρόκλῳ ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων
ἧματι τῷ ἐτάνυσσε κακὸν πόνον. οὐδ' ἄρα πώ τι
ἤδεε Πάτροκλον τεθνηότα δῖος Ἀχιλλεύς.
πολλὸν γάρ ῥ' ἀπάνευθε νεῶν μάρναντο θοάων,
τείχει ὕπο Τρώων· τό μιν οὔποτε ἔλπετο θυμῷ

V. 397. νῆας ἀνὰ γλ. Vind. un. et V. L. ap. Eustath. 1111, 10. — V. 399. τόνδ' ἰδ. V. — Ib. ἴκει Vind. quint. Lips. — V. 403. γὰρ ἀπάνευθε vulgo, W. H. — V. 404. ὅ μιν V. τό μεν Vind. quint., male. — Ib. ἤλπετο Vind. ed. et ol. vulgo. —

V. 394. Idem interpres annotat: εἴλκεον (imo ἕλκεον) Ἀρίσταρχος, ὅτι πλεονάζει το ι: vid. ad 4, 213.

V. 396. Particula altera ab iis, qui numeris timebant, interiecta cum testibus plurimis ac gravissimis melius aberit; alia ratio est in Il. 18, 412. 20, 41., unde eam transfusam esse credibile est.

V. 398. Ad verbum fere concinit 13, 127.

V. 402. Vind. quint. cum Harlei. Lips. et all. τεθνειότα, Aristarcho dissentiente, vid. ad 6, 71.

V. 403. Harleiano duce interposui ῥα, id quod 14, 30. comprobet.

V. 404. Priores carminum Homericorum editores sine ullo delectu nunc ἕλπετο nunc ἤλπετο vulgarunt. Quo factum est, ut sexies in Iliade 15, 539, 701. 17, 395, 404, 495, 603., semel in Od. 9, 419. ἤλπετο compareret, alterum toties fere adesset Il. 10, 355. 15, 288. 16, 609. 17, 234, 406. et in Od. 3, 275. Eam litem ne libri quidem dirimunt: e quibus Venet. quinquies cum aliis concors nostro loco ἕλπετο, quod Wolfii aliorumque tulit plausum, exhibet, Vind. Alteri idem suggerit 17, 495., terque detrahit Vind. quint. augmentum 17, 395, 404, 603. Librorum mobilitatem ad grammaticos pervasisse nihil est mirum. Eustathius etsi nonnunquam probat ἕλπετο, velut h. v. p. 1112, 5., v. 495. p. 1116, 1. et supra 15, 701. p. 1038, 43., tamen ad augmentum redit alias, vid. 1030, 44. Itaque codicibus nihil certi definientibus et grammaticis ultro citroque fluctuantibus, nostro stemus iudicio oportet. At libri quum utrumque certe agnoscant, et pluralis, vid. Il. 12, 261. 13, 41. 14, 67. augmen-

Digitized by Google

τεθνάμεν, ἀλλὰ ζωὸν ἐνιχριμφθέντα πύλῃσιν
ἆψ ἀπονοστήσειν· ἐπεὶ οὐδὲ τὸ ἔλπετο πάμπαν,
ἐκπέρσειν πτολίεθρον ἄνευ ἔθεν, οὐδὲ σὺν αὐτῷ.
πολλάκι γὰρ τόγε μητρὸς ἐπεύθετο νόσφιν ἀκούων,
ἢ οἱ ἀπαγγέλλεσκε Διὸς μεγάλοιο νόημα·
δὴ τότε γ' οὔ οἱ ἔειπε κακὸν τόσον, ὅσσον ἐτύχθη,
μήτηρ, ὅττι ῥά οἱ πολὺ φίλτατος ὤλεθ' ἑταῖρος.
Οἱ δ' αἰεὶ περὶ νεκρὸν ἀκαχμένα δούρατ' ἔχοντες
νωλεμὲς ἐγχρίμπτοντο, καὶ ἀλλήλους ἐνάριζον·
ὧδε δέ τις εἶπεσκεν Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων·

V. 405. *Ini χρ. γ.* — V. 408. τοδε *μ.* V. — V. 410. οὔ τοι Vind. quint. — V. 411. *ἑταίρων* id. — V. 415. οὐκ ἀν V. — Ib. ἡμὶν εὐκλεὶς V. L. ap. Eustath. 1112, 34. — V. 418. ἢ τοῦτον Vind. ed. Rom. ol. vulgo. ἢ εἰ τοῦτον Vossius ad hymn.

to semper careat, Wolfium, cuius auctoritati parui, prudenter iudicasse erit verisimilliumm. Schol. Victorino si credimus, Zenodotus viginti duo versus ut spurios reiecit, Aristarcho nonnisi sex postremos condemnante: *Ζηνόδοτος*, inquit, *ἀπὸ τοῦ τείχει ὑπο Τρώων ἕως τοῦ χάλκεον οὐρανὸν* (425) *οὐ γράφει. Ἀρίσταρχος μόνον ἀθετεῖ ὡς δέ τις αὖ Τρώων* (420). Causas, quibus commoti veteres ita statuerint, scholiastae silentio praetermiserunt. Quantum augurari licet, Zenodoto longa ista narratio, Aristarcho Troum oratio ad eorum, quae paullo ante leguntur, similitudinem efficta et inanis illa cohortatio offensioni fuerunt. Sed ea ad liquidum perduci posse desperaverim.

V. 405. In Veneto haec male seiungi alia demonstrant, vid. 7, 272. et Eustath. 1112, 7.

V. 408. Ab omnibus fere, Veneto excepto, τόγε solet edi, idque agnoscit Eustath. 1112, 8.: τόγε ἤγουν τοῦτο. Neque τόδε, vaticinio olim iam cum Achille communicato, erit aptum.

V. 411. Vindob. quinto nullus alias adstipulatur, recte quidem. Licet enim dicere utrumque eo discrimine, quod genitivus aliorum adhibetur comparationi, vid. 5, 378. 17, 584. 22, 233., nominativus rem ita esse simpliciter affirmat, ut infra v. 685.

V. 414. Hunc versum originis spuriae damnat Heynius, ut ad aliorum similitudinem excusum, vid. 2, 271. 3, 297, 319. 4, 85. 7, 178, 201. 22, 372.

V. 415. Eustath. 1112, 33 *ἡμὶν εὐκλεὶς*, numeris longe aptissimum, veterum iudicio comprobavit, aliis aliarum dialectorum formis admotis, vid. Etym. M. 84, 14 sqq. Buttm. in gr. ampl. §. 72. annot. 17 sqq. et libell. meum de prosod. Gr. §. 34.

V. 418. Comparativam, quae olim adfuit, minus quadrare facile intelligitur, vid. Il. 3, 41. Od. 20, 316. Quibus ut nostra concinerent, Bentleius et Köppenius pro tempore finito ἢ τοῦτον *Τρώεσσι μεθησέμεν* restituendum putarunt: „*nobis multo*

Ὦ φίλοι, οὐ μὰν ἦμιν ἐϋκλεὲς ἀπονέεσθαι
νῆας ἔπι γλαφυράς· ἀλλ' αὐτοῦ γαῖα μέλαινα
πᾶσι χάνοι· τό κεν ἦμιν ἄφαρ πολὺ κέρδιον εἴη,
εἰ τοῦτον Τρώεσσι μεθήσομεν ἱπποδάμοισιν
ἄστυ πότι σφέτερον ἐρύσαι, καὶ κῦδος ἀρέσθαι.
Ὥς δέ τις αὖ Τρώων μεγαθύμων αὐδήσασκεν·
ὦ φίλοι, εἰ καὶ μοῖρα παρ' ἀνέρι τῷδε δαμῆναι
πάντας ὁμῶς, μήπω τις ἐρωείτω πολέμοιο.
Ὥς ἄρα τις εἶπεσκε, μένος δ' ὄρσασκεν ἑκάστου,
ὣς οἱ μὲν μάρναντο· σιδήρειος δ' ὀρυμαγδὸς

in Cer. v. 253. — V. 420. ὧδέ τις αὖ Τρ. Vind. ed. ol. vulgo. — V. 423. τις τ' εἶπ. V. H, ὥρσασκεν V. Vind. quint. — Ib. ἑταίρου Eustath. 1112, 37. Rom. nunc vulgo et W.

*satius esset illico occumbere, quam hunc Troianis equestribus permittere.*" Qui Iliadem Homericam in linguam Latinam transtulerunt, ii duplicem particulam ἦ εἰ τοῦτον Τρ. μεθ. vel legerunt, vel certe expresserunt utramque. Neque ab iis dissensit Vossius, cuius interpretationi lucem affundunt ea demum, quae ad hymn. Hom. in Cer. l. all. commentatus est. Sed libri, quantum investigare potui, una particula sunt contenti. Heynius ergo, conditionali cum voto antea nuncupato commissa, verba τό κεν — — — κέρδιον εἴη parenthesi includit, singula ita interpretatus: „*terra potius ima nobis dehiscat (id quod longe satius foret), si hunc permiserimus Troianis.*" At sic quoque orationem paullo horridius et praefractius incedere ipse perspicit. Quare vix dubitaverim, quin Wolfius ex Harlei. Ven. et aliis merito reduxerit εἰ τοῦτον Τρ. μ. ἱππ. Hoc enim modo Menelaus dicet: ea lege omnibus mortem esse expetendam et turpi vitae praeferendam, si, Patroclo relicto, in fugam fuerint coniecti, vid. Od. 20, 331 sq. et Eustath. 1112, 22.

V. 423. Augmentum libri alii praecidunt, alii addunt; id vero, quum raro admodum eius generis aoristis praefigatur, vid. Matth. gr. Gr. §. 199. Spohn. de extr. part. Od. 165 sq., erat omittendum. Plus controversiae clausula movet, in qua ἑκάστου, librorum omnium assensu tutum, Heynius restituit. Quod qui mutarunt, singula quaeque, ubi res in angusto sane loco agatur, ab omnibus percipi potuisse negarunt. Nec vero opus est ad eos, qui procul steterint, respicere: satis enim fuit animos eorum, qui Patrocli corpus ab hostium iniuria et contumelia salvum et sospes cuperent, ad virtutem accendere. Itaque ἑκάστου, libris accedentibus, revocavi cf. 2, 451. 5, 470, 792. 6, 72. 11, 291. 13, 155. 15, 288, 500, 514, 667, 701. 16, 210, 275. Si quis autem ἑταῖρον anteferendum iudicaverit, ei certe pluralis erit adoptandus propterea, quod singularis unum et eum notum solet denotare, velut 8, 125. 13, 211, 419. 15, 404, 651. 17, 459, 532. 18, 317. 19, 210. 20, 29. 23, 18, 37.

χάλκεον οὐρανὸν ἶκε δι' αἰθέρος ἀτρυγέτοιο.
Ἵπποι δ' Αἰακίδαο μάχης ἀπάνευθεν ἐόντες
κλαῖον, ἐπειδὴ πρῶτα πυθέσθην ἡνιόχοιο
ἐν κονίῃσι πεσόντος ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο.
ἦ μὰν Αὐτομέδων, Διώρεος ἄλκιμος υἱός,
πολλὰ μὲν ἆρ μάστιγι θοῇ ἐπεμαίετο θείνων,
πολλὰ δὲ μειλιχίοισι προσηύδα, πολλὰ δ' ἀρειῇ·
τὼ δ' οὔτ' ἂψ ἐπὶ νῆας ἐπὶ πλατύν Ἑλλήσποντον
ἠθελέτην ἰέναι, οὔτ' ἐς πόλεμον μετ' Ἀχαιούς·
ἀλλ' ὥστε στήλη μένει ἔμπεδον, ἥ τ' ἐπὶ τύμβῳ

V. 425. ἦκε Stobaeus in Eclog. I, 23, p. 421. — V. 429. Αὐτομέδων γε Διώρ. libri pauci. — V. 431. ἀριῇ Apoll. in Lex. 161, male. — V. 432. ἄψ ἔτι νῆας Bothii coniectur. — V. 435. εἰστήκει Vind. ed. et ol. vulgo, ἑστήκει W. et nunc vulgo. — V. 436. ἔχοντε Harl. cum paucis. — V. 437. ἐνισκιψαντε V.

V. 425. Ἦκε commune et ἶκε Homericum aetatis inferioris grammatici saepe commiscuerunt. Hoc igitur tenent eruditiores, velut auct. vit. Homer. 199. et Eustath. 1112, 40 sqq.: ὅτι καὶ ἀστεῖον καὶ ποιήσει πρέπον τὸ „σιδήρειος δ' ὀρυμαγδὸς Χάλκεον οὐρανὸν ἶκε δι' αἰθέρος ἀτρυγέτοιο" λέγοντος τοῦ ποιητοῦ, ὡς ὁ τοῦ κατὰ μάχην σιδήρου κτύπος εἰς τὸ τοῦ οὐρανοῦ χαλκοῦν ἦλθε σῶμα, ὅπερ ἐν ἄλλοις ἀπεριφράστως προφέρων εἶπεν· „αὐτὴ δ' οὐρανὸν ἶκεν (Il. 2, 153. 12, 338). Quibus vitium inveteratum a nemine, quantum scio, detectum insidet: clamorem enim ferreum in coeli aedes sive sedem (δῶμα) nec corpus pervenisse videre in promptu est. Nec quisquam semel monitus emendationi certissimae obloquetur.

V. 429. Homerus primam nominis Διώρης constanter producit, vid. 2, 622. 4, 517. 17, 474.: abstinendum igitur erat fulcro inutili.

V. 432. Bothius praepositionem duplicem, quae iam Barnesio fuit suspecta, Homeri copiae inimicam ratus ex Il. 7, 217. Od. 17, 460 ἄψ ἔτι νῆας proposuit. At equi ad naves et ad Hellespontum redire noluerunt, neque unquam aliter scribit poeta, cf. 15, 233. 18, 150. 23, 2. 24, 236.

V. 435. Ex Aristarchi praecepto schol. ad Od. 1, 1. p. 8. ἑστήκει, vid. ad 4, 329. Coniunctivum ἑστήκῃ sermonis leges exigere vidit Hermann. in Opusc. II, 43 sq., cui morem gessi. Versu superiore schol. ad Od. εἶτ' ἐπὶ τύμβῳ perperam tradit.

V. 436. Numerorum ambiguitas toties animadversa Harleianum incessit, repugnantibus V. Vindd. et Eust. 1113, 6.

V. 437. Non origine aut potestate, sed specie et dialecto ἐνσκίμπτω et ἐνσκήπτω differre, Apollonii et Homeri testimoniis fretus, ad 16, 612. breviter significavi, add. Brunck. ad Apoll. Arg. III, 765. Illud epicorum fuisse Eustath. 1114, 16. consentit: σκίμψαι δὲ καὶ νῦν μετὰ τοῦ μ̄, ὡς καὶ πρὸ ὀλίγου. ἔστι δέ

Digitized by Google

435 ἀνέρος ἑστήκῃ τεθνηότος ἠὲ γυναικός·
ὡς μένον ἀσφαλέως περικαλλέα δίφρον ἔχοντες,
οὔδει ἐνισκίμψαντε καρήατα· δάκρυα δέ σφιν
θερμὰ κατὰ βλεφάρων χαμάδις ῥέε μυρομένοισιν,
ἠνιόχοιο πόθῳ· θαλερὴ δὲ μιαίνετο χαίτη,
440 ζεύγλης ἐξεριποῦσα παρὰ ζυγὸν ἀμφοτέρωσε.
μυρομένω δ' ἄρα τώγε ἰδὼν ἐλέησε Κρονίων,
κινήσας δὲ κάρη προτὶ ὃν μυθήσατο θυμόν·
Ἆ δειλώ, τί σφῶϊ δόμεν Πηλῆϊ ἄνακτι
θνητῷ, ὑμεῖς δ' ἐστὸν ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε.

ἐνισκήψαντε Vind. ol. vulgo et V. L. ap. Eustath. 1113, 8. — V. 438. μυρομένοιιν H. cum paucis. — V. 439. ποθῇ Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 440. περι ζυγον V. — Ib. ἀμφοτέροισι Vind. ed. ol. vulgo et V. L. ap. Eust. 1113, 11. ἀμφοτέρωθεν V. Harl. W. — V. 442. ποτι V. —

πως ὅμοιον τῷ χρίμψαι. — ὅτι δὲ ἀπὸ τοῦ σκιμπτειν καὶ ὁ σκίμπους γίνεται, εἴρηται ἀλλαχοῦ (1077, 64. Lobeck. ad Phryn. 62 sq.). εἰ δὴ καὶ κρεῖττον γρίφειν ἐνισκίμψαντε, ᾧ δὴ λόγῳ καὶ ἄγκυρα παρὰ Πινδάρῳ σκίμπτειται (Ol. VI, 175). εἰ καὶ μὴ οὕδει τυχόν, ἀλλ' οἶν (fort. ἀλλὰ μόνον) ἅμμῳ ἐν τῷ καθίεσθαι, ὅμως οὐκ ἀπῳδόν ἐστιν οὐδὲ τὸ ἐνισκίψατε (corr. ἐνισκήψατε), ᾧ συγγενὲς τὸ κατασκήψατε. Hoc quidem Herodotus et Attici delectantur, vid. Herod. I, 105. IV, 79. VIII, 39. Valckenaer. ad Eurip. Hippol. 211 sq. Confinia utriusque parum discreta librariorum incuria crebro permiscuit, ex quo triplicem Nicandri formam ad unam eandemque legem exigendam esse licet colligere, vid. Ther. 140, 336, 724 μάλκη ἐνισκίμπτουσα κατήριπεν ἴχματα γούνων. Similis inconstantia ex Apollonii scholiis ad Arg. III, 153, 765. est tollenda. Contra lexicographis, varias dialectos perscrutatis, utrumque erat commemorandum, vid. Zonar. 745., cll. 749.

V. 438. Duali, e quattuor libris ab Heynio recepto, plerique obstant cum Eustathio 1113, 9.

V. 439. Promiscue dici Homero πόθον et ποθὴν ad 14, 368. admonui. Illi, in Iliade nonnisi semel reperto, meliores addunt fidem, velut Vind. quint. Lips. Ven. et Eustath. 1113, 10.

V. 440. Voce postrema seclusa, integer adest 19, 406. Qui nobis indicio esse debet Veneto περὶ ζυγὸν falso esse illatum. Nec magis certa et explorata sunt proxima, triplici varietate distincta. Nam ἀμφοτέροισιν, ἀμφοτέρωθεν et ἀμφοτέρωσε fluctuant. Primum horum tenent editiones communes, alterum Wolfius, tertium, quod in Vindob. quinto et aliis quibusdam cernitur, Heynius probat. Potestate igitur eligendi facta, medium et quasi ex utroque temperatum ἀμφοτέρωσε praetuli. Primum enim rei optime concinit, vid. Eustath. l. all. et 19, 406., deinde ex eo duo alia oriri potuerunt, ad postremum Vindob. quint., qui hanc lectionem habet, optimae est notae,

οὐ γάρ πως ἦν οἷον ἐόνθ' ἱερῷ ἐνὶ δίφρῳ
ἔγχει ἐφορμᾶσθαι, καὶ ἐπίσχειν ὠκέας ἵππους.
ὀψὲ δὲ δή μιν ἑταῖρος ἀνὴρ ἴδεν ὀφθαλμοῖσιν
Ἀλκιμέδων, υἱὸς Λαέρκεος Αἱμονίδαο·
στῆ δ' ὄπιθεν δίφροιο, καὶ Αὐτομέδοντα προσηύδα·
Αὐτόμεδον, τίς τοί νυ θεῶν νηκερδέα βουλὴν
ἐν στήθεσσιν ἔθηκε, καὶ ἐξέλετο φρένας ἐσθλάς;
οἷον πρὸς Τρῶας μάχεαι πρώτῳ ἐν ὁμίλῳ
μοῦνος· ἀτάρ τοι ἑταῖρος ἀπέκτατο· τεύχεα δ' Ἕκτωρ
αὐτὸς ἔχων ὤμοισιν ἀγάλλεται Αἰακίδαο.
Τὸν δ' αὖτ' Αὐτομέδων προσέφη, Διώρεος υἱός·
Ἀλκίμεδον, τίς γάρ τοι Ἀχαιῶν ἄλλος ὁμοῖος
ἵππων ἀθανάτων ἐχέμεν δμῆσίν τε μένος τε,

V. 464. ἰόνθ' ἱερῷ Vind. ed. et editt. antiqq. — V. 465. ἐπισχεῖν editt. antiqq. — V. 475. τίς τ' ἄρ τοι Harl. — V. 478. νὺν δ' αἰ θάνατος V. Vind. ol. vulgo et H. — Ib. κάλυψεν Vind.

spretum, sed grammaticorum praeceptis et Il. 23, 198. stabilitum, curarunt refingendum, vid. Wolf. praefat. ed. nov. p. 51.

V. 464. Homeri manum acute instauravit Stephanus: nam verbum εἶμι et meliores libri excludnnt et Eustath. 1114, 55. respuit, eique Rom. recte accedit, vid. 11, 103.

V. 465. Praesens Herodianus et Aristarchus adsciverunt, aoristum, ab editis plerisque repetitum, Ptolemaeus Ascalonita probavit. Illud praecedentibus accommodatius esse facile intelligas.

V. 475. Vid. ad 1, 8.

V. 478. Quinque Heynii libri, quibus particula αἰ sola satisfacit, e melioribus sunt, vid. ad 7, 345. Sub finem κιχάνει et plurimorum est et aliis locis firmatur, ut v. 672. 22, 303. In Vindobonensem et duos alios κάλυψεν ex Il. 12, 116. invectum est.

V. 481. Heynius utrum βοὴ θοὸς an βοηθόος Homericum sit, prolixa quaerit disputatione. Equidem quo plures ab Aristarchi parte stant, eo lubentius composito habui fidem, vid. ad 13, 477. et Wolf. in praef. edit. nov. p. 43.

V. 484. Aeneam vel prope stantem vel accedentem compellare potuit Hector, vid. ad 4, 496. Illi vero libri adspirant.

V. 488. Achillis equi aurigis imperitioribus commissi Hectorem in spem adducunt, fore, ut iis potiatur. Hac de causa τῷ κεν ἐλπόμην non improbaverim, quanquam Eustath. 1115, 38. sic disserit: τῷ κεν ἤγουν οὕς ἄν ἐλπόμην αἱρησέμεν, εἰ σύγε σῷ θυμῷ ἐθέλεις. Nam accusativus, cuius nullum alibi exstat vestigium, de poetae more facile poterit suppleri.

Digitized by Google

εἰ μὴ Πάτροκλος, θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος,
ζωὸς ἐών; νῦν αὖ θάνατος καὶ μοῖρα κιχάνει·
ἀλλὰ σὺ μὲν μάστιγα καὶ ἡνία σιγαλόεντα
δέξαι, ἐγὼ δ' ἵππων ἀποβήσομαι, ὄφρα μάχωμαι.
"Ως ἔφατ'· Ἀλκιμέδων δὲ βοηθόον ἆρμ' ἐπορούσας
καρπαλίμως μάστιγα καὶ ἡνία λάζετο χερσίν·
Αὐτομέδων δ' ἀπόρουσε. νόησε δὲ φαίδιμος Ἕκτωρ·
αὐτίκα δ' Αἰνείαν προσεφώνεεν ἐγγὺς ἐόντα·
Αἰνεία, Τρώων βουληφόρε χαλκοχιτώνων,
ἵππω τώδ' ἐνόησα ποδώκεος Αἰακίδαο
ἐς πόλεμον προφανέντε σὺν ἡνιόχοισι κακοῖσιν.
τῷ κεν ἐελπόμην αἱρησέμεν, εἰ σύγε θυμῷ
σῷ ἐθέλεις· ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐφορμηθέντε γε νῶϊ

un. — V. 481. *βοῇ θοὸν* H. et all. — V. 484. *ἰόντα* Vind. quint. — V. 488. *τώ κεν ἐελπ.* Rom. Eustath. 1115, 38. — V. 489. *νῶιν* Vind. ed. Rom. et ol. vulgo. —

V. 489. Et scripti et editi *νῶιν* propagarunt. Verum dativo reliquis parum concinente, ii ipsi, qui sic legerunt, *νῶιν* pro quarto casu habuisse videntur. Eustath. 1115, 56 *νῶϊ*, ex uno libro praeterea erutum, explicat hisce: *ὅρα δὲ καὶ τὸ οὐκ ἂν ἐφορμηθέντε νῶϊ, ἤγουν ἡμᾶς ἢ ἡμεῖς, τλαῖεν μαχέσασθαι, καὶ νῦν σχῆμα ὂν, ὁποῖόν τι πρὸ τούτων, ἐν τῷ „νῶϊ γηθήσει προφανεῖσα ἀνὰ πτολέμου γεφύρας“* (8, 377), *καὶ εἰσὶ χρήσιμα καὶ ὧδε τὰ ῥηθέντα ἐκεῖ.* Heynius de iisdem ita disserit: „in verbis *οὐκ ἂν τλαῖεν ἐναντίβιον μαχέσασθαι* subiectum sunt *οἱ ἡνίοχοι κακοί* v. 487., adoriri hos vult Hector cum Aenea: non vero locum habet, ut isti *κακοὶ ἡνίοχοι* vix loco stantes adoriantur Hectorem et Aeneam ipsi, *ἐφορμηθέντε νῶϊν*. Necesse est *ἐφορμηθέντε νῶϊ* legi: non audebunt illi loco stare, nobis irruentibus: ut sint nominativi absoluti pro *ἐφορμηθέντων ἡμῶν*.“ Tum Eustathium, qui rationem grammaticam non perspexerit, et Ernestium studet refellere. Illi Heynii interpretationi assentiuntur Wolfius, Vossius et Bothius, qui ad Il. 3, 211. et 5, 245. provocat. Verum enim vero ratio ista, nominativis in medio collocatis, dura sane et aspera vix potest probari. Itaque haud scio, an Ernestius et interpretes Latini, quibus librorum interpunctio adest, accusativum rectius iunxerint cum eo casu praecedente. Licet enim *τλαῖεν* et cum nomine sociare, vid. 5, 395., et cum verbi subsequentis infinitivo et cum temporis particula, vid. Il. 3, 306. 4, 94. Od. 5, 178. 10, 343. 11, 376., cll. Il. 5, 385, 392. Nomini vero praeposito ad rem magis declarandam et certius describendam infinitivus sic submittitur, ut particulam *ὥστε* soleat sequi. Ultima igitur priorum facient *ἐπεξήγησιν* et sensus erit is fere: *neque enim irruentes sustinuerint, ita ut pugnam apertam nobiscum sint inituri*, vid. 10, 451. 20, 85, 130. 21, 477.

τλαῖεν ἐναντίβιον στάντες μαχέσασθαι Ἄρηϊ.
Ὣς ἔφατ· οὐδ' ἀπίθησεν ἐὺς πάϊς Ἀγχίσαο.
τὼ δ' ἰθὺς βήτην βοέῃς εἰλυμένω ὤμους
αὔῃσι, στερεῇσι· πολὺς δ' ἐπελήλατο χαλκός.
τοῖσι δ' ἅμα Χρομίος τε καὶ Ἄρητος θεοειδὴς
ἤϊσαν ἀμφότεροι· μάλα δέ σφισιν ἔλπετο θυμὸς
αὐτώ τε κτενέειν, ἐλάαν τ' ἐριαύχενας ἵππους·
νήπιοι· οὐδ' ἄρ' ἔμελλον ἀναιμωτί γε νέεσθαι
αὖτις ἀπ' Αὐτομέδοντος. ὃ δ' εὐξάμενος Διὶ πατρὶ
ἀλκῆς καὶ σθένεος πλῆτο φρένας ἀμφιμελαίνας.
αὐτίκα δ' Ἀλκιμέδοντα προσηύδα, πιστὸν ἑταῖρον·
Ἀλκίμεδον, μὴ δή μοι ἀπόπροθεν ἰσχέμεν ἵππω
ἀλλὰ μάλ' ἐμπνείοντε μεταφρένῳ. οὐ γὰρ ἔγωγε
Ἕκτορα Πριαμίδην μένεος σχήσεσθαι ὀΐω,
πρίν γ' ἐπ' Ἀχιλλῆος καλλίτριχε βήμεναι ἵππω
νῶϊ κατακτείναντα, φοβῆσαι δὲ στίχας ἀνδρῶν
Ἀργείων, ἤ κ' αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισιν ἁλοίη.

V. 491. ἐὺς παῖς W. et nunc vulgo. — V. 492. εἰλημμένω Vind. ed. εἰλυμμένω Ald. sec. et all. — V. 494. τοις δ' ἅμα V., male. — V. 497. ἀναιμωτεί Vind. quint. — V. 499. ἀμφὶ μελ. H. — V. 501. ἵππω Harl. — V. 502. μεταφρένου Vind. un., male. — V. 504. πρὶν γ' ἐπ' Ἀχ. V. — V. 505. φοβῆ-

V. 491. Diaeresis, ab omnibus libris probata, legitima est, vid. Excurs. VI. p. XIV.

V. 492. Vocalis sola metro congruit, vid. ad 12, 286. et Eustath. 1115, 63.

V. 497. Vid. ad v. 363.

V. 499. Cf. ad v. 83.

V. 501. Duali ex Harl. et aliis locum concessit Heynius, cui obstant V. Vindd. et plurimi.

V. 502. Casum tertium ac quartum profert Eustath. 1116, 11.: ὅτι μάλα ἐμπνέειν ἵππους μετάφρενον ἢ μεταφρένῳ φησὶ τοὺς ἐγγιστα ἀκολουθοῦντας, καθὰ καὶ ἐν ἄλλοις, οἱ δὲ τοιοῦτοι καὶ οὐ καταπνέειν λέγονται, vid. 23, 380. In Vindobon. uno μεταφρένῳ fuit; novit igitur idem, cuius Eustathius est recordatus.

V. 505. Redii ad adversativam, quae et in libris obtinet et in editionibus priscis, probatam a schol. Victor: φοβῆσαι δέ· διὰ τοῦ δέ, οὗ τε. Duo enim diversa Hectoris fortitudine et audacia exsequenda proponit Autonous.

V. 506. Eustath. 1116, 15., ut Lipsiensis vult, καὶ apostropho decurtatum putat, minus recte. Mox ἁλοίη fuit in Harl.

Ὣς εἰπὼν Αἴαντε καλέσσατο καὶ Μενέλαον·
Αἴαντ', Ἀργείων ἡγήτορε, καὶ Μενέλαε,
ἤτοι μὲν τὸν νεκρὸν ἐπιτράπεθ' οἵπερ ἄριστοι
ἀμφ' αὐτῷ βεβάμεν, καὶ ἀμύνεσθαι στίχας ἀνδρῶν·
νῶϊν δὲ ζωοῖσιν ἀμύνετε νηλεὲς ἦμαρ.
τῇδε γὰρ ἔβρισαν πόλεμον κάτα δακρυόεντα
Ἕκτωρ Αἰνείας θ', οἳ Τρώων εἰσὶν ἄριστοι.
ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται.
ἤσω γὰρ καὶ ἐγώ· τὰ δέ κεν Διὶ πάντα μελήσει.
Ἦ ῥα, καὶ ἀμπεπαλὼν προΐει δολιχόσκιον ἔγχος,
καὶ βάλεν Ἀρήτοιο κατ' ἀσπίδα πάντοσ' ἴσην·
ἡ δ' οὐκ ἔγχος ἔρυτο, διαπρὸ δὲ εἴσατο χαλκός·
νειαίρῃ δ' ἐν γαστρὶ διὰ ζωστῆρος ἔλασσεν.
ὡς δ' ὅτ' ἂν ὀξὺν ἔχων πέλεκυν αἰζηΐος ἀνὴρ,
κόψας ἐξόπιθεν κεράων βοὸς ἀγραύλοιο,
ἶνα τάμῃ διὰ πᾶσαν, ὃ δὲ προθορὼν ἐρίπῃσιν·
ὣς ἄρ' ὅγε προθορὼν πέσεν ὕπτιος· ἐν δέ οἱ ἔγχος

σαί τε στ. ἀνδρῶν V. Vind. quint. W. et H. — V. 506. ἦ κ' αὐτὸς Lips. — Ib. ἄλφῃ Vind. ed. V. ol. vulgo et H. — V. 509. ὅσσοι ἄρ. Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 518. δ' ἐείσατο Both. — V. 520. αἰζηὸς editt. antiqq. — V. 522. ἵνα τάμεν Etym. M. 471, 15.

et Vind. quinto, vid 9, 592. 14, 81. Od. 54, 183. 15, 300, cll. Il. 22, 253. et Thiersch. gr. Gr. §. 232, 16.

V. 509. Usitatum οἵπερ ἄριστοι e libris et Eustath. 1116, 19. cui Romana paruit, nunc restituerunt.

V. 515. Vid. Etymol. M. 422, 30.

V. 518. Ἐείσατο et κατειέσατο, Homero quidem ignota et indicta, sed a recentioribus quibusdam excogitata, Bothio mirifice placuerunt, conf. ad 11, 358. et 4, 138. 5, 538.

V. 520. Atticorum dialectus et sermo communis trisyllabum, numeris infestum, pepererunt. Scienter et bene rem administrant Vindd. V. all. et Eustath. 1116, 50, cll. 1117, 2.

V. 522. Corruptelae, quae Etymologicum Magnum inquinarunt, aliorum ope sine ullo negotio eximentur, vid. Eustath. 1116, 51. Etym. Gud. 278, 50, quanquam in hoc mendosius etiam ἵνα τάμῃς fertur. Nam in lexicis veterum duo et origine et genere diversa a librariis parum diligentibus, ut opinor, sunt commixta, ἵνα particula, et ἶνα quartus casus, ad nominativum ἴς referendus. Error iste, ut fit, ad alios plures transiit, velut ad Phavor. 942, 43 sqq. Utrumque recte distinguit Eustath. 723, 54. sqq., cll. 1117, 4.

νηδυΐοισι μάλ' ὀξὺ κραδαινόμενον λύε γυῖα.
Ἕκτωρ δ' Αὐτομέδοντος ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ·
ἀλλ' ὃ μὲν ἄντα ἰδὼν ἠλεύατο χάλκεον ἔγχος·
πρόσσω γὰρ κατέκυψε· τὸ δ' ἐξόπιθεν δόρυ μακρὸν
οὔδει ἐνισχίμφθη, ἐπὶ δ' οὐρίαχος πελεμίχθη
ἔγχεος· ἔνθα δ' ἔπειτ' ἀφίει μένος ὄβριμος Ἄρης.
καί νύ κε δὴ ξιφέεσσ' αὐτοσχεδὸν ὁρμηθήτην,
εἰ μή σφω' Αἴαντε διέκριναν μεμαῶτε,
οἳ ῥ' ἦλθον καθ' ὅμιλον, ἑταίρου κικλήσκοντος.
τοὺς ὑποταρβήσαντες ἐχώρησαν πάλιν αὖτις

V. 524. νηδυΐοισι Vind. ed. ol. vulgo et H. — V. 529. ἐνθάδ' ἔπ. Vind. ed. Ald. sec. ol. vulgo et H. — V. 530. ὡρμηθήτην Vind. ed. ol. vulgo et H. — V. 531. σφω Αἴαντε editt. antiqq. ol. vulgo et Both. σφῶ Αἴ. H. — Ib. μεμαῶτας Vind. un. — V. 533. τοὺς δ' ὑποταρβ. Vind. ed. et ol. vulgo, τοίγ' ὑπο-

V. 524. Vel νηδυΐοισι vel νηδύοισι, ῑ extrito, olim adfuit. Atque illud quidem plurimi et scripti et impressi sequuntur, hoc tenent Apoll. in Lex. 475, Flor. Aldd. Eustath. 1117, 6: νηδυΐα δὲ τὰ ἐντόσθια, ὅ ἐστι τὰ κατὰ νηδὺν σπλάγχνα, ἅπαξ ἐνταῦθα εἶπεν ὁ ποιητής, ἃ τρισυλλάβως ἕτεροι νήδυα γράφουσι. ταῦτα δὲ καὶ ἐνδινά φησιν ὁ ποιητής, vid. 23, 806. Sed ad numerorum integritatem vocalis utraque colliquescit.

V. 528. Libri iterum discordes ἐνισχήφθη, ἐνὶ σκίφθη, et ἐνισχίμφθη, quod omnium optimum est, vid. ad v. 437, scribunt, add. Apoll. Lex. 266. Il. 16, 612 sqq. et 13, 444 sqq., ubi proxima iam adfuerunt.

V. 529. Particulas disiungendas esse acute vidit Wolfius: nam ἐνθάδε, cum altero saepe confusum, nec sententiae nec verbis convenit. Heynius et Bentleius tres versus, quod supra sunt lecti, litura putant inducendos.

V. 530. Augmentum a pluribus fuit praefixum, sed eo caret Il. 5, 12, quo indicium de hoc loco redditur incertum. In plurali ὥρμήθησαν legitimum est, ut 10, 359. 13, 496, 526. 23, 817. Od. 10, 214. Eustath. quid habuerit, parum constat; ille enim 1117, 9. sic disserit: Αὐτομέδοντα οὖν καὶ Ἕκτορα αὐτοσχεδὸν ὁρμηθέντας διέκριναν Αἴαντες οἱ πρὸ βραχέων κληθέντες εἰς ἄμυναν. Simillimus est 7, 273.

V. 531. Heynius, quod σφῶ ex certa grammaticorum observatione, veluti schol. A. ad Il. 10, 546, personae sit alterius, σφῶ a se restitutum dicit. Illum si evolveris, contrarium plane praecipi videbis, ait enim: τὸ ῥῆμα ἀπὸ τοῦ π ἄρχεται, καὶ ἡ σφωὲ τρίτου προσώπου ἐγκλιτική ἐστι, σημαίνουσα τὸ αὐτούς „τίς τ' ἄρ σφωε θεῶν" (Il. 1, 8), „ἀλλά σφωε δόλος καὶ δεσμός" (Od. 8, 317)· ὥστε οὐκ οἶδεν ὁ ποιητὴς οὐδὲ μονοσύλλαβον τὴν σφώ, εἰ μή ποτε ὀρθοτονεῖται καὶ δευτέρου προσώπου ἐστὶ καὶ σημαίνει τὸ ὑμεῖς ἢ ὑμᾶς· „σφὼ δὲ μάλ' ἤθελετον" (Il. 11, 782). ἔνθα οὖν οἱ

Ἕκτωρ Αἰνείας τ' ἠδὲ Χρομίος θεοειδὴς·
ἄρητον δὲ κατ' αὖθι λίπον, δεδαϊγμένον ἦτορ,
εἱμένον· Αὐτομέδων δέ, θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηϊ,
τεύχεά τ' ἐξενάριξε, καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα·
Ἦ δὴ μὰν ὀλίγον γε Μενοιτιάδαο θανόντος
κῆρ ἄχεος μεθέηκα, χερείονά περ καταπέφνων.
Ὣς εἰπὼν, ἐς δίφρον ἑλὼν ἔναρα βροτόεντα
θῆκ'· ἂν δ' αὐτὸς ἔβαινε, πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν
αἱματόεις, ὥς τίς τε λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδώς.
Ἄψ δ' ἐπὶ Πατρόκλῳ τέτατο κρατερὴ ὑσμίνη,

ταρβ. H. — V. 535. δεδαϊγμένοι ἦτορ Both. ex Heynii coniectura. — V 537. εὐχόμενον ἔπος Ald. sec. — V. 538. δαμέντος Harlei. — V. 541. ἀτὰ δ' αὐτὸς ἔβη H. cum uno Vindob. —

ἀκριβέστερον αὐτὰ παραφυλάξαντες ἐκθλῖψιν δεδώκασι τοῦ ε ἐν τῷ „εἰ μή σφω Αἴαντε διάκριτον" (Il. 17, 351), ἵνα τὸ διηνεκὲς φυλαχθῇ. ἡ διπλῆ δέ, ὅτι Ζηνόδοτος γράφει σφῶϊ· τοῦτο δὲ τίθεται ἀντὶ τοῦ ὑμεῖς ἢ ὑμᾶς, ὧν οὐδέτερον ἁρμόζει, τὸ δὲ σφωί· ἔστι γὰρ αὐτὸ τοις δύο. Iis vero alios, velut Etym. M. 739, 20. 314, 21. Gudian. 518, 15. et Apoll. de pronom. 373, 6, si accentum vel mutaveris vel ejeceris, consentire in propatulo est: nam σφὼ monosyllabum Antimachi neque Homeri fuisse testatur Apollonius, add. Buttmann. in gr. ampl. §. 72, annot. 5. Quare ne Bothius quidem, apostropho sublato, Homeri normae et legi a veteribus sancitae bene consuluit.

V. 533. Nec demonstrativo neque adversativae locus esse potest idoneus. Recte igitur fulcro inutili et molesto carent Vind. quint. Harl. Ven. alii et schol. A.

V. 535. Aretum ex vulnere ventri inflicto exspirasse supra dictum est. Qua re inducti Heynius ac Bothius δεδαϊγμένοι ἦτορ, cll. Od. 13, 320, melius iudicarunt. Sed ferrum ventri immissum praecordia rumpere potuit, ac non libri solum, verum alii etiam testes, ut Etymol. M. 140, 37, illi coniecturae adversantur. Male vero illic fertur δέ κε αὖθι λίπον, cui Barnes., suopte ingenio repertum, γρ. καταὐθι apposuit, vid. ad 10, 273.

V. 537. Aldina mendum, operarum negligentia inductum, poeta ipse refutat, vid. 10, 461. 11, 379. 13, 619. 14, 500. 20, 424. 21, 183.

V. 539. Schol. A. apud Bekkerum: καταπέφνων· Ἀρίσταρχος ὡς τέμνων, quo alios tangit, propter aoristi formam participium accentes, vid. ad 16, 827.

V. 542. Praepositionem vel lonum more a verbo separatam dicunt, vel taurum leonis dentibus discerptum tmesi ista quasi depingi, vid. Apollon. de synt. IV, 3, 311. Gregor. Corinth. de dialect. Ion. §. 50, p. 449, auct. de poes. Hom. p. 180. et

ἀργαλέη, πολύδακρυς· ἔγειρε δὲ νεῖκος Ἀθήνη
 οὐρανόθεν καταβᾶσα· προῆκε γὰρ εὐρύοπα Ζεὺς
ὀρνύμεναι Δαναούς· δὴ γὰρ νόος ἐτράπετ' αὐτοῦ.
ἠΰτε πορφυρέην ἶριν θνητοῖσι τανύσσῃ
Ζεὺς ἐξ οὐρανόθεν τέρας ἔμμεναι ἢ πολέμοιο
ἢ καὶ χειμῶνος δυσθαλπέος, ὅς ῥά τε ἔργων
ἀνθρώπους ἀνέπαυσεν ἐπὶ χθονί, μῆλα δὲ κήδει·
ὣς ἡ πορφυρέη νεφέλη πυκάσασα ἑ αὐτὴν
δύσετ' Ἀχαιῶν ἔθνος, ἔγειρε δὲ φῶτα ἕκαστον.

V. 545. προέηκε Steph. — V. 546. τῇ γὰρ νόος Bothius. — V. 547. τανύσσει Plutarch. de placit. philosoph. III, 5. [II. p. 894. B.] — V. 549. δυσταρπεος V. — V. 550. ἀνθρώπους δὲ ἔπ. schol. Theocr. ad Id. IV, 10. ἀπέπαυσεν schol. ad Pindar. Pyth. IV, 268. — V. 551. ἑαυτὴν Vind. ed. V. ol. vulgo. —

schol. Victor. ita disserentem: ἡ διακοπὴ τῆς λέξεως τὸν εἰς πολλὰ διεσπασμένον παρέστησε ταῦρον, οὐ τοῦ μέτρου ἀπαιτοῦντος· παρὴν γὰρ φάναι ταῦρον κατεδηδώς, καὶ Ἀνακρέων „διὰ δέρην κόψε μίαν, καὶ δὲ λῶπος ἐσχίσθη", sed vid. dissertat. de vi et usu praepositionum ἀνὰ et κατὰ apud Hom. §. 11, p. 18. et Hermann. in Opusc. V, 44.

V. 545. Schol. Victor. Ζηνόδοτος ἀθετεῖ. τινὲς οὐδὲ γράφουσι. πῶς γὰρ ἐν τῇ Ἴδῃ ὢν ὁ Ζεὺς αὐτὴν πέμπει, ἡ δὲ οὐρανόθεν κάτεισιν; At Iovem ex Ida monte dudum in Olympum reversum esse Aristarchi schola statuit, vid. ad 16, 432. Ceterum alii diplen eo retulerunt, quod regionem nubibus altiorem οὐρανὸν vocaverit poeta, vid. schol. eundem. Stephano invito excidit προέηκε, quod, etsi poetae admodum est familiare, vid. 4, 398. 5, 290. 10, 388, 563. 15, 255, numeri respuunt; trisyllabo fidem afferunt Il. I, 195, 206. Od. 25, 21.

V. 546. Iupiter in tota hac pugna Troum, socius et vindex, Minervam ad Achivorum exercitum vix potuit dimittere. Hinc Heynius versum nostrum diasceuastae loquaciori tribuendum putat. Eo vero deleto, Minervam venia a Iove impetrata Graecorum animos ad virtutem incitasse nescimus, quod, quum Iupiter poena gravi interposita deos Graecorum et Troum rebus interesse vetuerit, vid. 8, 10 sqq. cll. 15, 72 sqq., vix erat negligendum. Alii Iovis mentem non mutatam, sed in eam proelii partem conversam esse dicunt, cll. 15, 46. Inde nata est Bothii coniectura, quam si commodam et aptam haberem, ad Minervam potius, constantem Graecorum adiutricem, referrem emendando: τῇ γὰρ νόος ἐτράπετ' αὐτῆς sive αὐτῇ. Nec vero ulla opus est medicina: nam Minerva a Iove demissa id certe effecit, ut Patrocli corpus, hostium manibus ereptum, ad Achillis tentorium reportaretur. Ceterum νόος τρέπεται proprie esse accipiundum Od. 7, 263. indicio erit.

V. 547. In coniunctivo libri consentiunt, Eustath. 1117, 34. ad futurum cum Plutarcho aberravit.

πρῶτον δ' Ἀτρέος υἱὸν ἐποτρύνουσα προσηύδα,
ἴφθιμον Μενέλαον· ὃ γάρ ῥά οἱ ἐγγύθεν ἦεν·
εἰσαμένη Φοίνικι δέμας καὶ ἀτειρέα φωνήν·

Σοὶ μὲν δή, Μενέλαε, κατηφείη καὶ ὄνειδος
ἔσσεται, εἴ κ' Ἀχιλῆος ἀγανοῦ πιστὸν ἑταῖρον
τείχει ὕπο Τρώων ταχέες κύνες ἑλκήσωσιν.
ἀλλ' ἔχεο κρατερῶς, ὄτρυνε δὲ λαὸν ἅπαντα.

Τὴν δ' αὖτε προσέειπε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος·
Φοῖνιξ, ἄττα, γεραιὲ παλαιγενές, εἰ γὰρ Ἀθήνη

V. 552. ἤγειρε Vind. quint., male. — V. 553. ἐποτρύνασα Vind. ed. et editt. antiquiss. — V. 558. τείχη ὑπὸ Τρ. libri pauci. — Ib. ἑλκύσουσιν Vind. ed. ἑλκύσσουσι Vind. quint. ἑλκύσωσιν V. St. Clark. ἑλκήσουσιν W. — V. 559. ἔρχευ κρατ. V., male. — V. 560. τὸν δ' αὖτε Rom., male. —

V. 549. Casu, nescio quo, Venet. invasit δυσταρπίος quod vix Graecum, nedum Homericum habuerim, vid. Wolf. in praefat. ed. nov. p. 41. Exspectandum certe fuisset δυστερπής, quemadmodum ἀτερπὴς et ἄτερπος sunt poetae, conf. Il. 19, 354. Od. 7, 279. 10, 124. 11, 94. cl. 6, 285. Hiemis vero naturam δυσθαλπία, i. e. *gelidam*, pluribus persequitur Eustath. 1117, 50 sqq., collato Hesiod. Op. 104., ubi tempus illud accuratius describitur, add. Apollon. Lex. 234.

V. 550. Neque ἀποπαύειν neque ἀναπαύειν poetis est ignotum. Illo quidem Homerus utitur Il. 11, 323. 18, 267. 19, 119. 21, 340, ἀναπαύειν nonnisi semel dictum reperitur. Ut autem ἀποπαύειν proprie significat vi adhibita aliquem cohibere, ita ἀναπαύειν τινὰ labori alicuius finem afferre denotat. Sicut autem hiems rusticorum operi terminum constituit, similiter nox diurno labori modum ponit, unde Apollon. in Arg. IV, 1630. — ἀνὰ δ' ἤλυθεν ἀστὴρ Αὔλιος, ὅς τ' ἀνέπαυσεν ὀιζυροὺς ἀροτῆρας. Hinc ἀναπαύειν et ἀναπαύεσθαι iis praecipue convenit, qui labore fessi quieti et somno se dant, vid. Theocr. Epigr. III, 2. Callimach. Ep. XIV, 1. et hymn. in Dian. 194. Quare ἀνέπαυσε, cui et libri et Eustath. 1117, 37. patrocinantur, bene habet.

V. 551. Brevissime haec schol. Victor. diiudicat: οὐδέποτε οἶδε ὁ ποιητὴς συνθετοὺς ἀντωνυμίας, add. Eustath. 1117, 40. Apollon. de synt. II, 19, 140., de pronom. 362, c. Male igitur in Venet. et editionibus vulgaribus dissocianda coaluerunt.

V. 553. Aoristus, a re absonus, damnatur a plerisque, ut a Venet. et octo Heynii libris.

V. 556. Hunc versum respicit Apollon. in Lex. Hom. 387.

V. 558. Nec de modo nec de verbo satis constat; libri enim aut ἑλκύσουσιν aut ἑλκύσωσιν offerunt, cuius paenultimam natura brevem numeri non patiuntur. Ἑλκέω rarius lectum Harlei. habet, idque Eustath. 1118, 2. explicat hisce: ἐν τούτοις δὲ κεῖται καὶ τὸ ἑλκῆσαι ἐπὶ κυνῶν ἀπὸ ῥήματος περισπωμένου τοῦ ἑλκῶ. λέγει

δοίη κάρτος ἐμοί, βελέων δ' ἀπερύκοι ἐρωήν·
τῷ κεν ἔγωγ' ἐθέλοιμι παρεστάμεναι καὶ ἀμύνειν
Πατρόκλῳ· μάλα γάρ μι θανὼν ἐχεμάσσατο θυμόν.
ἀλλ' Ἕκτωρ πυρὸς αἰνὸν ἔχει μένος, οὐδ' ἀπολήγει
χαλκῷ δηϊόων· τῷ γὰρ Ζεὺς κῦδος ὀπάζει.
Ὣς φάτο· γήθησεν δὲ θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
ὅττι ῥά οἱ πάμπρωτα θεῶν ἠρήσατο πάντων.
ἐν δὲ βίην ὤμοισι καὶ ἐν γούνεσσιν ἔθηκεν,
καί οἱ μυίης θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἐνῆκεν,
ἥτε, καὶ ἐργομένη μάλα περ χροὸς ἀνδρομέοιο,
ἰσχανάᾳ δακέειν, λαρόν τέ οἱ αἷμ' ἀνθρώπου·
τοίου μιν θάρσευς πλῆσε φρένας ἀμφιμελαίνας.

V. 562. ἀπερύκει Lips. — V. 564. ἐπεβασσατο V. ἐχεμάσσατο Vind. uu., ἐχεμάσσετο Barnes. et all. — V. 569. γούνασσι Eust. 1118, 30. et ol. vulgo. — V. 570. ἔθηκεν V. L. ap. Eustath. 1118, 30. et ol. vulgo. — V. 571. ἐργομένη Vind. ed. Ald. sec. — V. 572. λαρὸν δέ οἱ Steph. in marg. — V. 573.

γὰρ Ἀχιλλεὺς πιστὸν ἑταῖρον κύνες ἑλκύσωσιν· οὐ παρατατικὸν πρὸ ὀλίγων τὸ εἵλκυον. Infelici igitur errore ἑλκύσωσι, quod Eustathius aperte damnavit, eius commentariis insidet. Indicativum defendit Hermann. de part. ἄν I, 8. sive in Opuscul. IV, 29.

V. 562. Optativum ἀπερύκοι Eust. 1117, 60. cum maiore librorum parte tuetur, vid. 4, 542. Od. 9, 119. 18, 105.

V. 564. Haud scio, an mera operarum negligentia $\overline{\beta}$ sit invectum Venet., permanavit tamen ad Hesych. I, 1456 ἐχεβάσατο θυμὸν· καθήψατο τῆς ψυχῆς κ. τ. λ. At alii pravitati huic obviam eunt, velut schol. BV. at Apollon. in Lex. 304.: ἐχεμάσσατο· ἐλήγησέ μοι τὴν ψυχήν· μάσασθαι γὰρ τὸ ἅψασθαι, οἷον καθήψατο τῆς ψυχῆς. Literas autem $\overline{\beta}$ et $\mu$ saepissime commisceri nemo nescit. Porro Barnesius aoristum imperfecto posthabuit sine idonea causa. Nam illum scholl. BV., Eustath. 1117, 61. et poeta ipse 20, 425 — ἐμόν γε μάλιστ' ἐχεμάσσατο θυμὸν satis vindicant.

V. 566. Ad hunc fortasse respexit Etym. M. 627, 27. Τρωσὶν τε καὶ Ἕκτορι κῦδος ὀπάζει, nisi ad 15, 327. et 12, 258. grammatici verba transferre malueris. Simillima sunt in Il. 8, 141. 17, 630. et 21, 570., quanquam ne haec quidem eadem sunt.

V. 569. Vid. ad v. 751. et 9, 488.

V. 570. Ἔθηκεν et ἐνῆκεν novit Eustath. 1118, 30.: καὶ οἱ μυίης θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἐνῆκεν ἢ ἔθηκεν. Hoc praeter editiones vulgares invenitur de Homer. poes. p. 195.; prius tamen, rei magis accommodatum Homerus sibi repetit, vid. 16, 656. 19, 37. 20, 80. 23, 390. Galen. de Hippocr. et Plut. placit. III, 2. et Lucian. in museae encomio Homeri fuisse memores viri docti annotarunt.

V. 571. Vocalem simplicem numeris satisfacere demonstrant

βῆ δ' ἐπὶ Πατρόκλῳ, καὶ ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ.
ἔσχε δ' ἐνὶ Τρώεσσι Παδῆς, υἱὸς Ἱππίωνος,
ἀφνειός τ' ἀγαθός τε· μάλιστα δέ μιν τίεν Ἕκτωρ
δήμου, ἐπεί οἱ ἑταῖρος ἦν φίλος εἰλαπιναστής·
τόν ῥα κατὰ ζωστῆρα βάλε ξανθὸς Μενέλαος
ἀΐξαντα φόβονδε· διαπρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσεν·
δούπησεν δὲ πεσών. ἀτὰρ Ἀτρείδης Μενέλαος
νεκρὸν ὑπὲκ Τρώων ἕρυσεν μετὰ ἕθνος ἑταίρων.
Ἕκτορα δ' ἐγγύθεν ἱστάμενος ὤτρυνε Ἀπόλλων,
Φαίνοπι Ἀσιάδῃ ἐναλίγκιος, ὅς οἱ ἀπάντων
ξείνων φίλτατος ἔσκεν, Ἀβυδόθι οἰκία ναίων·
[τῷ μιν ἐεισάμενος προσέφη ἑκάεργος Ἀπόλλων·]

θάρσους Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 575. ἦν δέ τις ἐν Τρ. Harl. — V. 578. ζωστῆρ' ἔβαλε Vind. un. — V. 581. ὑπ' ἐκ ol. vulgo. — V. 582. Ἕκτορα δὲ φρένα δῖος Ἄρης ὤτρυνε μετελθών Z. — V. 585. Διὸς υἱὸς Ἀπ. Vind. un., abest hic versus a Ven. —

Vindd. alii, Ven., codices plures et Eustath. 1118, 31. Unde ne Heynii quidem coniectura: ἦ καὶ ἐεργομένη, erit admittenda.

V. 572. Cum Stephani margine facit Eustath. 1118, 32., idque placet Heynio. Ultima vero quum rationem reddant, cur muscae sanguinis humani sint appetentes, nihil mutaverim.

V. 573. Genitivum poeticum θάρσεις, ex editt. priscis et libris melioribus iure revocarunt, quanquam Eustath. 1118, 37. vulgaribus adstipulatur.

V. 575. Harleian. suum ex aliis hausit, vid. 5, 9. 10, 314., neque id inficetum videtur, imo possit aliquis ut Aristarcheum praeferre. Verum et libri et Athen. VI, 236, c. Ionicum stabiliunt.

V. 576. Principes Homerici et potentia et divitiis excellunt, vid. 5, 9. 13, 664. 24, 398.

V. 577. Grammatici omnium initia et quasi incunabula ab Homero repetentes, Poden illum gnathonem quendam fuisse suspicantur, vid. schol. ad Od. 1, 238. et schol. Victor.: εἰλαπιναστής· σύσσιτος, ἐν τῷ εὐωχεῖσθαι φίλος. οἱ δὲ παράσιτος. τὸ δὲ ὄνομα τοῦ παρασίτου εἴρηται ἐν ἐλπίδι παρ' Ἐπιχάρμῳ. Sed parasitos Homericae aetatis simplicitati disconveniunt, quanquam Irum, Ithacensem, nonnulli eius generis hominem fuisse censent.

V. 578. Augmentum, nonnisi in duobus libris repertum, recte exagitarunt.

V. 582. Varietate Zenodoti commemorata schol. A. quaerit, unde repente adsit Mavors. Equidem crediderim eum Minervae, cuius aemulus est apud Homerum, a grammatica fuisse obiectum, sed Apollo isti proposito satisfacit cumulate.

V. 585. Et clausula varia et Venet. auctoritas hunc versum reddunt suspectum.

Digitized by Google

Ἕκτορ, τίς κέ σ' ἔτ' ἄλλος Ἀχαιῶν ταρβήσειεν;
οἷον δὴ Μενέλαον ὑπέτρεσας, ὃς τὸ πάρος περ
μαλθακὸς αἰχμητής· νῦν δ' οἴχεται οἷος ἀείρας
νεκρὸν ὑπὲκ Τρώων, σὸν δ' ἔκτανε πιστὸν ἑταῖρον,
ἐσθλὸν ἐνὶ προμάχοισι, Ποδῆν, υἱὸν Ἠετίωνος.
Ὣς φάτο· τὸν δ' ἄχεος νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα·
βῆ δὲ διὰ προμάχων κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῷ.
καὶ τότ' ἄρα Κρονίδης ἔλετ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν,
μαρμαρέην· Ἴδην δὲ κατὰ νεφέεσσι κάλυψεν,
ἀστράψας δὲ μάλα μεγάλ' ἔκτυπε, τὴν δ' ἐτίναξεν·
νίκην δὲ Τρώεσσι δίδου, ἐφόβησε δ' Ἀχαιούς.
Πρῶτος Πηνέλεως Βοιώτιος ἦρχε φόβοιο·

V. 586. τίς κεν σ' ἄλλος Vind. un. — V. 587. οἷον δὴ Μεν. Ald. sec. — Ib. παρός γε V. — V. 590. υἱ' Ἠετίωνος Barnes. coniect. — V. 593. θυσανόεσσαν Eustath. 1119, 23. et ol. vulgo. — V. 595. γῆν δ' ἐτίναξε Z. — V. 597. ἦρξε Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 599. ἐπιλλίγδην Hesych. I, 1364. —

V. 586. Particula ejecta in causa fuit, ut alii dissiderent. Sed ἔτι conviciorum gravitatem et aculeum intendit: praesentem enim Hectoris ignaviam Achivis animos addere stomachatur Apollo.

V. 587. Typothetae incuria οἷον induxit, a sententia alienum: vitio enim Priamidae datur, quod Menelaum, hominem timidum et imbecillum, tantopere exhorreat, conf. 13, 633.

V. 588. Scholiasta observat Menelaum, bellicosum et proeliis gaudentem, per invidiam, ut hostem, ab Apolline perstringi et tanquam ignavum contemni; qua de re nonnulla adiecit Bothius.

V. 591. Postrema huius enotavit schol. ad Od. 4, 793. Schol. Victorinus: τῇ αἰγίδι, ὡς Ἀρίσταρχος. Ea vero ad v. 594., ubi Idam montem nubibus occeluisse dicitur Iupiter, retrahenda esse schol. A. ostendit hisce: ἡ διπλῆ, ὅτι ἴδιον ὑποτίθεται τῆς αἰγίδος τὸ ἀνέμων ποιεῖν συστροφάς, κ. τ. λ.

V. 593. Apud Eustathium σ̄ et σσ̄ variare ad 15, 229. demonstravimus.

V. 595. Auctor de poes. Homeri p. 207.: ἀστράψας δὴ μεγάλ' ἔκτυπε, adverbio μάλα inconsideratius omisso. Postremae versus parti schol. A. adscribit: ἡ διπλῆ περιεστιγμένη, ὅτι Ζηνόδοτος γράφει γῆν δ' ἐτίναξε· ταύτην γὰρ ἐπισείων ἀνέμους ποιεῖ. διὸ λέγει· „αὐτὸς ἐπισείῃσιν ἐρεμνὴν αἰγίδα πᾶσιν“ (Il. 4, 167). Haec autem, si recte auguror, et corrupta et manca ad nos pervenerunt. Primum enim Zenodotum refutandum fuisse apparet, deinde exemplum allatum nos docet aegide mota Graecis timorem esse iniectum. Quo pertinent Eustath. 1119, 45.: τὸ δὲ ἐτίναξε, καθὰ καὶ τὸ ἐρεμνὴν αἰγίδα ἐπισείει, συμβάλλονται τῷ μύθῳ εἰς τὸ μὴ πληκτικὸν ὅπλον εἶναι τὴν αἰγίδα, ἀλλ' ἢ μόνον φοβητικὸν ἐν τῷ τινάσσεσθαι καιά τινων, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν ἐπισείεσθαι.

βλῆτο γὰρ ὦμον δουρὶ πρόσω τετραμμένος αἰεὶ
ἄκρον ἐπιλίγδην· γράψεν δέ οἱ ὀστέον ἄχρις
αἰχμὴ Πουλυδάμαντος· ὃ γάρ ῥ' ἔβαλε σχεδὸν ἐλθών.
Λήϊτον αὖθ' Ἕκτωρ σχεδὸν οὔτασε χεῖρ' ἐπὶ καρπῷ,
υἱὸν Ἀλεκτρυόνος μεγαθύμου, παῦσε δὲ χάρμης·
τρέσσε δὲ παπτήνας, ἐπεὶ οὐκέτι ἔλπετο θυμῷ
ἔγχος ἔχων ἐν χειρὶ μαχήσεσθαι Τρώεσσιν.
Ἕκτορα δ' Ἰδομενεὺς μετὰ Λήϊτον ὁρμηθέντα
βεβλήκει θώρηκα κατὰ στῆθος παρὰ μαζόν·
ἐν καυλῷ δ' ἐάγη δολιχὸν δόρυ· τοὶ δ' ἐβόησαν
Τρῶες. ὃ δ' Ἰδομενῆος ἀκόντισε Δευκαλίδαο
δίφρῳ ἐφεσταότος· τοῦ μέν ῥ' ἀπὸ τυτθὸν ἅμαρτεν·

V. 600. γὰρ ἔβαλε vel βάλε H. γὰρ βάλε σχεδόθεν ἐλθών Vind. ed. et editt. antiqq. — V. 604. Ἕλκος ἔχων Cant. — Ib. μαχέσασθαι Vind. quint. — V. 607. τοὶ δ' ἐφόβησαν Vindd. et ol. vulgo. — Ib. δὲ ἄγη Eustath. 1120, 15. — V. 608. ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ Harlei. —

V. 596. Imperfectum plurimorum est et Eustath. 1119, 49.

V. 599. Adverbium ἐπιλίγδην ad sonum exprimendum factum volunt grammatici, idque vel a λείχω (lambo), vel a λίζω (stringo), cuius praesens sit inusitatum, deducunt. Reddunt igitur ὅσον ἐπιψαύσας, ἐπιψαύδην, ξεστικῶς, ἐξ ἐπιπολαίου, vid. schol. A. Eustath. 1119, 53 sqq. Apoll. in Lex. 287. schol. ad Od. 22, 278. Suid. I, 819. Itaque λ simplex, ne cum verbo λίζειν confundatur, recte praefert Heynius. Idem vero adverbium μεσότητος male definiit vocem eam, quae et nomen et adverbium possit haberi. Etymologicum quidem magnum 78, 24. 581, 19. et 785, 15. eius generis adverbia non eodem descripsit modo: primo enim loco adverbia μεσότητος dicit ea, quae inter masculina et neutra sunt, altero, quae media inter nomina et verba intersunt, velut φιλοσόφως, tertio denique adverbia ab adiectivo vel masculino vel feminino vel neutro derivata μεσότητος adverbia appellari scribit. Quodcunque horum elegeris, nullo Heynii definitionem comprobari intelligitur.

V. 600. Paucorum librorum auctoritate Heynius particulam interiectam sustulit; ei vero opem ferunt Ven. Vind. quint. et Eustath. 1120, 11. Editiones antiquiores et Vindobon. Alteri numeros pervertunt.

V. 603. Vid. ad v. 404.

V. 607. Troianis vincentibus, Achivis autem pedem referentibus, ἐφόβησαν, ut ineptum, Aristarchus reiecit, vid. scholl. AV., nec libri optimi discedunt, ut V. Harl. et Eust. 1120, 15. Didymus cum Aristarcho concors exemplum simile e vers. 723. adiecit.

V. 608. Harleian. aliis inductus clausulam mutavit, vid. ad 13, 190.

Digitized by Google

αὐτὰρ ὁ Μηριόναο ὀπάονά θ' ἡνίοχόν τε,
Κοίρανον, ὃς ῥ' ἐκ Λύκτου ἐϋκτιμένης ἕπετ' αὐτῷ—
πεζὸς γὰρ τὰ πρῶτα λιπὼν νέας ἀμφιελίσσας
ἦλυθε, καί κε Τρωσὶ μέγα κράτος ἐγγυάλιξεν,
εἰ μὴ Κοίρανος ὦκα ποδώκεας ἤλασεν ἵππους·
καὶ τῷ μὲν φάος ἦλθεν, ἄμυνε δὲ νηλεὲς ἦμαρ·
αὐτὸς δ' ὦλεσε θυμὸν ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο—
τὸν βάλ' ὑπὸ γναθμοῖο καὶ οὔατος, ἐκ δ' ἄρ' ὀδόντας
ὦσε δόρυ πρυμνόν, διὰ δὲ γλῶσσαν τάμε μέσσην.
ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων, κατὰ δ' ἡνία χεῦεν ἔραζε.
καὶ τάγε Μηριόνης ἕλαβεν χείρεσσι φίλῃσιν
κύψας ἐκ πεδίοιο, καὶ Ἰδομενῆα προσηύδα·

V. 610. *Μηριονέω ἀμοπάονα* Bentl. coniect. — V. 611. *ἕπλετ' αὐτῷ* Lips. — V. 613. *κεν Τρωσὶ* Vind. ed. — V. 617. *ὀδόντων* Harl. — V. 629. *μέν γε* Vind. ed. ol. vulgo et H. —

V. 610 sqq. Impedita singulorum structura in causa fuit, ut veteres iam in diversas abirent partes. Atque Eustathius quidem 1020, 29. sic commentatur: *καὶ ὅρα, ὅτι τὸ πᾶν τῆς ἀσαφείας ἐνταῦθα καὶ τῆς συγχύσεως ἡ τοῦ Μηριόνου ἐπεμβολὴ ἐποίησεν, οἷα μετὰ τὸ ἦλυθεν ἐκ Λύκτου ὁ Κοιράνος, ἀπενεχθέντος* (leg. *ἐπενεχθέντος*) *ἀνελπίστως τοῦ ἐγγυάλιξεν ἂν Τρωσὶ κράτος ὁ Μηρίονης, ὅπερ ὅλον ἀμέτοχον ἐνταῦθα ἦν.* Quam rationem et schol. A. ad v. 613. et Dacieria male probarunt, Heynius autem v. 610. cum sequente, qui nullo modo possunt abesse, spurium iudicavit, Bentleius denique, Coeranum Idomenei nec Merionae aurigam fuisse ratus, *αὐτὰρ ὅγ' Ἰδομενῆος ὀπ. θ' ἡν. τε* emendare voluit. Nihil horum verum est: nam neque Coeranus pedes Troiam potuit adire, neque Merionen, sed Idomeneum, nisi Coeranus intervenisset, Hector erat interfecturus, vid. v. 608. et 613. Quare nihil residebit dubii, quin Wolfius, schol. A. obsequutus, commode ac scienter haec distinxerit. Hic enim interpres horum tenorem et compagem perscrutatus, versus in medio collocatos 610 sq. ad Coeranum, postea sequentes inde a vers. 612. ad Idomeneum esse referendos vidit. Nam ille paullo ante 13, 240. pedes a navibus ad proelium ivit. Eo autem e mortis discrimine erepto, Coeranus, Hectoris hasta perforatus, occubuit. Quae si bene et apte disputata sunt, aliis et coniecturis et suspicionibus abstinendum esse patebit. Bothius ut proprium ab appellativo secerneret, *Κοιράνον* in paenultima acui iussit, quod Graecorum mori erit contrarium, vid. Eustath. 1120, 31. et Lehrs. de Aristarch. stud. Homer. 276 sqq.

V. 617. Revertitur poeta ad id, unde oratio erat digressa, ut saepe fit. Minus igitur feliciter Heynius vel *ὃς βάλ' ὑπὸ γν.* correcturus erat, vel *βάλε* a nomine suppresso *δόρυ* pendere autumabat. Vulnus autem currum circumagentis malo et genis infligi opportune schol. A. affirmat hisce: *κατὰ τὸ εἰκὸς πλαγίᾳ ἡ*

Digitized by Google

Μάστια νῦν, εἴως κε θοὰς ἐπὶ νῆας ἵκηαι·
γιγνώσκεις δὲ καὶ αὐτὸς, ὅτ' οὐκέτι κάρτος Ἀχαιῶν.
Ὣς ἔφατ' · Ἰδομενεὺς δ' ἵμασεν καλλίτριχας ἵππους
νῆας ἔπι γλαφυράς· δὴ γὰρ δέος ἔμπεσε θυμῷ.
Οὐδ' ἔλαθ' Αἴαντα μεγαλήτορα καὶ Μενέλαον
Ζεύς, ὅτε δὴ Τρώεσσε δίδου ἑτεραλκέα νίκην.
τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε μέγας Τελαμώνιος Αἴας·
Ὤ πόποι, ἤδη μέν κε καὶ ὃς μάλα νήπιός ἐστιν
γνοίη, ὅτι Τρώεσσι πατὴρ Ζεὺς αὐτὸς ἀρήγει.
τῶν μὲν γὰρ πάντων βέλε' ἅπτεται, ὅστις ἀφείη,
ἢ κακὸς ἢ ἀγαθός· Ζεὺς δ' ἔμπης πάντ' ἰθύνει·
ἡμῖν δ' αὖτως πᾶσιν ἐτώσια πίπτει ἔραζε.

V. 630. κῦδος ὀπάζει Vind. ed. et ol. vulgo, ἀμύνει V. L. ap. schol. A. — V. 631. ἑφείη V. Ald. sec. ἀφίει Rom.—

πληγὴ γίνεται περιστρέφοντος αὐτοῦ τοὺς ἵππους. καὶ γὰρ ὑπὸ τὴν σιαγόνα διαβὰν τὸ δόρυ ἀνέσχε διὰ τῆς ἑτέρας· καὶ οὐκ ἔστιν ἀδύνατον τοῦτο, ὡς προείρηται, διὰ τὸ περιστρέφοντα αὐτὸν τοὺς ἵππους βεβλῆσθαι.

V. 629. Homeri de more κε, verbo γνοίης adiungendum, Ven. Vind. quint. Lips. aliique bonitate insignes tuentur; iis accedit Eustath. 1120, 52.: Αἴαντος τὸ ὦ πόποι, ἤδη μὲν ἂν ὃς μάλα νήπιός ἐστι γνοίη, ὅτι τοῖσδε θεὸς αὐτὸς ἀρήγει. At μέν γε, quod alii habent, paene inauditum est, vid. Excurs. VIII, p. 24. cll. 31.

V. 630. Omnes fere editos ὀπάζει aliunde depromptum, vid. ad v. 566., invasit. Id meliorum opera, velut Ven. Vind. quint. Harlei. et Eustath. 1120, 12., de statione pulsum est. Schol. A. ἀρήγει· ἐν ἄλλῳ ἀμύνει. Prius vero Troianis, iam non perniciem a se repellentibus, sed hostibus caedem inferentibus magis concinit.

V. 631. Schol. A. ἑφείη· διχῶς καὶ ἀφείη. Quam discrepantiam per alios libros sparsam esse eorum comparatio docebit. Veneto quidem duo alii apud Heynium congruunt, ἀφείη plurimorum fuisse et Vindd. ostendunt, et ii, qui cum Eustathio 1120, 57., Roman. et aliis ἀφίει sive ἀφήει, ex illo vitiatum, habent. Utrumque ἀφείη et ἑφείη Homericum esse non ignoro, hoc vero magis idoneum et accomodatum esse videre in promptu est, conf. 3, 317. 16, 590.

V. 632. Schol. A.: τὸ ἔμπης ἀντὶ τοῦ ὁμοίως τέτακται, pro quo Heynius falso corrigit ὅμως, vid. Lehrs. de Aristarch. stud. Hom. 144 sq.

Digitized by Google

ἀλλ' ἄγετ' αὐτοί περ φραζώμεθα μῆτιν ἀρίστην,
ἠμὲν ὅπως τὸν νεκρὸν ἐρύσσομεν, ἠδὲ καὶ αὐτοὶ
χάρμα φίλοις ἑτάροισι γενώμεθα νοστήσαντες·
οἵ που δεῦρ' ὁρόωντες ἀκηχέδατ', οὐδ' ἔτι φασὶν
Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο μένος καὶ χεῖρας ἀάπτους
σχήσεσθ', ἀλλ' ἐν νηυσὶ μελαίνῃσιν πεσέεσθαι.
εἴη δ' ὅστις ἑταῖρος ἀπαγγείλειε τάχιστα
Πηλείδῃ· ἐπεὶ οὔ μιν ὀΐομαι οὐδὲ πεπύσθαι
λυγρῆς ἀγγελίης, ὅτι οἱ φίλος ὤλεθ' ἑταῖρος.
ἀλλ' οὔπῃ δύναμαι ἰδέειν τοιοῦτον Ἀχαιῶν·
ἠέρι γὰρ κατέχονται ὁμῶς αὐτοί τε καὶ ἵπποι.
Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος υἷας Ἀχαιῶν,
ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι·

V. 636. γενοίμεθα Ald. sec. et antiqq. — V. 637. οἵ που νῦν schol. A. et libr. quid. — Ib. ἀκηχέατ', οὐδ. editt. antiqq. et Both. — Ib. οὐδέ τι φ. V. Ald. sec. — V. 640. ὥς τις Ir. libri pauci. — V. 641. πυθέσθαι Harl. — V. 643. οἵπω Vind. quint. Lips. all. — V. 644. ἠέρι γὰρ κεκάλυπτο V. l. ap.

V. 636. Optativum in editt. priscis lectum non admittunt codices.

V. 637. Temporis adverbium, ex Il. 9, 628. translatum, locali, ab Aristarcho probato, merito cessit. In verbo subsequente δ temere irruisse plurimi censuerunt, vid. Buttmann. in gr. ampl. §. 98., annot. 13. Thiersch. §. 212, 35. c. Matth. §. 204, 6. Rost. p. 420.; reverti igitur iubent ad id, quod in editionibus fuit principibus. Sed ab hoc incepto Bothium et librorum auctoritas et grammaticorum testimonia deterrere debebant, vide Apoll. in Lexic. Homer. 73. Etym. M. 48, 4. Orion. Theb. 617, 57. Zonar. 114. Hesych. I, 189. cll. 186. Suid. I, 84. Qui etsi non eadem via ad nostram formam perveniunt, eam tamen, ut Homericam, receperunt. Tot vero sponsoribus refragari iudicis esset inconsiderati. Sub finem versus Aldinam errore saepius admisso in peius aberrare facile intelligitur, conf. ad 9, 235.

V. 639. Interpretibus Graecis ambiguum fuit, utrum Hector in naves irruperit, an Achivi in eas fuga coniecti dicantur, vid. schol. A. Eust. 1121, 21. Heynius hoc quidem pro Homerico recte accipit, vid. 12, 106 sq., nec vero opus est v. 138. cum eo tanquam spurium reiicere. Cuius suspicionis vanitatem 12, 126. satis ostendit.

V. 640. Pronomen indefinitum cum plurimis habet Eustath. 1121, 24., idque sermoni Homerico valde accommodatum est, vid. 1, 230. 4, 540. 10, 307. 12, 334. 13, 110. 14, 92. 17, 631.

V. 643. In libris οὔπῃ et οὔπω, quorum alterum editionum priscarum fuit, promiscue feruntur. Illi praeterea litem intendit schol. A. hisce: οὔπῃ· πῶς παρείληπται τὸ οὔπῃ; σημαίνει γὰρ τὸ

Digitized by Google

ἐν δὲ φάει καὶ ὅλεσσον, ἐπεί νύ τοι εὔαδεν οὕτως.
Ὣς φάτο· τὸν δὲ πατὴρ ὀλοφύρατο δακρυχέοντα·
αὐτίκα δ' ἠέρα μὲν σκέδασεν, καὶ ἀπῶσεν ὀμίχλην·
ἠέλιος δ' ἐπέλαμψε, μάχη δ' ἐπὶ πᾶσα φαάνθη·
καὶ τότ' ἄρ' Αἴας εἶπε βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον·
Σκέπτεο νῦν, Μενέλαε Διοτρεφές, αἴ κεν ἴδηαι
ζωὸν ἔτ' Ἀντίλοχον, μεγαθύμου Νέστορος υἱόν·
ὄτρυνον δ' Ἀχιλῆϊ δαΐφρονι θᾶσσον ἰόντα
εἰπεῖν, ὅττι ῥά οἱ πολὺ φίλτατος ὤλεθ' ἑταῖρος.
Ὣς ἔφατ'· οὐδ' ἀπίθησε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος.
βῆ δ' ἰέναι, ὥς τίς τε λέων ἀπὸ μεσσαύλοιο,
ὅστ' ἐπεὶ ἄρ κε κάμῃσι κύνας τ' ἄνδρας ἐρεθίζων,
οἵτε μιν οὐκ εἰῶσι βοῶν ἐκ πῖαρ ἑλέσθαι

schol. A. — V. 646. ὁρᾶσθαι V. L. ap. eund. — V. 649. κέδασεν Lips. — Ib. ὁμίχλην V. et schol. A. — V. 650. ἐπ' ἔλαμψε V. — Ib. ἐπὶ πᾶσι Plutarch. de prim. frigid. IX, 736. — V. 652. σκέπτεο δὴ pauci libri. — V. 653. μεγάθυμον V. Vind. un. et ol. vulgo. — V. 658. κεκάμῃσιν Vind. ed. et all. quidam. —

εἰς τόπον· „πῇ ἔβη Ἀνδρομάχη" (Il. 6, 377). τὸ δέ που ἐστὶν ἐν τόπῳ, ὅπερ καταλληλότερον· ἀλλ' οὐ δύναμαι ἔν τινι τόπῳ ἰδεῖν τινὰ τῶν Ἀχαιῶν τοιούτων· μήποτε οὖν οὐχ ὡς παραπληρωματικὸν σύνδεσμον ἐκληπτέον. Sed vulgari fidem addunt Ven. alii, Eust. 1128, 37, deinde Il. 23, 463 νῦν δ' οὔπῃ δύναμαι ἰδέειν, cll. Od. 5, 140, 410. Mira dissensio in Etym. M. 643, 16. reperitur: ἀλλ' οὐτιν δύναμαι ἰδέειν, quae, ut recte animadvertit Heynius, originem invenit ex Il. 5, 475.

V. 644. Nec libri plurimi, neque Eustath. 1121, 34. diversi quidquam repraesentant, vid. Od. 9, 145.

V. 646. Hic quoque Eustath. 1121, 35., cll. 46. cum exemplaribus quotidianis et communibus facit, add. auctor. de poes. Hom. p. 205.

V. 649. Ernestius tanquam mollius et minus asperum κέδασεν commendat, at alterum de nebulis dissipandis proprie dicitur, vid. 20, 341. Od. 23, 325. et ad Il. 16, 347. Nomen ὁμίχλη spiritu leni instruendum esse ostendi ad Il. 3, 10., neque diffitetur Eustath. 1121, 38.

V. 650. Mendum Plutarchi bene refellit Heynius: „ἐπεφαάνθη, tota acies prospicienti cernebatur, ἐπιφανὴς erat," add. Eustath. 1121, 38.

V. 653. Conf. ad v. 306.

V. 658. Controversum fuit, utrum κε particula an verbi sit reduplicatio. Huc pertinet Schol. A. observatio: ἡ διπλῆ, quod excidit, ὅτι ὁ κὲ περισσός, ἢ ὑφ' ἓν κεκάμῃσι. Eustath. contra 1121, 60. ἐπεὶ ἄρ κεν, ἤγουν ἐπειδὰν κεκάμῃσιν, quo et ipse litem

Digitized by Google

πάννυχοι ἐγρήσσοντες· ὃ δὲ χρειῶν ἐρατίζων
ἰθύει, ἀλλ' οὔτι πρήσσει· θαμέες γὰρ ἄκοντες
ἀντίοι ἀΐσσουσι θρασειάων ἀπὸ χειρῶν,
καιόμεναί τε δεταί, τάχτε τρεῖ ἐσσύμενός περ·
ἠῶθεν δ' ἀπονόσφιν ἔβη τετιηότι θυμῷ·
ὡς ἀπὸ Πατρόκλοιο βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος
ἤϊε πόλλ' ἀέκων· περὶ γὰρ δίε, μή μιν Ἀχαιοὶ
ἀργαλέου πρὸ φόβοιο ἕλωρ δηΐοισι λίποιεν.
πολλὰ δὲ Μηριόνῃ τε καὶ Αἰάντεσσ' ἐπέτελλεν·
Αἴαντ', Ἀργείω ἠγήτορε, Μηριόνη τε,
νῦν τις ἐνηείης Πατροκλῆος δειλοῖο
μνησάσθω· πᾶσιν γὰρ ἐπίστατο μείλιχος εἶναι
ζωὸς ἐών· νῦν αὖ θάνατος καὶ μοῖρα κιχάνει.

V. 660. παννύχιοι Rom. Ald. rec. et all., vitiose. — Ib. ὅδε Vind. ed. — Ib. χρεῶν, Steph., male. — V. 661. ἰθύνει Eust. 1121, 61. — V. 662. ἀντίον Steph. margo. — V. 664. τετιημένος ἦτορ V. L. ap. schol. A. — V. 666. Ἀχαιῶν Vind. quint. — V. 668. Αἰάντεσσι κέλευεν Vind. ed. Rom. — V. 672. νῦν δ' αὖ Vind. ed. et al.

Istam non diremit. Nolim tamen hoc ex loco particulam eiicere, etsi alterum possit ferri, conf. ad 7, 5.

V. 660. Maculas, quae per operarum socordiam editis sunt adspersae, et Il. 11, 550 sqq. diluunt, et Eustath. 1121, 62., cll. 1122, 29. aufert hisce: τὸ δὲ ἰθύνειν ὁμώνυμος οὖσα λέξις πολλαχοῦ ἰθύειν λέγεται δίχα τοῦ ν̄, et paullo superius: ἰθύνει ἡ μάλισια ἰθύει.

V. 662. Praeter Stephani marginem ἀντίον ut lectionis varietatem Eustath. 1121, 63. adscripsit, conf. 11, 553.

V. 664. Schol. A.; ἐν ἄλλῳ τετιημένος ἦτορ, ὃ ἐστι βεβλημένος διὰ λύπης, vid ad 11, 555.

V. 668. Dativi elisio grammaticis molesta, vid. Excurs. VII. p. 17., effecit, ut alii Αἰάντεσσι ἐπέτελλεν plene scriberent, alii, ut Vind. ed., verbum mutarent.

V. 670. Vid. supra ad ad v. 204. et schol. ad Od. 17, 134. Forma vulgaris ἐνήεια, qua grammatici utuntur, in lexicis nostris desideratur.

V. 671. Hunc versum excitarunt Apoll. in Lexic. 591. et Plutarch. de aud. poet. VI, 113. [Tom. II. p. 31. T.]

V. 672. Additamento inutili, a Barnesio primum depulso, et libri carent et Eustath. 1122, 11., vid. ad v. 478.

V. 675. Vocalem cum diphthongo affini permisceri aliquo-

Digitized by Google

Ὣς ἄρα φωνήσας ἀπέβη ξανθὸς Μενέλαος,
πάντοσε παπταίνων, ὥςτ' αἰετός, ὅν ῥά τέ φασιν
ὀξύτατον δέρκεσθαι ὑπουρανίων πετεηνῶν,
ὅντε, καὶ ὑψόθ' ἐόντα, πόδας ταχὺς οὐκ ἔλαθε πτὼξ
θάμνῳ ὕπ' ἀμφικόμῳ κατακείμενος· ἀλλά τ' ἐπ' αὐτῷ
ἔσσυτο, καί τέ μιν ὦκα λαβὼν ἐξείλετο θυμόν·
ὣς τότε σοί, Μενέλαε Διοτρεφές, ὄσσε φαεινὼ
πάντοσε δινείσθην πολέων κατὰ ἔθνος ἑταίρων,
εἴ που Νέστορος υἱὸν ἔτι ζώοντα ἴδοιτο.
τὸν δὲ μάλ' αἶψ' ἐνόησε μάχης ἐπ' ἀριστερὰ πάσης
θαρσύνονθ' ἑτάρους, καὶ ἐποτρύνοντα μάχεσθαι·
ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος προσέφη ξανθὸς Μενέλαος·
'Αντίλοχ', εἰ δ' ἄγε δεῦρο, Διοτρεφές, ὄφρα πύθηαι

vulgo. — Ib. *μ.* κάλυψεν Vind. un. — V. 675. *πετεινῶν* Harl. et Vind. un. — V. 680. *δινήσθην* Vind. quint. — V. 681. ἴδοιο Vindd. Eust. 1122, 47., vulgo, W. et Bothius. ἴδοιντο V. L. ap. scholl. BV. — V. 682. αἶψα νόησε H. — V. 685. αἱ δ' ἄγε V. ἆρ δ' ἄγε Vind. quint. Lips. —

ties animadvertimus: illam vero tuentur meliores cum Eust. 1122, 43.

V. 680. Vind. quintus ad dialectum Doricam sive Theocriteam propius accedit. Homericus sermo, quantum scio, haec et similia ignorat.

V. 681. Duo fuere, quae viros doctos in eam impulerunt fraudem, ut ἴδοιο, ex emendatione natum, vero et germano ἴδοιτο praeferendum censerent, Menelai appellatio et dualis *δινείσθην*. Aristarchum ἴδοιτο, quod poetae ori magis conducit, tenuisse, schol. A. bis affirmavit, etsi tritum et vulgare illi adiungit, hisce: οὕτως οἱ Ἀριστάρχειοι ἴδοιτο. τίς; τὰ προκείμενα ὅσσε· διὸ καὶ τὸ σημεῖον. ἢ νοητέον ἀποστροφὴν λόγου πρὸς τὸν Μενέλαον ἀπὸ τοῦ περὶ αὐτοῦ λόγου. Quare mirum sane est, quod scholl. BV. narrant Aristarchi asseclas (τοὺς ἀπὸ σχολῆς) ἴδοιο dedisse. Hoc si verum est, quomodo evenerit, ut ad omnes fere codices et Eustath. 1122, 63. propagaretur, licet augurari. Nec tamen pro certo affirmaverim τοὺς ἀπὸ σχολῆς esse Aristarchi sectatores.

V. 682. Vid. ad v. 116 sq.

V. 683. Vind. un. et Vratisl. un. absurde hic subiungunt versum ex superioribus, vid. 117., traductum: *θεσπέσιον γὰρ σφιν φόβον ἔμβαλε Φοῖβος Ἀπόλλων.*

V. 685. Noli dubitare, quin Vind. quint. et Lips. idem habuerint, quod e Venet. enotavimus. Vitium enim levius, ut fieri solet, gravioris et turpioris exstitit mater.

λυγρῆς ἀγγελίης, ἣ μὴ ὄφελλε γενέσθαι.
ἤδη μὲν σὲ καὶ αὐτὸν ὀΐομαι εἰςοράωντα
γιγνώσκειν, ὅτι πῆμα θεὸς Δαναοῖσι κυλίνδει,
νίκη δὲ Τρώων· πέφραται δ' ὥριστος Ἀχαιῶν,
Πάτροκλος, μεγάλη δὲ ποθὴ Δαναοῖσι τέτυκται.
ἀλλὰ σύγ' αἶψ' Ἀχιλῆϊ θέων ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν
εἰπεῖν, αἴ κε τάχιστα νέκυν ἐπὶ νῆα σαώσῃ
γυμνόν· ἀτὰρ τάγε τεύχε' ἔχει κορυθαίολος Ἕκτωρ.
Ὣς ἔφατ'· Ἀντίλοχος δὲ κατέστυγε μῦθον ἀκούσας.
δὴν δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε· τὼ δέ οἱ ὄσσε
δακρυόφι πλῆσθεν, θαλερὴ δέ οἱ ἔσχετο φωνή.
ἀλλ' οὐδ' ὣς Μενελάου ἐρημοσύνης ἀμέλησεν·
βῆ δὲ θέειν, τὰ δὲ τεύχε' ἀμύμονι δῶκεν ἑταίρῳ,
Λαοδόκῳ, ὅς οἱ σχεδὸν ἔστρεφε μώνυχας ἵππους.
τὸν μὲν δακρυχέοντα πόδες φέρον ἐκ πολέμοιο
Πηλείδῃ Ἀχιλῆϊ κακὸν ἔπος ἀγγελέοντα.
Οὐδ' ἄρα σοί, Μενέλαε Διοτρεφές, ἤθελε θυμὸς

V. 687. *μέν σε καὶ αὐτὸν* Hermann. in Opusc. I, 323. — V. 688. *κυλινδεῖ* grammatic. quid. — V. 689. *ἄριστος* Vind. ed. Lips. Eustath. 1123, 5. — V. 694. *κατὰ δ' ἔστυγε* Suid. I, 813. — V. 696. *δακρυοφιν κλ.* V. — V. 698. *τάχα δὲ τ.* Lips. — V. 705. *δῖον ἦκεν* Lips. —

V. 687. Tenorem pronominis servavi. Menelaus enim deorum iram, Danais infestam, Antilocho vel non admonito planam esse et perspicuam coniicit.

V. 688. Barytonum esse *κυλίνδει* Aristarchus apud schol. A. aliis Homeri exemplis studuit efficere, vid. Od. 5, 296. 8, 81. 11, 598. Il. 16, 794., add. Eustath. 1123, 4.

V. 694. Suidas nostrum versum et Od. 10, 113. confudisse videtur. Occurrunt ei scholl. Eust. 1123, 23. et Apoll. in Lexic. 385. 617.

V. 697. Nomen rarum et in Iliade nonnisi semel lectum esse notant grammatici, cf. Bekkeri Anecd. gr. I. 83, 9. Ultima apposuit Etym. M. 441, 42., add. Od. 4, 704 sq., ubi Penelopa, itinere Telemachi audito, eadem patitur.

V. 698. Lipsiensi *τάχα*, quod numeros turbat, incautius est obtrusum. Antilochus cur armis sepositis ad Achillem abierit, Alexandrini interpretes exquirere studuerunt.

V. 705. E scripturae compendio Lipsiensem invasit simplex, renitentibus libris et Eust. 1124, 2.

V. 706. Harleian. praeter Homeri consuetudinem casum quartum adscivit, vid. v. 137. 574.

V. 708. Flor. Ald. et antiquiores *στῆ δ' ἄρ' ἐπ' Αἰάντεσσι*

τειρομένοις ἑτάροισιν ἀμυνέμεν, ἔνθεν ἀπῆλθεν
Ἀντίλοχος, μεγάλη δὲ ποθὴ Πυλίοισιν ἐτύχθη·
ἀλλ' ὄγε τοῖσιν μὲν Θρασυμήδεα δῖον ἀνῆκεν,
αὐτὸς δ' αὖτ' ἐπὶ Πατρόκλῳ ἥρωϊ βεβήκει,
στῆ δὲ παρ' Αἰάντεσσι θεών, εἶθαρ δὲ προσηύδα·
Κεῖνον μὲν δὴ νηυσὶν ἐπιπροέηκα θοῇσιν
ἐλθεῖν εἰς Ἀχιλῆα πόδας ταχύν· οὐδέ μιν οἴω
νῦν ἰέναι, μάλα περ κεχολωμένον Ἕκτορι δίῳ·
οὐ γάρ πως ἂν γυμνὸς ἐὼν Τρώεσσι μάχοιτο.
ἡμεῖς δ' αὐτοί περ φραζώμεθα μῆτιν ἀρίστην,
ἠμὲν ὅπως τὸν νεκρὸν ἐρύσσομεν ἠδὲ καὶ αὐτοὶ
Τρώων ἐξ ἐνοπῆς θάνατον καὶ Κῆρα φύγωμεν.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα μέγας Τελαμώνιος Αἴας·
πάντα κατ' αἶσαν ἔειπες, ἀγακλεὲς ὦ Μενέλαε·
ἀλλὰ σὺ μὲν καὶ Μηριόνης, ὑποδύντε μάλ' ὦκα,
νεκρὸν ἀείραντες φέρετ' ἐκ πόνου. αὐτὰρ ὄπισθεν
νῶϊ μαχησόμεθα Τρωσίν τε καὶ Ἕκτορι δίῳ,

V. 706. Πάτροκλον ἥρωα Harl. — V. 707. στῆ δ' ἄρ' ἐπ' Αἰαντεσσι ol. vulgo, κιών Vind. ed. — V. 709. οὐ δέ μιν οἴω H. — V. 710. κεχολωμένον Ἀτρείωνος V. l. ap. schol. A. — V. 714. φύγοιμεν Vind. ed. Rom. olim vulgo. — V. 718. ὀπίσσω Vind. ed. et ol. vulgo —

θέων, cuius vice Vindd., libro quinto excepto, κιών, id vero testes plures et meliores reiiciunt, in eo, quod nunc obtinet, concordes, velut Ven. Rom. et all. — Causa varietatis ex similibus Iliadis versibus profecta est, vid. 4, 723, cll. 12, 253.

V. 710. Schol. A.: ἐν ἄλλῳ Ἀτρείωνι. Agamemnonis mentio ab his aliena, primum enim ira in Atridam retinere non potuit Achillem, quominus severas ab Hectore exigeret poenas, deinde Menelaum fratris iniurias expromere dedecet. Accedit, quod versu proximo vera cunctationis eius ratio adiicitur.

V. 712 sq. Cf. v. 634 sq.

V. 714. In subiunctivo, pro quo olim regnabat optativus, Ven. Vind. quint. Lipt. aliique concinunt.

V. 716. Vid. Apoll. Lexic. 60. et Bekker. in cens. edit. Wolf. 149. Hermannus ad hymn. Homer. in Ap. 14. ἀγακλεές, ὦ Μενέλαε distingui iussit, sed libri isti obstant conatui.

V. 718. Vind. Alteri in viam reducit liber quint., conf. 723. 740. et Eustath. 1124, 23.

V. 719 sqq. Tragici et aetatis inferioris epici, qui Aiacem, Ulixe propugnante, Achillis corpus suis humeris ex acie sustulisse narrant, hoc loco abusos esse egregia observatione docet schol. A.: ἡ διπλῆ, ὅτι ἐντεῦθεν τοῖς νεωτέροις ὁ βαστάζομενος



Digitized by Google

ἶσον θυμὸν ἔχοντες, ὁμώνυμοι, οἳ τὸ πάρος περ
μίμνομεν ὀξὺν Ἄρηα παρ' ἀλλήλοισι μένοντες.
Ὣς ἔφαθ' · οἳ δ' ἄρα νεκρὸν ἀπὸ χθονὸς ἀγκάζοντο
ὕψι μάλα μεγάλως· ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς ὄπισθεν
Τρωϊκός, ὡς εἶδοντο νέκυν αἴροντας Ἀχαιούς.
ἴθυσαν δὲ κύνεσσιν ἐοικότες, οἵτ' ἐπὶ κάπρῳ
βλημένῳ ἀΐξωσι πρὸ κούρων θηρητήρων·
ἕως μὲν γάρ τε θέουσι διαῤῥαῖσαι μεμαῶτες,
ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐν τοῖσιν ἑλίξεται ἀλκὶ πεποιθώς,
ἄψ τ' ἀνεχώρησαν, διά τ' ἔτρεσαν ἄλλυδις ἄλλος·
ὣς Τρῶες εἶως μὲν ὁμιλαδὸν αἰὲν ἔποντο,
νύσσοντες ξίφεσιν τε καὶ ἔγχεσιν ἀμφιγύοισιν·
ἀλλ' ὅτε δή ῥ' Αἴαντε μεταστρεφθέντε κατ' αὐτοὺς

V. 721. *μένοντε* Aristoph. — V. 723. *ὕψι μέγαν μεγάλως* Both. coniectura. — V. 724. *ἴδον νέκυν* Ald. sec. et antiqq. *εἶδον* all. — Ib. *αἴραντας* V. Harl. *ἄραντας* Etym. M. 38, 17. — V. 728. *δούρ' ἐν τ.* Vind. ed. Ald. sec., vitiose. — V. 729.

*Ἀχιλλεὺς ὑπ' Αἴαντος, ὑπερασπίζων δὲ Ὀδυσσεὺς παρῆκται. εἰ δὲ Ὅμηρος ἔγραφε τὸν Ἀχιλλέως θάνατον, οὐκ ἂν ἐποίησε τὸν νεκρὸν ὑπ' Αἴαντος βασταζόμενον, ὡς οἱ νεώτεροι.*

V. 720. Nimiam Aiacis simplicitatem, quippe qui dicat sibi et Locro, quod sint cognomines, acriter pugnandum esse, iniuste vituperat schol. A. Telamonius enim nominum similitudinem non tanquam causam proelii ponit, sed id, quod et facturi erant et saepe iam fecerant, denuntiat, vid. schol. Victor.

V. 723. Bothius *μάλα* et frigidum et ab Homeri usu alienum opinatur. Quibus inductus in emendationem incidit subtilem magis quam elegantem, eam probari ratus Il. 16, 776. 18, 26. Od. 24, 40.; vertit igitur Homerica: „*corpus magnum magnifice sustulerunt heroes.*“ Sed quum singulorum ordo tum codicum grammaticorumque testimonia istas argutias refutant, vid. Apoll. in Lex. Hom. 18., porro *μάλα μέγα*, quod poetae inauditum habet Bothius, creberrimum est, vid. Il. 9, 303. 15, 321. 22, 407, 435., ell. 10, 172. 15, 695. Od. 18, 4. hymn. Hom. in Ap. 198., denique vulgari plus roboris et praesidii affert aperta Apollonii Rhodii imitatio Arg. II, 825 *ὕψι μάλ' ἐκ δονάκων ἀνεπάλμενος*.

V. 724. Medium *εἶδοντο* Venet. praebet, neque Vind., ut ex accentu *εἶδον νέκυν* potest intelligi, revera discrepat, vid. ad 16, 278. Aoristus toti sententiae disconvenit; Troianos enim, dum Graeci Patrocli corpus attollebant, vociferatos esse consequens est. Quamobrem praesens melius iudicaverim, quanquam Eustathius 1124, 34 sqq. Veneto et Etymol. adstipulatur.

V. 728. Vindobon. et Aldinae labem, quam tenoris pravitas iam indicat, Vind. quint. cum aliis removet.

Digitized by Google

σταίησαν, τῶν δὲ τράπετο χρώς, οὐδέ τις ἔτλη
πρόσσω ἀΐξας περὶ νεκροῦ δηριάασθαι.
Ὡς οἵγ' ἐμμεμαῶτε νέκυν φέρον ἐκ πολέμοιο
νῆας ἔπι γλαφυράς· ἐπὶ δὲ πτόλεμος τέτατό σφιν
ἄγριος, ἠΰτε πῦρ, τό τ' ἐπεσσύμενον πόλιν ἀνδρῶν
ὄρμενον ἐξαίφνης φλεγέθει, μινύθουσι δὲ οἶκοι
ἐν σέλαϊ μεγάλῳ· τὸ δ' ἐπιβρέμει ἶς ἀνέμοιο·
ὣς μὲν τοῖς ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν αἰχμητάων
ἀζηχὴς ὀρυμαγδὸς ἐπήϊεν ἐρχομένοισιν.
οἳ δ', ὥςθ' ἡμίονοι κρατερὸν μένος ἀμφιβαλόντες
ἕλκωσ' ἐξ ὄρεος κατὰ παιπαλόεσσαν ἀταρπὸν
ἢ δοκὸν ἠὲ δόρυ μέγα νήϊον· ἐν δέ τε θυμὸς
τείρεθ' ὁμοῦ καμάτῳ τε καὶ ἱδρῷ σπευδόντεσσιν·

ἄλλοι Vind. ed., male. — V. 733. τῶν δ' ἐτράπετο χρώς editt. antiqq. τρέπετο St. — V. 734. δουρίσασθαι Vind. ed. Ald. sec. δηρίσασθαι Vind. al. — V. 735 et 746. μεμαῶτε V. vulgo W. et H. — V. 742. ἡμιονες V., male. —

V. 729. In Lipsiensi et Ambrosiano αἶψά τ' ἀνεχώρησαν, quod et metro et sensui contrarium, omnes fere alii corrigunt, vid. Il. 3, 35. 11, 440. 10, 210, 411. 16, 819. 17, 47. Od. 17, 461.

V. 731. Vid. 13, 147. 15, 278.

V. 733. Ut in augmento vel omisso vel addito plerumque evenit, ita hic quoque multiplex regnat dissensus, recepto adest Ven., nec multum distant Eust. 1124, 44. Rom. et all., nisi quod τρέπετο offerunt.

V. 734. Δηρίσασθαι et δηριάσθαι in libris erat; illo depravato δουρίσασθαι et Vindob. et alios quosdam mendosius etiam occupavit.

V. 735. Composito, quod Troes in Aiaces non irruerint, sed plagas eorum a se modo retuderint, Heynius fidem denegat. Equidem crediderim potestatem istam non in praepositione ἐν, verum in iis, quae solent adiungi, quaerendam esse, vid. 5, 240. 20, 284. cll. 5, 142, 330. 13, 785. 20, 468. 22, 143., quorum ultima nostris sunt simillima. Haec si reputaveris, schol. Victor. recte commendasse ἐμμεμαῶτες apparebit; etenim ille ad v. 746. οὕτω διὰ τῶν δύο μ, τινὲς δὲ οἱ μὲν ἄρ' ἐμμεμαῶτε.

V. 739. Ne spiritus Aeolicus evanesceret, Bentleius ἐπίβρεμε ἶς ἀν., Heynius βρεμέει δ' ἐπὶ ἶς ἀν., Musis invitis, proposuerunt. Alterum enim tota loci iunctura excludit, alterum insolens poetae et ne ulli quidem cognitum est.

V. 742. Comparationem a mulis petitam illustrant scholl. AV. et Eustath. 1125, 57.

Digitized by Google

ὣς ῥῖγ' ἐμμεμαῶτε νέκυν φέρον. αὐτὰρ ὄπισθεν
Αἴαντ' ἰσχανέτην, ὥστε πρὼν ἰσχάνει ὕδωρ
ὑλήεις, πεδίοιο διαπρύσιον τετυχηκώς·
ὅστε καὶ ἰφθίμων ποταμῶν ἀλεγεινὰ ῥέεθρα
ἴσχει, ἄφαρ δέ τε πᾶσι ῥόον πεδίονδε τίθησιν
πλάζων· οὐδέ τέ μιν σθένεϊ ῥηγνῦσι ῥέοντες·
ὣς αἰεὶ Αἴαντε μάχην ἀνέεργον ὀπίσσω
Τρώων· οἱ δ' ἅμ' ἕποντο, δύω δ' ἐν τοῖσι μάλιστα,
Αἰνείας τ' Ἀγχισιάδης καὶ φαίδιμος Ἕκτωρ.
τῶν δ', ὥστε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν,
οὖλον κεκλήγοντες, ὅτε προΐδωσιν ἰόντα
κίρκον, ὅ τε σμικρῇσι φόνον φέρει ὀρνίθεσσιν·
ὣς ἄρ' ὑπ' Αἰνείᾳ τε καὶ Ἕκτορι κοῦροι Ἀχαιῶν
οὖλον κεκλήγοντες ἴσαν, λήθοντο δὲ χάρμης.
πολλὰ δὲ τεύχεα καλὰ πέσον περί τ' ἀμφί τε τάφρον
φευγόντων Δαναῶν· πολέμου δ' οὐ γίγνετ' ἐρωή.

V. 751. οὐδέ τί μιν Vindd. vulgo W. et H. — V. 752. ἐνέργον Eust. 1125, 52. — V. 757. ὅστε Ald. sec. male. — V. 761. τάφρῳ Vatican., falso.

V. 747. Vid. Apoll. in Lexic. 577, schol. AV. et Eustath. 1125, 63.

V. 751. Schol. Victor.: οὐδέ τε μιν, Ἀριστοφάνης οὐδέ τί μιν, unde Heynius illi perperam tribuit οὐδ' ἔτι μιν. Iam si vere ista sunt monita, prius, quod Vind. quint. et Lips. praebent, ab Aristarcho profectum esse suspicari licet. Itaque recepi particulam, etsi pronomen indefinitum, cuius vim et potestatem haud assequor, tum ad Eustath. 1125, 51., tum ad plurimos alios transiit. Postea ῥήγνυσιν male fertur apud auctorem de poes. Hom. p. 173., vid. libell. de prosod. gr. §. 53, 1.

V. 752. Apud Eustathium librarii socordia peccavit.

V. 755. Vid. ad 16, 583. Eust. 1126, 38. Ad versum proximum schol. A.: κεκλήγοντες πρὸς τὸ σημαίνομενον ὑπήντησε, imo ἀπήντησε.

V. 761. Vid. 16, 302. Fuga et finis belli nondum factus quum sibi adversari videantur, illam ad Graecorum communem turbam referendam, bellum vero ab Aiacibus et reliquis Patrocli propugnatoribus longius esse productum schol. A. sapienter intellexit.

Digitized by Google

# ΙΛΙΑΔΟΣ Σ.

Achilles, nuntio de Patrocli morte audito, Thetin matrem, sororum cohorte stipatam, lamentando ac plorando e mari evocat causam tanti moeroris percontaturam v. 1 — 72. Dea quum filium, amici caedem puniendi cupidissimum, et precibus et necessitate fati proposita ab incepto frustra esset dehortata, id certe impetravit, ut ardorem pugnandi, dum ipsa nova arma a Vulcano fabricanda peteret, in proximum diem differret. Thetis igitur, Nereidibus in aequor remissis, Olympum adit v. 73 — 148. Interim Achivi Troum et Hectoris, Patrocli corpus abstracturi, vim atque impetum diutius sustinere non poterant, nisi Iris a Iunone clam missa excitasset Peliden, cuius voce et adspectu terribili hostes in fugam versi funestam retro cedunt. Quo facto Patroclum in feretro collocatum ad Achillis tentorium reportant v. 149 — 238. Nocte superveniente Polydamas Troianis in concionem vocatis suadet, ut, ira Achillis evitata, in urbem statim revertantur seque moenibus includant; Hector vero, ignavia illius castigata, remanendum et Achilli forti animo occurrendum esse contendit, eique Troes magno cum plausu assentiuntur v. 239 — 314. Achivi totam per noctem, Achille praeeunte, Patroclum deplorant, atque eius corpus lotum, unctum et velaminibus obtectum in lecto reponunt v. 315 — 355. Iupiter cum uxore, quod Achillem contra Troas eduxerit, litigat in Olympo v. 356 — 368. Eodem Thetis pervenit, et Vulcanus, a coniuge ex officina advocatus, ei facile annuit v. 369 — 467. Deus igitur et clypeum eximia arte insignem et reliqua arma fabricatur, eaque Thetidi ad Achillem deferenda tradit v. 468 — 617.

Digitized by Google

## Ὅπλοποιία.

Ὡς οἱ μὲν μάρναντο δέμας πυρὸς αἰθομένοιο·
Ἀντίλοχος δ' Ἀχιλῆϊ πόδας ταχὺς ἄγγελος ἦλθεν.
τὸν δ' εὗρε προπάροιθε νεῶν ὀρθοκραιράων
τὰ φρονέοντ' ἀνὰ θυμὸν, ἃ δὴ τετελεσμένα ἦεν·
ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν·
Ὤ μοι ἐγώ, τί τ' ἄρ' αὖτε καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ
νηυσὶν ἔπι κλονέονται, ἀτυζόμενοι πεδίοιο;

V. 1. πυρὸς *μένος* Vind. un. — V. 6. τι ταρ V. τί *γὰρ* Both. — V. 7. *νηυσὶν ἐπικλονέανται* Vind. ed. Eustath. 1127, 54. et ol. vulgo. — V. 8. *κατὰ μήδεα*

V. 1. Pugnae fervori cum igni comparato formulam istam sollemnem esse probant 11, 596. 13, 673. 17, 366., eamque interpretes *πυρὸς τρόπον* sive *δίκην* reddunt, vid. scholl. AB. Eustath. 645, 35. 864, 43. 1110, 1 sqq. Hesych. 1, 913. Suid. I, 522. Contra *πυρὸς μένος* vel impetum ignis emissum indicat vel flammae vim describit, ut 6, 182. 17, 565. 23, 177., cll. v. 238. 24, 792. Od. 11, 220. Illud Homeri privum ac proprium esse videtur, hoc ad omnes epicos permanavit, vid. Apoll. Arg. IV, 819, 834. Quint. Sm. V, 637. VI, 169. XIII, 458.

V. 4. Vocalium concursus tantum movit fastidium, ut singularem requirerent. At ille nonnisi de re aut praesenti aut futura dicitur, deinde poetae usus et consuetudo posteriora prioribus accommodat, vid. 8, 430. 9, 493. 10, 491. 15, 603. 17, 225. 23, 545. Od. 1, 118. 7, 312. 22, 51. 24, 241. Neque horum fidem Heynii suspicio admodum labefactare potest: etenim ille versum secundum cum septimo decimo conflando primum et quattuordecim proximos, quibus insertis ordo narrandi arctius connecteretur, a rhapsodo putat effictos. Ei autem opinioni nec libri addicunt, neque existimatoribus antiquis, si a paucissimis discesseris, quidquam fraudis suboluit.

V. 6. Bothius re minus perpensa causalem advocat, vid. ad 1, 8.

V. 7. Scholiastae Veneti iussu praepositionem, tenore retracto, nomini sociarunt.

V. 8. Ne deorum invidia luctus acerbus sibi pariatur, Achilles timet. Rei igitur non minus quam Pelidae conditioni *κακὰ κήδεα*, in libris praestantissimis lecta, expediunt. Alterum ergo ad scribae incuriam erit transferendum, vid. Od. 1, 244. 6, 165. 15, 344. et Eustath. 1127, 47.

by Google

μὴ δή μοι τελέσωσι θεοὶ κακὰ κήδεα θυμῷ,
ὥς ποτέ μοι μήτηρ διεπέφραδε, καί μοι ἔειπεν
Μυρμιδόνων τὸν ἄριστον, ἔτι ζώοντος ἐμεῖο,
χερσὶν ὕπο Τρώων λείψειν φάος ἠελίοιο.
ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός·
σχέτλιος· ἦ τ' ἐκέλευον ἀπωσάμενον δήϊον πῦρ
ἂψ ἐπὶ νῆας ἴμεν, μηδ' Ἕκτορι ἶφι μάχεσθαι.
Ἕως ὃ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,
τόφρα οἱ ἐγγύθεν ἦλθεν ἀγαυοῦ Νέστορος υἱὸς
δάκρυα θερμὰ χέων, φάτο δ' ἀγγελίην ἀλεγεινήν·
Ὤ μοι, Πηλέος υἱὲ δαΐφρονος, ἦ μάλα λυγρῆς
πεύσεαι ἀγγελίης, ἣ μὴ ὄφελλε γενέσθαι.

θυμοῖ Vind. quint. Lips. — V. 14. νῆας ἔπ' ἂψ ἰέναι V. Vind. quint. all. Eustath. 1128, 10. | Rom. — V. 19. πεύσεσθ' ἀγγ. Etym. M. 666, 56., male. —

V. 10 sq. Rhianus et Aristophanes, mirati Patroclum Opuntium Myrmidonum fortissimum ab Achille appellari duos versus sustulerunt, vid. schol. A. Aristarchus, ut illos refutaret, Patroclum Myrmidonum secundum ab Achille sive τὸν μετὰ τὸν ἄριστον τῶν Μυρμιδόνων vocari subtilius quam verius statuit. Alii commodius, ut opinor, Patroclum vel ut Myrmidonum ducem, vel quod genus eius per Aeginam, Actoris uxorem, ad Myrmidonas pertineat, hoc nomine dictum volunt. Quorum prius, schol. Victor. et Eustath. 1127, 51. cognitum ac probatum, nemo sanus repudiabit.

V. 12. Particularum copiam alii vituperarunt, alii excusarunt. Illis μάλα ex pleonasmo videtur adiecta, hi istam primo adverbio adstringentes reddunt ὄντως, cf. Eustath. 1127, 62. Etym. M. 415, 8. 698, 45. Apoll. de coni. 524, 27., de adverb. 604, 11. et auct. de poes. Hom. 179. Qui etsi ornandi causa μάλα additum dicit, id tamen pro Atticorum more habet supervacaneum, proinde poetam reprehendendum potius quam laudandum ducit. Quare haec a Plutarcho, qui istum librum composuisse ferebatur, profecta esse Barnesius aliique suspicati sunt.

V. 13. Patroclum suis mandatis neglectis in vitae periculum incurrisse Achilles animo praesagit. Quare haec non tam enarrantis quam indignantis sunt. Primum igitur post verbum, sicut in editionibus priscis est factum, colo erit distinguendum, vid. 22, 41, 86.

V. 14. Verborum ordinem, qui olim obtinuit, Aristophanis Aristarchique iudicio mutatum esse scholl. A V. nos commonefaciunt.

V. 19. Etymol. Magno mendum, e scribendi compendio natum, invasisse libri pariter atque grammatici ostendunt, vid. Apoll. in Lex. 26. et 17, 685.

Digitized by Google

κεῖται Πάτροκλος· νέκυος δὲ δὴ ἀμφιμάχονται
γυμνοῦ· ἀτὰρ τάγε τεύχε' ἔχει κορυθαίολος Ἕκτωρ.
Ὣς φάτο· τὸν δ' ἄχεος νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα·
ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν
χεύατο κὰκ κεφαλῆς, χαρίεν δ' ἤσχυνε πρόσωπον·
νεκταρέῳ δὲ χιτῶνι μέλαιν' ἀμφίζανε τέφρη.
αὐτὸς δ' ἐν κονίῃσι μέγας μεγαλωστὶ τανυσθεὶς
κεῖτο, φίλῃσι δὲ χερσὶ κόμην ἤσχυνε δαΐζων.
δμωαὶ δ', ἃς Ἀχιλεὺς λητσσατο Πάτροκλός τε,
θυμὸν ἀκηχέμεναι μεγάλ' ἴαχον· ἐκ δὲ θύραζε

V. 20. ἀμφὶ μάχ. H. — V. 23. λιγνὺν αἰθαλόεσσαν Etym. M. 565, 27. — V. 24. κακκεφαλῆς | ol. vulgo et Both. — Ib. ἤχλυσε πρόσωπον Both. coniectura. — V. 25. ἀμφίζανε τέφρην Hesych.

V. 20. Heynio et libri optimi et grammatici doctissimi, ut Eustath. 1128, 16, 33. Moschopul. 82, 23., adversantur, vid. ad 6, 461. 9, 412.

V. 22 sqq. Priusquam singula examinemus, nimias Achillis lamentationes et Peliden dolore fractum tum a Platon. in rep. III, 388., tum a Zoilo grammatico, perpetuo Homeri obtrectatore, poetae exprobrari monendum est. Atque illis quidem et scholiastae et interpretes nostrae memoriae responderunt, neque negari poterit vehementem illam doloris testificationem et fervidae Aeacidae indoli et summo eius in Patroclum amori egregie convenire, vid. Od. 24, 315 sq Il. 17, 591. Plut. de ira cohib. VII, 785 [T. II. p. 455. a.]. Porro Etym. Magn. Homero perperam tribuit λιγνὺν αἰθαλόεσσαν: illud enim, quod ab Iliade et Odyssea abest, Tryphiodori Il. excid. v. 322, epicorum aliorum ac tragicorum est, add. Etym. Magn. 528, 31. et Apoll. Lex. 411. Versu insequente κὰκ κεφαλῆς Ven. Vindd. alii plurimi et Eustath. 1128, 42., Bothio frustra obnitente, scite separant, vid. ad Il. 5, 87. Coniectura vero, ab eodem in versus exitu proposita, sermoni Homerico repugnat: nam ἀχλύω non minus quam ab eo vel deducta vel composita potestatem habent intransitivam, quemadmodum ostendunt Od. 12, 406. 14, 304. Sequiores demum promiscue solent his verbis uti, vid. Quint. Sm. I, 79, 598. Nonn. Dion. IV, 368. Apoll. Argon. IV, 1480. Quint. Sm. XIV, 462. Nonn. Dion. I, 303. Denique Hesychii mendum aliorum ope dudum emendarunt. Fuere autem qui activum ad Achillem pertinere et eum in pulvere et cinere resedisse putarent, vid. scholl. et Eust. 1129, 26 sqq. Cui quidem opinioni et verbum nonnisi semel oblatum et significatio simplicis ansam dedit: at hoc ipsum duplici instructum est potestate, vid. 10, 92. Od. 24, 209. et Il. 23, 258.

V. 32 sqq. Hemistichium huius versus excitat Apoll. in Lex. 436. Quae deinde leguntur, ea neque interpretibus Alexandrinis plana et aperta fuerunt, neque editores multi Homerica

Digitized by Google

ἕδραμον ἀμφ' Ἀχιλῆα δαΐφρονα, χερσὶ δὲ πᾶσαι
στήθεα πεπλήγοντο, λύθεν δ' ὑπὸ γυῖα ἑκάστης.
Ἀντίλοχος δ' ἑτέρωθεν ὀδύρετο δάκρυα λείβων,
χεῖρας ἔχων Ἀχιλῆος· ὃ δ' ἔστενε κυδάλιμον κῆρ·
δείδιε γὰρ, μὴ λαιμὸν ἀποτμήξειε σιδήρῳ·
σμερδαλέον δ' ὤμωξεν. ἄκουσε δὲ πότνια μήτηρ
ἡμένη ἐν βένθεσσιν ἁλὸς παρὰ πατρὶ γέροντι·
κώκυσέν τ' ἄρ' ἔπειτα· θεαὶ δέ μιν ἀμφαγέροντο,
πᾶσαι ὅσαι κατὰ βένθος ἁλὸς Νηρηΐδες ἦσαν.
ἔνθ' ἄρ' ἔην Γλαύκη τε Θάλειά τε Κυμοδόκη τε,

I, 299. — V. 33. ὣδ' ἔστενε Bentleii. conjectura. — V. 34. ἀπαμήσειε Ar., ut videtur. — V. 37, ἀμφιγέροντο Vind. quint. ἀμφ. ἀγ. V. —

commode satis et intelligenter expedierunt. Iam subitam personae mutationem largam ambigendi materiam praebuisse Heynius recte demonstravit. Idem autem nec Bentleii suspicionem probare, nec versum 34, ut postliminio invectum, notare debebat. Etenim verba: ὃ δ' ἔστενε κυδάλιμον κῆρ, parenthesi inclusa, cum Achille esse iungenda schol. pariter ac librorum distinctio ostendunt. Proxima vero de Antilocho dici est veri simillimum, quod hic, ne Achilles sibimet ipsi manus inferret, timuit, unde schol. Victor.: οἴδε γάρ, inquit, τοὺς μεγαλοψύχους ἐπὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐν συμφοραῖς ὁρμωμένους. Magis aliena, ne dicam absurda, commenti sunt alii, opinati aut Antilochum, ne cineres sibi inspergeret Achilles, eius manus prehendisse, aut Achillem in timore fuisse, ne Patroclī caput Hector abscinderet. Quod Bothium arripuisse miror, si quidem ab ea opinione vel poetae verba eum poterant revocare, vid. 17, 126. 18, 176, 375 et horum similia. Hosti enim caeso non iugulum, velut agnae immolandae 3, 292, sed caput ense erat recidendum. Nihil jam superest, nisi ut breviter de Aristarchi emendatione videamus. Scholiastae quanquam dissentiunt, illi tamen ἀπαμήσειε, Zenodoto ἀποτμήξειε assignant. Equidem ἀπαμήσειε, i. e. *demeteret*, importunum crediderim. Ut enim taceam Od. 21, 300 sq. a nostris aliquanto distare, abscindere et secare propria esse discimus conferendo Od. 10, 440. 16, 102. Il. 5, 214. Praeterea et Zenodoto et nobis convenit schol. ad Eurip. Med. 40.

V. 37. Nec v[illegible]is adulterata nec verba seiuncta, quae apud alios, ut apud Eustath. 1129, 62, melius in unum coaluerunt, placent.

V. 39. Nereidum recensum Hesiodi magis quam Homeri indolem prodere veteres observarunt. Qua de causa Zenodoto, qui versus undecim spurios habuit, alii sunt assensi, iique, Callistrato teste, in exemplari Argolico defuerunt, cf. schol. A. Eustath. 1131, 20 sqq. et Lehrs. de Arist. stud. Homer. 358. Poetam vero Gratias, Ilithyias, Musas generatim commemorare, singula-

Digitized by Google

*Νησαίη Σπειώ τε, Θόη θ' Ἁλίη τε βοῶπις,*
*Κυμοθόη τε καὶ Ἀκταίη καὶ Λιμνώρεια,*
*καὶ Μελίτη καὶ Ἴαιρα, καὶ Ἀμφιθόη καὶ Ἀγαυή,*
*Δωτώ τε Πρωτώ τε, Φέρουσά τε Δυναμένη τε,*
*Δεξαμένη τε καὶ Ἀμφινόμη καὶ Καλλιάνειρα,*
*Δωρὶς καὶ Πανόπη καὶ ἀγακλειτὴ Γαλάτεια,*
*Νημερτής τε καὶ Ἄψευδὴς καὶ Καλλιάνασσα·*
*ἔνθα δ' ἔην Κλυμένη, Ἰάνειρά τε καὶ Ἰάνασσα,*
*Μαῖρα καὶ Ὠρείθυια, ἐϋπλόκαμός τ' Ἀμάθεια,*

V. 40. *Θαλίη* all. — V. 42. *Ἀγαύη* Vind. ed. Both. — V. 44. *Δεξαμενή* grammat. pars, Both. — V. 46. *Νημέρτης τε καὶ Ἄψεύδης* Vind. ed. H. et Both. — V. 47. *ἐνθάδε ἦν* vel *ἐνθα*

rum nomina silentio transmittere scribunt, nec versum 49, qui fessi quasi ac defatigati indicium sit, eius copiam ac facundiam spirare. Itaque Bothius versus tanquam adventicios obelo notavit: equidem ut in re lubrica atque incerta manum cohibendam duxi. Legisse eos Aelianum, vid. Histor. Animal. XIV, 28, Heynius animadvertit, add. Hesiod. Theog. 243 sqq. Apollod. I, 2, 6. et Virgil. Georg. IV, 336 sqq. In iis Nereidum nominibus, quae alias etiam, ut ab eiusdem stirpis adiectivis clarius discernantur, tenorem retrahunt, Aristarchus *βαρυτόνησιν* admisit. Scripsit ergo *Γλαύκην, Θόην*. Ea vero, quae adiectivorum vim et potestatem pressius sequantur, acuere maluit, vid. schol. A. Eustath. 1130, 37. et Lehrs. de Arist. stud. Homer. 273 sq. ea de re docte et copiose disserentem. Ad quod discrimen quum parum attenderint alii, velut Bothius, in multiplices inciderunt errores, quos strictim et summatim indicasse satis erit.

V. 40. Schol. A.: *ἀπὸ τοῦ ᾱ τὴν ἀρχὴν τοῦ ὀνόματος δεῖ ποιεῖσθαι, Ἁλίη· οἰκεῖον γὰρ Νηρεϊδι παρὰ τὴν ἅλα παρῆχθαι.* Corruptum igitur erit schol. alterum: *Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ θ Ἅλεια* (imo *Ἁλία*) *παρὰ τὴν ἅλα.* Haec forte fortuna apud Villoisonium ad versum priorem sunt retracta, quo factum est, ut Heynius Aristarchi mentem haud assequeretur. Merito autem Valckenarius ad Ammon. 165. nomen Homericum, Aristarchi iudicio confirmatum, reddidit Hesiodo, vid. Göttling. ad Theog. 245.

V. 42. Accentus nominis *Ἀγαυὴ* veteribus fuit dubius, vid. Hermann. ad Eurip. Bacch. 1141. et Göttling. ad Hesiod. Theog. 246. Lehrsius quidem Herodiani sive Arcadii testimonio rem confectam putat, at quum scriptores alios, tum Homeri libros ab oxytono passim recedere constat, nihilominus id antiquiorum proprium fuisse videtur.

V. 43. Horum postrema sunt apud Herodianum *περὶ λέξ. μον.* 12, 32.

V. 44. Bothius ne monito quidem lectore accentum in ultimam reiecit; falso. Intercedit enim horum analogia, sicut

Digitized by Google

ἄλλαι θ' αἱ κατὰ βένθος ἁλὸς Νηρηΐδες ἦσαν.
τῶν δὲ καὶ ἀργύφεον πλῆτο σπέος· αἱ δ' ἅμα πᾶσαι
στήθεα πεπλήγοντο· Θέτις δ' ἐξῆρχε γόοιο·
Κλῦτε, κασίγνηται Νηρηΐδες, ὄφρ' εὖ πᾶσαι
εἴδετ' ἀκούουσαι, ὅσ' ἐμῷ ἔνι κήδεα θυμῷ.
ὤ μοι ἐγὼ δειλή, ὤ μοι δυσαριστοτόκεια·
ἦτ' ἐπεὶ ἄρ τέκον υἱὸν ἀμύμονά τε κρατερόν τε,
ἔξοχον ἡρώων· ὃ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος·
τὸν μὲν ἐγὼ θρέψασα, φυτὸν ὡς γουνῷ ἀλωῆς,

δὲ ἦν ol. vulgo. — V. 48. Ἀμάθνια V. et V. L. apud Eustath. 1130, 56. — V. 52. ἐὺ πᾶσαι H. — V. 53. ἔπι κήδεα θ. Aristoph. — V. 54. δυσαριστοτοκία Etym. M. 291, 40., male. —

Δαναός Δανάη, κολωνός κολώνη, a schol. B. arcessita. Δεξαμένη igitur erit proprium, δεξαμενὴ appellativum et περιεκτικόν, vid. Eustath. 1131, 10. Arcad. de acc. 111, 9. Etym. M. 328, 13., cuius auctor 218, 51. nomen ultimum adduxit.

V. 46. Aristarchum haec nomina, quae Nympharum fatidicarum veracitatem indicant, acui iussisse schol. A. ad vers. 39. testatur. Nihil igitur erit novandum, vid. Lehrs. l. all. 273. Bothius, ut appellativa a propriis discerneret, tenorem inclinavit, et insuper Γαλατεῖαν, Θαλεῖαν, Ἀκταιήν, Νησαιήν proposuit, nova prorsus atque insolita commentus. Neque Heynii Ἀψευδίς et Νημερτίς ullo idoneo nititur praesidio.

V. 47. Leniore et aptiore compage cum prioribus devinciunt haec Ven. Vind. quintus, Harl. et alii plures, quibus editores obtemperarunt.

V. 48. Ἀμάθνιαν ad Orithyiae similitudinem quosdam perperam scripsisse Eustath. 1130, 56. refert. Illud enim a θύω profectum νι recte adsciscit, a quo Ἀμάθεια, cuius primitivum est ἄμαθος, abhorret.

V. 50. Vid. Etym. M. 137, 38.

V. 53. Aristophanis, neque Aristarchi, ut Heynius tradit, fuit ἔπι, alteri sine dubio postponendum.

V. 54. Thetis se infelicem praedicat matrem, quippe quae in sui perniciem filium fortissimum pepererit, conf. schol. A. Eustath. 1130, 21. Apollon. in Lexic. 232. et Hesych. I, 1034. Homeri normam imitantur alii, velut Oppian. in Cyneg. I, 6 νύμφη ἀριστοπόσεια, λεχὼ δέ τε καλλιτόκεια. Quae omnia Etymologici vitium coarguunt. Maternas querelas, ad naturae veritatem expressas, Thetidis divino numine indignas habent Plat. de rep. III, 388. et Maxim. Tyr. in dissert. XXIV, 465.

V. 56. Imago praeclara totidem fere verbis infra redit v. 436 sqq. add. 17, 53 sqq. et Eustath. 1130, 29. Afferunt nostra Apollon. in Lexic. 302. et schol. ad Od. 6, 163, ubi Nausicaa, Alcinoi filia, germini olivae, quod ad Apollinis Delii aram succreverit, componitur. Verbum ἀναδραμεῖν ab Herodoto ad su-

Digitized by Google

νηυσὶν ἐπιπροέηκα κορωνίσιν Ἴλιον εἴσω
Τρωσὶ μαχησόμενον· τὸν δ' οὐχ ὑποδέξομαι αὖτις
οἴκαδε νοστήσαντα δόμον Πηλήϊον εἴσω.
ὄφρα δέ μοι ζώει καὶ ὁρᾷ φάος Ἠελίοιο,
ἄχνυται, οὐδέ τί οἱ δύναμαι χραισμῆσαι ἰοῦσα.
ἀλλ' εἶμ', ὄφρα ἴδωμι φίλον τέκος, ἠδ' ἐπακούσω,
ὅ ττι μιν ἵκετο πένθος ἀπὸ πτολέμοιο μένοντα.
Ὣς ἄρα φωνήσασα λίπε σπέος· αἱ δὲ σὺν αὐτῇ
δακρυόεσσαι ἴσαν, περὶ δέ σφισι κῦμα θαλάσσης
ῥήγνυτο. ταὶ δ' ὅτε δὴ Τροίην ἐρίβωλον ἵκοντο,
ἀκτὴν εἰσανέβαινον ἐπισχερώ, ἔνθα θαμειαὶ

V. 61. ζώῃ Harlei. — V. 62. χραισμῆσαι ὄλεθρον Vind. un. — V. 63. ἴδωμαι φίλον editt. antiqq. ἴδω τε φ. Vind. ed. St. Clark. ἴδοιμι φ. V. Harl. et all. — V. 64. ἄπο grammaticor. para, Steph. Both. — V. 66. περὶ δὲ

etam urbium magnificentiam et fortunam crebro traduci interpretes admonent, vid. Bothium et dissertat. de vi et usu praeposit. ἀπό et κατά apud Homerum § 4, 6 sq.

V. 58. Schol. A. ad v. 6 νηυσὶν ἔπι προέηκα melius iudicat quum libris invitis tum usu repugnante, conf. 4, 49. 9, 520. 17, 708. Od. 15, 299 et conf. ad 4, 94.

V. 61. Indicativum a plurimis libris servatum poetae usus dubitatione liberat, vid. v. 442. Od. 14, 44. 20, 207.

V. 62. Vindobonensi unus tantum Vaticanus adstipulatur, aliis vero e locis nomen assumptum videtur, conf. 7, 143. 11, 120. 20, 296. Detrahit illud de matris caritate, add. v. 443.

V. 63. Vid. ad 1, 549. 9, 414.

V. 64. Grammaticorum quidam ἄπο tenore inclinato *procul* sive *procul ab aliquo loco* significare censent. Aristarchus ne ex ista distinguendi subtilitate plus incommodi quam commodi oriretur, genitivo proxime instante ἀπὸ exaravit, conf. schol. Venet. ad h. l. et ad 2, 162. 9, 353. Nec magis viris doctis ea de re convenit, vid. Hermann. ad Viger. not. 171, 6. Rost gr. Gr. §. 11. annot. 3. et Matth. gr. §. 527, 11. 1129, not. d. Iam si praepositionum ea est natura, ut nominibus suis consocientur potius quam ab iis divellantur, Aristarchum vere et prudenter iudicasse vix erit negandum.

V. 68. Venetum temere occupavit εἰσανέβησαν, cuius nullam alias cernitur vestigium, vid. Eustath. 1131, 39. Od. 2, 172, 18, 252. 19, 125.

V. 70. Ven., ut solet, βαρὺ στενάχων ter in hoc libro, vid. v. 78, 323, disiunxit, Vindobonensibus contrarium sectantibus, conf. ad 1, 364.

V. 71. Zenodoti ἑοῖο, cui schol. A. ad versum 138 ἧος in aliis lectum opponit, personae quidem congruit; at praeter Eu-

Digitized by Google

Μυρμιδόνων εἴρυντο νέες ταχὺν ἀμφ' Ἀχιλῆα.
τῷ δὲ βαρυστενάχοντι παρίστατο πότνια μήτηρ,
ὀξὺ δὲ κωκύσασα κάρη λάβε παιδὸς ἑῆος·
καί ρ' ὀλοφυρομένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Τέκνον, τι κλαίεις; τί δέ σε φρένας ἵκετο πένθος;
ἐξαύδα, μὴ κεῦθε· τὰ μὲν δή τοι τετέλεσται
ἐκ Διός, ὡς ἄρα δὴ πρίν γ' εὔχεο χεῖρας ἀνασχών,
πάντας ἐπὶ πρύμνῃσιν ἀλήμεναι υἷας Ἀχαιῶν
σεῦ ἐπιδευομένους, παθέειν τ' ἀεκήλια ἔργα.
Τὴν δὲ βαρυστενάχων προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·
μῆτερ ἐμή, τὰ μὲν ἄρ μοι Ὀλύμπιος ἐξετέλεσσεν·

σφι Lips. — V. 68. εἰσανέβησαν V. — V. 70. βαρὺ στενάχοντι V. all. et H. — V. 71. παιδὸς ἑοῖο V. vulgo, W. H. — V. 75. ὣ ἄρα δὴ Harl. — V. 76. ἀλήμεναι Ald. sec. Rom. — V. 77. ἀέκήλια grammaticor. pars. —

stathium 1133, 44. ita praecipientem: *παιδὸς ἑοῖο ἢ μᾶλλον ἑῆος ἦγουν ἡέος, ὃ ἐστιν ἀγαθοῦ, ὡς ἀπὸ τοῦ ἠὺς ἡέος καὶ κατὰ μετάθεσιν ἑῆος ἢ καὶ ἰδίου. διὸ καὶ δασύνεται παρὰ πολλοῖς.*, ἑῆος sive *ἑῆος* Harleianus et duo alii apud Heynium offerunt. Neque id Achilli matri carissimo et Graecorum omnium praestantissimo absonum erit. His igitur de causis, id, quod in Il. 14, 9. ob sponsorum gravium penuriam erat repudiandum, hic admisi, add. Il. 1, 393.

V. 75. Suis et filii precibus deorum hominumque patrem annuisse Thetis fatetur. Cui quidem sententiae particula magis est accomodata pronomine.

V. 76. Spiritum asperum ignorant doctiores, vid. ad 16, 714. et 11, 192. v. 77. Schol. A: *ὁ Ἀσκαλωνίτης ἀεκήλια, οἷον οὐχ ἥσυχα οὐδὲ εἰρηνικά, ἐπεὶ ἴκηλος ὁ ἥσυχος, ὥστε στέρησιν αὐτῶν ἐκδέχεσθαι. οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος, οἷον ταραχώδη ἢ ἀκούσια, ἃ οὐκ ἄν τις ἑκὼν πάθοι, ὁμοίως δὲ καὶ Ἀλεξίων.* Veteres igitur vel ἴκηλος vel *ἑκὼν* nostri ponunt stirpem, conf. Eust. 1130, 34. Apoll. Lexic. 37. Etym. M. 19, 37. Hesych. I, 108. Zon. I, 52. Ut igitur etymum clarius elucesceret, vel spiritum asperum vocali ε̄ adiecerunt, vel priores duas constiparunt. Nostra memoria plerique repetunt a forma *ἀεικέλιος*, et res indignas ac tetras a poeta significari arbitrantur, vid. Buttm. in Lexil. I, 251. Passov. Lex. sub v. et Bothium. At illi quidem explicationi solum Suidae testimonium I, 59. aliquid pondus addit, et vocales noviter et insolenter mutatae obloquuntur. Itaque dubito, num Aristarchi et veterum decreta vana et inania sint habenda. Sensit idem Heynius ita commentatus: „sensus est idem, qui τοῦ *ἀεικής*, *ἀεικέλιος*, e quo tamen vix duci poterit.“ Bothio insuper in mentem venit *ἀΐκήλια*, cui opitulari putat 22, 336 *ἰλκήσουσ' ἀΐκῶς*.

ἀλλὰ τί μοι τῶν ἦδος, ἐπεὶ φίλος ὤλεθ' ἑταῖρος,
Πάτροκλος, τὸν ἐγὼ περὶ πάντων τῖον ἑταίρων,
ἶσον ἐμῇ κεφαλῇ· τὸν ἀπώλεσα· τεύχεα δ' Ἕκτωρ
δηώσας ἀπέδυσε πελώρια, θαῦμα ἰδέσθαι,
καλά· τὰ μὲν Πηλῆϊ θεοὶ δόσαν ἀγλαὰ δῶρα
ἤματι τῷ, ὅτε σε βροτοῦ ἀνέρος ἔμβαλον εὐνῇ.
αἴθ' ὄφελες σὺ μὲν αὖθι μετ' ἀθανάτῃς ἀλίῃσιν
ναίειν, Πηλεὺς δὲ θνητὴν ἀγαγέσθαι ἄκοιτιν.
νῦν δ', ἵνα καὶ σοὶ πένθος ἐνὶ φρεσὶ μυρίον εἴη
παιδὸς ἀποφθιμένοιο, τὸν οὐχ ὑποδέξεαι αὖτις
οἶκαδε νοστήσαντ'· ἐπεὶ οὐδέ με θυμὸς ἀνώγει

V. 80. ἦδος Lips. — V. 83. ἀπέλυσε V. L. ap. schol. Vict. — V. 86. ὡς ὄφελες Vindd. ol. vulgo Apoll. de syntax. III, 23, 249. Eustath. 1132, 18. — V. 88. μύριον Vind. ed. et ol. vulgo. — Ib. εἴη Herm. in Opusc. II, 32. — V. 90. οὐδ' ἐμέ V. Vind. ed. ol. vulgo et H. — Ib. ἄνωγε ol. vulgo et W. — V. 93. Μενοιτιάδαο Eust. 1132. 23 et Rom., male. — Ib. ἀπο-

V. 80. Spiritum lenem, codicum auctoritate tutum, vindicant Lex. περὶ πνευμ. 222. Suid. II, 47, et alii, vid. interpretes ad Hesych. I, 1604.

V. 83. Dissimilitudinis fundum in Il. 16, 804 quaerendum esse schol. Victor. ipse indicat. Sed ἀποδύω et περιδύω de spoliis hostium caesorum proprie dicuntur, conf. 4, 532. 11, 100. et Eustath. 1132, 5.

V. 86. Schol. A: γράφεται ὡς ὄφελες. Ἀπολλώνιος δὲ ἐν τῷ περὶ συντάξεως τίθησι τὸν στίχον οὕτως ἔχοντα. Male intellexit haec Heynius, Apollonium cum Veneto, a quo dissideat, concinere ratus. Obtinuit autem ὡς ὄφελες in omnibus propemodum, Veneto excepto, quem Wolfius est secutus. Iam quum adverbium αἴθε personae secundae praecipue sit aptum, vid. 1, 415. 3, 40. 14, 84, 24, 253, ὡς ὄφελον et ὡς ὄφελεν primae et tertiae sint congrua, ut 3, 173. 4, 315. 6, 345. 11, 380. 22, 426, cui legi Od. 24, 30 solus adversetur, Veneto et Wolfio erit assentiendum.

V. 88. Tenoris pravitatem tollunt editiones principes, add. Eustath. 1132, 18. et Rom.

V. 90. Achilles quum nullum alium sibimet ipsi opponat, pronomen recte inclinavit Wolfius, add. Eustath. 1132, 22. In fine praesens, Veneti et aliorum praesidio nixum, cum Heynio et Bothio recipiendum duxi. Nam si animi consilium modo captum rem vel praesentem vel futuram spectat, ea forma regnat, vid. 6, 439. 7, 74. 8, 322. 15, 43. 18, 176. 19, 102. 20, 77, 179. 22, 142. 24, 198. Od. 1, 316. 14, 246. 15, 395. 21, 194; sin autem mentem eam iam antea fuisse et diutius quasi inhaerere significatur, imperfecto opus est, conf. Il. 6, 444. 14, 195. 18, 426. Od. 5, 89.

V. 93. Subjunctivum cum plurimis habet Eustath. 1132, 23.

Digitized by Google

ζώειν, οὐδ' ἄνδρεσσι μετέμμεναι, αἴ κε μὴ Ἕκτωρ
πρῶτος ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ τυπεὶς ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσῃ,
Πατρόκλοιο δ' ἕλωρα Μενοιτιάδεω ἀποτίσῃ.

Τὸν δ' αὖτε προσέειπε Θέτις κατὰ δάκρυ χέουσα·
ὠκύμορος δή μοι, τέκος, ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις·
αὐτίκα γάρ τοι ἔπειτα μετ' Ἕκτορα πότμος ἑτοῖμος.

Τὴν δὲ μεγ' ὀχθήσας προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·
αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἑταίρῳ
κτεινομένῳ ἐπαμῦναι· ὃ μὲν μάλα τηλόθι πάτρης
ἔφθιτ', ἐμεῖο δὲ δῆσεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι.

τίσαι Vind. un. — V. 94. τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα V. L. ap. schol. A. — Ib. καταδακρυχέουσα Vind. ed. H. — V. 97. τὴν δ' αὖτε προσέειπε ποδάρκης δῖος Ἀχ. Aeschin. contr. Timarch. 298. ed. Bekk. — V. 99. κτ. ἐπαμ., ὃ μοι μάλα φίλτατος ἦεν. Aeschin. c. Timarch. l. all. — V. 100. Ἄρεω ἀλκτῆρα Ar. — Ib. ἴδησεν Apoll. in Lex. 239. Parmeniscus. —

V. 94. Compositum, a Venet. et plurimis spretum, iure vituperavit Wolfius in praef. edit. nov. 42.

V. 95. sqq. Plurimi his versibus sunt usi, ut Aeschin. contra Timarchum l. all. quinque adscripsit; duos habet Cicero in epistol. ad Attic. IX, 5. Lepide nostrum ad iuvenem sumptuosius coenantem transtulit Diogenes apud Laert. VI, 6, 53, in fine leviter mutatum, οἷ' ἀγοράζεις, add. Eustath. 1132, 40., et Aristoteles apud eundem V, 1, 6 Callistratum procacius in Alexandrum regem invehentem eo absterruit. Proximum Plato in Apolog. Socrat. p. 28. C. apposuit.

V. 98. Achillis animum, vitae prodigum, laudibus effert praeter Aeschinem Plat. in Symp. p. 179. E. et in Apolog. Socr. p. 28. D.

V. 100. Nec singula poetae verba plana sunt et perspicua, nec sententiae totius explicatio facilis et obvia videtur. Nam primum, utrum Ἄρεω sive Ἄρεος, an ἀρῆς ἀλκτῆρα Achilles semet ipsum appellaverit, disceptarunt. Illud autem, quanquam Aristarcho probatum, rei insolentia non minus quam aliis et iis certis testimoniis suspectum reddi ideoque alteri, quod plurimi veterum neque ignorarunt nec respuerunt, posthabendum esse argumentis docere studui ad 14, 485. Restat igitur, ut δῆσεν sive ἴδησεν, cuius forma ac potestas controversias movit, breviter explanemus. Ac veteres quidem duplicem ingressi sunt viam. Horum enim pars aoristum illum ad stirpem δέω (*vincio*) revocarunt, alii eum ab etymo δέω (*indigeo*) proficisci statuerunt; insuper fuerunt qui ε̄ ab adversativa revulsum adiungerent verbo, quo speciem externam nec vero rem ipsam mutari intelligitur. Ea in opinione fuit Parmeniscus, schol. A. teste: Παρμένισκος μὲν οὖν βαρυτόνως τὸ Ἴδησεν ἀποδίδωσι οὕτως· ὁ δὲ πόλεμος τὴν ἐμὴν ἀφελόμενος πανοπλίαν ἴδησέ μου τὴν ἔξοδον, ὥστε ἀλκτῆρα μὴ γενέσθαι τοῦ



Digitized by Google

νῦν δ', ἐπεὶ οὐ νέομαί γε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν,
οὐδέ τι Πατρόκλῳ γενόμην φάος, οὐδ' ἑτάροισιν
τοῖς ἄλλοις, οἳ δὴ πολέες δάμεν Ἕκτορι δίῳ·
ἀλλ' ἧμαι παρὰ νηυσὶν ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης,
τοῖος ἐών, οἷος οὔτις Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων
ἐν πολέμῳ· ἀγορῇ δέ τ' ἀμείνονές εἰσι καὶ ἄλλοι.
ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν, ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο,
καὶ χόλος, ὅστ' ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι,
ὅστε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο
ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέξεται, ἠΰτε καπνός·
ὡς ἐμὲ νῦν ἐχόλωσεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων.
ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ,

V. 101. νῦν ἐπεὶ editt. antiqq. — V. 103. οἱ δὲ πολ. Ald. sec. — V. 107. καὶ ἀνθρώπων Aristotel. Eth. Eudem. VII, 1. — V. 111. ὣς ἐμέ Vind. ed. Clark.

Πατρόκλου, ὅ ἐστι βοηθόν, vid. Etym. M. 138, 10. Eustath. 1133, 2. 5. Illi vero rationi grammaticae leges vel additamentum quarti casus vel pro persona rei genitivum postulantes repugnant. Longe plures ergo, quod solum superesse videbant, ad verbum δέω, δεῖ, cuius aoristus sit ἔδεύησεν, ἔδέησεν et syncopa accedente ἔδησεν, δῆσεν, confugerunt, ut schol. ABV. Etym. M. 138, 9. Eustath. 1133, 4. Neque ab ista priorum norma viri docti recedunt, conf. Buttmann. in gr. ampl. I, 2, p. 109. Matth. in gr. §. 230, v. δεῖ, Thiersch in gr. §. 232, 43. Rost gr. §. 84, p. 297. Sensus igitur erit: *ille procul a patria periit, meae opis ad perniciem arcendam indigens.* Interpretes vero Latini, Dacieria et Heynius, notionem desiderandi vel implorandi illi perperam substituunt. Nam id solum generosam Pelidae mentem excruciat, quod Patroclo, sui animi quasi dimidio, auxilium nullum ferre potuerit. Quare morte spreta nihil optat, nisi ut ab Hectore, amici percussore, exigat poenas. Patroclus quanquam moribundus Hectori caedem erat vaticinatus, vid. 16, 801, ea tamen Achilles neque rescivit, neque δῆσεν id, quod volunt, potest significare.

V. 101. Adversativam ab editionibus priscis neglectam libri pariter ac grammatici supplent, vid. Eustath. 1133, 26. Etym. M. 598, 48. Apodosin, quae deesse videtur, alii in versu 107, alii rectius, ut puto, in versu 114. quaesiverunt, conf. schol. A., Eustath. 1133, 32 sqq. et Matth. in gr. Gr. §. 607. Minime igitur opus est, quemadmodum Köppenius, Heynius et Bothius iubent, θανοῦμαι vel simile quiddam cogitatione subiicere, imo eo Achilli datur quod dicere nec voluit nec potuit.

V. 103. Aldinae vitium nemo agnoscit.

V. 104. In Eustathii commentariis 1133, 28. operarum incuria ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης olim ferebatur. Mendum ab Heynio notatum recte expulerunt editores Lipsienses, vid. ib. 49.

Digitized by Google

θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φίλον δαμάσαντες ἀνάγκῃ.
νῦν δ' εἶμ', ὄφρα φίλης κεφαλῆς ὀλετῆρα κιχείω,
Ἕκτορα· Κῆρα δ' ἐγὼ τότε δέξομαι, ὁππότε κεν δὴ
Ζεὺς ἐθέλῃ τελέσαι, ἠδ' ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι.
οὐδὲ γὰρ οὐδὲ βίη Ἡρακλῆος φύγε Κῆρα,
ὅσπερ φίλτατος ἔσκε Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι·
ἀλλά ἑ Μοῖρ' ἐδάμασσε καὶ ἀργαλέος χόλος Ἥρης.
ὡς καὶ ἐγών, εἰ δή μοι ὁμοίη μοῖρα τέτυκται,
κείσομ', ἐπεί κε θάνω· νῦν δὲ κλέος ἐσθλὸν ἀροίμην.
καί τινα Τρωϊάδων καὶ Δαρδανίδων βαθυκόλπων,
ἀμφοτέρῃσιν χερσὶ παρειάων ἁπαλάων
δάκρυ' ὀμορξαμένην, ἀδινὸν στοναχῆσαι ἐφείην·

St. all. — V. 119. Μοῖρα δάμασσε Vind. ed. Rom. H. — V. 124. δάκρυ ὁμ. Ald. sec. — Ib. στεναχῆσαι editt. antiqq. —

Od. 20, 379. Plato in Apol. Socr. p. 28. D. Plut. de anim. tranq. VII, 824 [T. II. p. 465. c.]. auct. de poes. Hom. 222. Etym. M. 39, 46. 181, 21. et scholl. ABV. 105. Achillis magniloquentiam et ostentationem communi principum Homericorum more excusat schol. A. Prudentius et cautius iudicat Plutarch. de anim. tranq. VII, 841 [T. II. p. 471.], nam Achilles pro ingenua indolis simplicitate nec virtutem, qua eminet, nec quid ipsi desit, celavit.

V. 107. Heraclitus philosophus, quod discordia rerum semina conserventur, Achilles vero eius interitum optet, poetam ut in physicis hospitem exagitavit, vid. Aristotel. Eth. Eud. VII, 1. Plut. de Isid. et Osir. VII, 460 [T. II. p. 370. D.], auct. de poes. Hom. 218, scholl. AB. et Eustath. 1133, 56, qui quidem ab ea inscitia Homerum liberare student.

V. 109 sq. Libidini ulciscendi si satisfacere contigerit, iracundum suavitate quadam naturali perfundi poetam vere et recte dicere testantur philosophi, vid. Platon. in Phileb. p. 47. Aristotel. in Rhetor. I, 11. II, 2. Galen. de Hippocr. et Plat. placit. III, 2, 7 et IV, 1., nostrorum memores. Similia Homerus in Od. 14, 461. vini calori et potestati tribuit, conf. Eustath. 1133, 61.

V. 111. Particula quum tempus denotet, tenorem cum libris et Eustath. 1134, 15. missum fecerunt.

V. 112. Conf. 19, 65 sq. 16, 60. Utrumque affert auct. de poes. Hom 215.

V. 115 sq. Initio excepto totidem verbis redeunt 22, 365 sq.

V. 119. Augmentum numerorum pondus et gravitatem adiuvat, unde cum optimis quibusque et Eustath. 1134, 22, a quo temere deflexit Romana, erit tenendum.

V. 124. Apostrophum inutilem ducit Bekker. in cens. ed. Wolf. p. 133. conf. de vers. Gr. her. 168. Sed libri isti conatui



Digitized by Google

γνοῖεν δ', ὡς δὴ δηρὸν ἐγὼ πολέμοιο πέπαυμαι.
μηδέ μ' ἔρυκε μάχης, φιλέουσά περ· οὐδέ με πείσεις.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα·
ναὶ δὴ ταῦτά γε, τέκνον, ἐτήτυμον· οὐ κακόν ἐστιν
τειρομένοις ἑτάροισιν ἀμυνέμεν αἰπὺν ὄλεθρον·
ἀλλά τοι ἔντεα καλὰ μετὰ Τρώεσσιν ἔχονται,
χάλκεα, μαρμαίροντα· τὰ μὲν κορυθαίολος Ἕκτωρ
αὐτὸς ἔχων ὤμοισιν ἀγάλλεται· οὐδέ ἔ φημι
δηρὸν ἐπαγλαϊεῖσθαι, ἐπεὶ φόνος ἐγγύθεν αὐτῷ.
ἀλλὰ σὺ μὲν μήπω καταδύσεο μῶλον Ἄρηος,
πρίν γ' ἐμὲ δευρ' ἐλθοῦσαν ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδηαι.
ἠῶθεν γὰρ νεῦμαι ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι
τεύχεα καλὰ φέρουσα παρ' Ἡφαίστοιο ἄνακτος.

V. 125. γνοίη codd. pars. — Ib. ὡς δηρὸν δὴ Vind. quint. — Ib. πεπαύμην Harlei. — V. 128. τοῦτό γε Steph. — V. 133. ἐπ' ἀγλ. V. ἀπαγλαϊεῖσθαι Lips. — V. 136. ἠῶθι Vind. quint. et Lips. — V. 138. ἑοῖο ol. vulgo

plerumque obstant, et pluralis rei veritatique egregie concinit, vid. Od. 2, 81. 11, 530. et Matth. in gr. Gr. §. 147, p. 113. Heynium non poenitere debebat recepti στοναχῆσαι, vid. Excurs. III, p. 9. Ad postremum schol. A. adiecit: Ἀδινὸν Ἀρίσταρχος. ἄλλοι δὲ ἀδιν. Si bene auguror, Aristarchus, ut numerum aliis redderet similem, ἀδινὰ restitutum voluit, conf. 24, 123. 510. Od. 7, 274; singularem autem, in quo libri conveniunt, haud ignotum fuisse Od. 4, 721. testificatur.

V. 125. Achilles mulierum Troianarum catervas comprehendit. Pluralis igitur, a Ven., eius scholiasta et plurimis oblatus, commode stabit. In fine versus plusquamperfectum ad rem ipsam aptius habet Bentleius, neque id, si testimonia plura et graviora ei adessent, improbaverim. Pelides enim de se quasi in pugnam iam reverso loqui potest. At libris intercedentibus in vulgari erit subsistendum.

V. 128. Stephanus Eustathii verbis 1134, 32: ναὶ δὴ ταῦτά γε ἢ τοῦτό γε, τέκνον, ἐτήτυμον, in errorem compulsus hoc reposuit. Ille autem prioris explicationem nec legendi varietatem nobiscum communicavit, vid. 1135, 1 sqq. Tradit enim ἐτήτυμον vel pro adverbio esse sumendum, vel matrem ipsam eo declarare nihil iam filio expetendum esse nisi unum illud, Achivis afflictis opem ferre. Tertium addit schol A., ἐτήτυμον cum nomine insequente κακὸν iungi posse arbitratus. Id verum habuit Bothius, et interpunctione sublata Homerica reddit: „*sane haec revera non sunt malum*, h. e. profecto bene facis, quum afflictis sodalibus opitularis." At gravius certe et melius ultima a priori-

Ὣς ἄρα φωνήσασα πάλιν τράπεθ' υἱος ἑῆος·
καὶ στρεφθεῖσ' ἀλίῃσι κασιγνήτῃσι μετηύδα·
Ὑμεῖς μὲν νῦν δῦτε θαλάσσης εὐρέα κόλπον
ὀψόμεναί τε γέρονθ' ἅλιον καὶ δώματα πατρός,
καί οἱ πάντ' ἀγορεύσατ'· ἐγὼ δ' ἐς μακρὸν Ὄλυμπον
εἶμι παρ' Ἥφαιστον κλυτοτέχνην, αἴ κ' ἐθέλῃσιν
υἱεῖ ἐμῷ δόμεναι κλυτὰ τεύχεα παμφανόωντα.
Ὣς ἔφαθ'· αἱ δ' ὑπὸ κῦμα θαλάσσης αὐτίκ' ἔδυσαν·
ἡ δ' αὖτ' Οὐλυμπόνδε θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα
ἤϊεν, ὄφρα φίλῳ παιδὶ κλυτὰ τεύχε' ἐνείκαι.
Τὴν μὲν ἄρ' Οὐλυμπόνδε πόδες φέρον· αὐτὰρ Ἀχαιοὶ
θεσπεσίῳ ἀλαλητῷ ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο
φεύγοντες νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο.

et W. — V. 142. ἀγορεῦσαι Z. — V. 143. αἶκε θέλῃσιν Vind. quint. et all. — V. 144. νἱῖ Herm. ad hymn. Hom. in Apoll. 48. — V. 147. ἐνείκαι Vind. ed. vulgo et W. —

bus disiuncta pro communi accipiamus sententia. Nam Achilles antea Patrocli mortem, quam arcere non potuerit, copiosius erat questus. Ceterum ἐτήτυμον de more Homerico est adverbium, vid. 1, 558. 13, 111. Od. 1, 174. 4, 157. 6, 45. 13, 232. 14, 106. 24, 258. 297. 403.

V. 133. Vid 16, 91. et simplex 10, 338.

V. 138. Conf. ad. v. 71.

V. 142. Schol. A. Zenodoteo sublucere Homeri usum fatetur, vid. 2, 10. 9, 369. 15, 159. Imperativum vero, librorum consensu munitum, praecedentia satis superque defendunt.

V. 147. Codices triplici modo ἐνείκαι, ἐνείκῃ et ἐνείκαι scribunt. Illud quidem per editiones late propagatum, alii, ut Thiersch. in gr. Gr. §. 232, p. 151, praesentis optativum existimant, cuius vestigium et in Il. 19, 194. exstat, et alia quaedam Buttm. in gr. ampl. II, 1 p. 247. adducit; alii peius etiam ad aoristum secundum id retulisse videntur Verum quum Ven. Lips. Vind. un. et quinque Heynii libri ἐνείκαι praebeant, plurimi insuper eius subiunctivum ἐνείκῃ tueantur, cur praesens inusitatum et paene obliteratum retineamus, non video.

V. 149 sqq. Heynius, quod tres versus in fragmento Mosquensi et Vind. uno, qui eos in margine allevit, sunt neglecti, illos serius adsutos putat. Mihi quidem longe verisimilius est librarios, exitus similitudine inductos, a versu 148. ad vers. 151. oculis aberrasse, resectis iis, quibus, ut ordo narrandi constet, aegre carere possis.

οὐδέ κε Πάτροκλόν περ ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοὶ
ἐκ βελέων ἐρύσαντο νέκυν, θεράποντ' Ἀχιλῆος·
αὖτις γὰρ δὴ τόνγε κίχον λαός τε καὶ ἵπποι,
Ἕκτωρ τε Πριάμοιο πάϊς, φλογὶ εἴκελος ἀλκήν.
τρὶς μέν μιν μετόπισθε ποδῶν λάβε φαίδιμος Ἕκτωρ
ἑλκέμεναι μεμαώς, μέγα δὲ Τρώεσσιν ὁμόκλα·
τρὶς δὲ δύ' Αἴαντες θοῦριν ἐπιειμένοι ἀλκὴν
νεκροῦ ἀπεστυφέλιξαν· ὃ δ' ἔμπεδον ἀλκὶ πεποιθὼς
ἄλλοτ' ἐπαΐξασκε κατὰ μόθον, ἄλλοτε δ' αὖτε
στάσκε μέγα ἰάχων· ὀπίσω δ' οὐ χάζετο πάμπαν.
ὡς δ' ἀπὸ σώματος οὔτι λέοντ' αἴθωνα δύνανται
ποιμένες ἄγραυλοι μέγα πεινάοντα διέσθαι·

V. 151. οὐδ' ἄρα *Π.* V. L. ap. schol. A. — V. 152. ἐρύσαντο ἄναχτα Vind. quint. — V. 154. ἔκελος V. ol. vulgo et Eustath, 1136, 4, ἴκελος Vind. ed. et all. — V. 155. μετ' ὀπισθε V. — V. 157. *Αἴαντε* Lips. — V.

V. 151. Schol. A: οὐδέ κεν, ἐν ἄλλῳ οὐδ' ἄρα.

V. 152. Vindob. quintum ἄναχτα, numeris refragantibus, e glossa, ut videtur, occupavit.

V. 154 sqq. Hos versus, schol. A. teste, Zenodotus sic constituit:

Ἕκτωρ τε Πριάμοιο (πάϊς) σὺν ἴκελος ἀλκήν,
ὅς μιν τρὶς μετόπισθε ποδῶν λάβε καὶ μέγ' ἄυτει
ἑλκέμεναι μεμαώς, κεφαλὴν δέ ἑ θυμὸς ἀνώγει
πῆξαι ἀνὰ σκολόπεσσι ταμόνθ' ἁπαλῆς ἀπὸ δειρῆς.

Labeculas enim in scholiis repertas iam Heynius emendavit, etenim illic vers. ultim. ἀνὰ σκόλοπας οἱ ταμ. prave ferebatur, in primo autem πάϊς erat omissum. Zenodotum schol. A. ideo vituperat, quod Hector antea quidem Patrocli corpus ignominia voluerit afficere, vid. 17, 126, postea vero a Glauco monitus id ad Sarpedonem redimendum fuerit abstracturus. Itaque ne Iria quidem infra v. 175 sqq. Achilli vera narrare dicit, sed deam, quo facilius et citius Pelidam in bellum eliciat, rem exaggerare. Heynius contra grammaticos, Zenodoti invidia motos, ea, quae ille ex exemplaribus bonis atque antiquis hauserit, fastidiosius sprevisse conqueritur. Sed ut dicam quod sentio: nec scholiastae praecepta ab omni parte vera et commoda sunt, neque Heynio fides erit habenda. Tantum enim abest, ut Zenodotus sua e monumentis incorruptis et integris traduxerit, ut singula ex aliis Iliadis locis consarcinata esse manifesto appareat, vid. 4, 253. 17, 281. 18, 156, 177 sq. Nec Bothii negligentia silentio est praetermittenda: nam ille discrepantiam in versu primo obviam enotasse satis habuit, ratus ignis robur Zenodoto mirum et insolitum fuisse. Id autem nemini, qui Homeri gnarus est, persuadebit, vid. 13, 39, 53, 330, 688, a quibus non ita longe distant 17, 88. 20, 423. Nostra vero integra et salva esse aliorum

ὣς ῥα τὸν οὐκ ἐδύναντο δύω Αἴαντε κορυστὰ
Ἕκτορα Πριαμίδην ἀπὸ νεκροῦ δειδίξασθαι.
καί νύ κεν εἴρυσσέν τε, καὶ ἄσπετον ἤρατο κῦδος,
εἰ μὴ Πηλείωνι ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις
ἄγγελος ἦλθε θέουσ' ἀπ' Ὀλύμπου θωρήσσεσθαι
κρύβδα Διὸς ἄλλων τε θεῶν· πρὸ γὰρ ἧκέ μιν Ἥρη.
ἀγχοῦ δ' ἱσταμένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ὄρσεο, Πηλείδη, πάντων ἐκπαγλότατ' ἀνδρῶν·
Πατρόκλῳ ἐπάμυνον, οὗ εἵνεκα φύλοπις αἰνὴ
ἕστηκε πρὸ νεῶν. οἱ δ' ἀλλήλους ὀλέκουσιν,
οἱ μὲν ἀμυνόμενοι νέκυος πέρι τεθνηῶτος,
οἱ δὲ ἐρύσσασθαι ποτὶ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν

160. μέγα ἀχέων Zen. — V. 162. δ' ἔισθαι V. L. ap. schol. A. — V. 163. κορυσταὶ Vind. — V. 170. Πατρόκλου ἐπάμυνον Ar. — V. 174. Ἴλιον αἰπὺ θέλοντες Z.

docent testimonia, Zenodoto contraria. Ita v. 154 attulit Drac. de metr. poet. 54, 14, dimidium vers. 156. Etymol. M. 625, 22, etsi pronomen αὐτὸς ὁμόκλα e glossa accessisse videtur. Diphthongum adiectivi εἴκελος saepius obliteratam (vid. ad 2, 418. 4, 252) servavit Vindob. quintus.

V. 157. Duali et libri et poetae consuetudo intercedunt (vid. ad 8, 79. 16, 556. et Eustath. 1136, 9.).

V. 162. Grammaticos nonnullos binis verbis δ' ἔισθαι exarasse schol. A. et Harlei. testati sunt; opinionem autem istam refutat interpres Venet., vid. ad 17, 110.

V. 165. Vid. ad 3, 373.

V. 170. Achillem non per contumeliam, sed dignitatis causa ἐκπαγλότατον appellari, priore explicatione reiecta, Eustath. 1136, 49 sqq. existimat, qui addit: δύναται δὲ καὶ ἐπαινετικῶς ῥηθῆναι, ὡς ἐπὶ φοβεροῦ καὶ φρικτοῦ, καὶ δηλώσει Ὅμηρος ἐξῆς ἐτυμολογῶν, ὅπου ἐρεῖ (225), ὅτι φανέντος Ἀχιλλέως ἡνίοχοι ἔκπληγεν, ἐξ οὗ ἐκπληγότατος καὶ μεταθέσει ἐκπαγλότατος, vid. 1, 146. 21, 589. 20, 389. 21, 452. Od. 10, 448.

V. 171. Aristarchi genitivum, cui in Il. 16, 522. locum concessi, minus aptum esse composito Heynius perspexit, vid. 6, 361. 18, 414. 12, 369. 13, 465. 14, 357. 18, 99, neque Eustath. 1136, 40. ab eo recedit. Proximis affinis est Il. 3, 87.

V. 174 sq. Haud scio, an structura mutata Zenodotum eo perpulerit, ut, v. 174 aliter constituto, proximum tolleret, insequentes vero duo superioribus adiiceret. At Ilium Homero neutrum fuisse passim negat interpres Venet., vid. ad 15, 71, deinde versum 175. ob oculos habuerunt grammatici, ut Apollon. in Lexic. 286. et Hesych. 1, 1356.

Τρῶες ἐπιθύουσι· μάλιστα δὲ φαίδιμος Ἕκτωρ
ἑλκέμεναι μέμονεν· κεφαλὴν δέ ἑ θυμὸς ἀνώγει
πῆξαι ἀνὰ σκολόπεσσι ταμόνθ' ἁπαλῆς ἀπὸ δειρῆς.
ἀλλ' ἄνα, μηκέτι κεῖσο· σέβας δέ σε θυμὸν ἰκέσθω
Πάτροκλον Τρωῇσι κυσὶν μέλπηθρα γενέσθαι·
σοὶ λώβη, αἴ κέν τι νέκυς ἠσχυμμένος ἔλθῃ.
Τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς·
Ἶρι θεά, τίς γὰρ σὲ θεῶν ἐμοὶ ἄγγελον ἦκεν;
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις·
Ἥρη με προέηκε, Διὸς κυδρὴ παράκοιτις·

— V. 176. ἄνωγεν V. L. apud schol. A. — V. 178. μὴ δέ τι Ald. sec. μηδ' ἔτι vulgo W. et H. — V. 180. ἠσχυμένος Lips. H. — V. 182. τίς τάρ σε sive τίς τ' ἄρ σε Ar. Ald. sec. et antiqq. τίς γάρ σε vulgo. — V. 188. πῶς ταρ V. πῶς γάρ Hey-

V. 176. Vid. ad v. 90.

V. 178. Lectione multiplici varietate distincta, μηκέτι, quod praeter Harleian. Apoll. in Lex. 117. et Apollon. de adverb. 500, 5. certum reddunt, refingendum duxi. Id enim et alias saepe legitur, et vel vocativo vel imperativo praeeunte Homeri proprium esse solet; conf. 2, 435. 13, 292. 18, 295. 20, 244, 376. Od. 3, 240. 13, 296. 19, 263, 584. 20, 314. Bene igitur de hoc loco Bothius est meritus.

V. 179. Literam subscriptam adiectivo plerumque additam schol. A. subducit, eique iam in superioribus morem gessi. Minor est constantia Wolfii et aliorum in eiusmodi minutiis.

V. 180. Heynius, spreta librorum auctoritate, liquidam inconsideratius detraxit, quandoquidem praeteriti vocalis necessario corripitur, vid. Bekker. l. all. et libellum meum de prosod. Gr. §. 51, 3.

V. 182. Schol. A. ipse usitato postponit Aristarchi inventum, neque huic consentiunt Ven. Vindd. all. plurimi et Eustath. 1137, 7 sqq., vid. ad Il. V, 8. Bekker. l. all. 161, quo duce pronomen erexi tenore.

V. 185 sq. e versu 168 procusos esse Heynius suspicatur; nemo vero ei videtur accedere.

V. 188. Heynii coniectura, etsi Homerico sermoni accommodata possit haberi (conf. 1, 123. 10, 61, 424. Od. 10, 337. 19, 325), ne Bothio quidem arrisit. Consecutivo enim in duplici interrogatione locus relictus est; vid. 11, 837. Od. 3, 22. Neque diversi quidquam reperit Eustath. 1137, 20; nam vulgaria ac trita poeticis et Homericis substituendo reddit: πῶς δὴ ἔλθω μετὰ μῶλον;

V. 191. Scholion duplex in Veneto exstat, quorum alterum παρ' οἰσέμεν, alterum παροισέμεν tribuit Aristarcho. Mihi quidem

οὐδ' οἵδε Κρονίδης ὑψίζυγος, οὐδέ τις ἄλλος
ἀθανάτων, οἳ Ὄλυμπον ἀγάννιφον ἀμφινέμονται.
Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·
πῶς τ' ἄρ' ἴω μετὰ μῶλον; ἔχουσι δὲ τεύχε' ἐκεῖνοι·
μήτηρ δ' οὔ με φίλη πρίν γ' εἴα θωρήσσεσθαι,
πρίν γ' αὐτὴν ἐλθοῦσαν ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι·
στεῦτο γὰρ Ἡφαίστοιο πάρ' οἰσέμεν ἔντεα καλά.
ἄλλου δ' οὔ τευ οἶδα, τεῦ ἂν κλυτὰ τεύχεα δύω,
εἰ μὴ Αἴαντός γε σάκος Τελαμωνιάδαο.
ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὄγ', ἔλπομ', ἐνὶ πρώτοισιν ὁμιλεῖ

nii coniectura. — V. 191. *παροισέμεν* V. all. et Gerhard. in lect. Apoll. 131. — V. 192. *ἄλλου δ' οἵ θην* Vind ed. et ol. vulgo. — Ib. *τοῦ ἄν κλ.* Bothii coniect. — V. 194. *ἐνὶ Τρώεσσιν* V. et V. L. apud Eustath. 1137, 26. et schol. A. —

illud veri similius videtur, quod praepositionem non cum verbo subsequente, sed cum nomine praemisso copulandam esse tenoris inclinatio prodit: aliud enim est arma a Vulcano ferre, aliud arma Vulcani afferre. Quam dicendi ambiguitatem ut evitaret, Aristarchus, qui alias ab eo refugit, accentum inclinandum esse existimavit. Imo suspicari possis ea, quibus contrarium affirmatur, et corrupta et minus integra ad nos pervenisse, qua quidem de re accuratius quaerere non vacat. Haec si commode sunt disputata, Gerhardi ratio concidit; etenim ille, ne praepositio a verbo suo caesura divelleretur, dissociata iubet consociari. Aristarcho vero usum communem paruisse schol. vere dicit, quandoquidem cum eo et Vindobonenses et alii plerique et Eustath. 1137, 23. faciunt.

V. 192. Quod olim ferebatur in omnibus, Romana praeeunte, quae morem gessit Eustathio 1137, 24, Henr. Stephanus primus sustulit. Restitutum et Ven. cum melioribus defendit, et Bothius idoneis stabilivit exemplis; vid. 5, 897. 19, 262. Od. 6, 68, 192. 14, 510. Idem vir doctus depravata habet sequentia, quod *τεῦ* alienum sit ab Homero, et pro eo *τοῦ ἄν κλ. τ. δ.* iubet reponi. Cuius coniecturae praesidium petere licet e Vindob, quinto, qui, si Altero fides est, praebet: *ἀλλ' οὐ δ' οὔ τευ οἶδα τοῦ ἄν.* Ea enim, si male divulsa conflaveris, Bothii suspicioni congruere patebit. Verumenimvero *τεῦ* Homero, qui *τέο* agnoscit, propter unius libri dissensum, non abstulerim, vid. Thiersch. gr. §. 206, 19. Buttm. gr. ampl. §. 77, annot. 2. et Rost. gr. p. 414, add. Od. 15, 509. 24, 256. Ceterum hic versus gravioribus etiam vitiis, quae sigillatim recensere nihil attinet, in libris quibusdam est inquinatus.

V. 194. Eustathio notum fuit utrumque 1137, 26: *ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἔλπομαι ἐνὶ Τρώεσσιν ἢ μᾶλλον ἔλπομ' ἐνὶ πρώτοισιν ὁμιλεῖ*, vid. ib. 52, nec dissident Vindd. et plurimi.

Digitized by Google

ἔγχεϊ δηϊόων περὶ Πατρόκλοιο θανόντος.
Τὸν δ' αὖτε προέειπε ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις·
εἶν νυ καὶ ἡμεῖς ἴδμεν, ὅ τοι κλυτὰ τεύχε' ἔχονται·
ἀλλ' αὔτως ἐπὶ τάφρον ἰὼν Τρώεσσι φάνηθι,
αἴ κέ σ' ὑποδδείσαντες ἀπόσχωνται πολέμοιο
Τρῶες, ἀναπνεύσωσι δ' Ἀρήϊοι υἷες Ἀχαιῶν
τειρόμενοι· ὀλίγη δέ τ' ἀνάπνευσις πολέμοιο.
Ἦ μὲν ἄρ' ὡς εἰποῦσ' ἀπέβη πόδας ὠκέα Ἶρις·
αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς ὦρτο Διὶ φίλος· ἀμφὶ δ' Ἀθήνη

V. 197. ἴσμεν Vind. ed. Ald. sec. Rom. — Ib. ὅτι κλ. ol. vulgo. — Ib. κηλὰ V. L. ap. schol. A. — V. 198. αὐτὸς Z. Aristoph. et Vind. quint. — V. 199. ὑποδείσαντες Ald. sec. et antiqq. — V. 201. δ' Ἰτ' ἀνάπν. Rom. — V. 204. θυσανόεσσαν Eust. 1137, 63. Rom. all. — V. 205. κεφαλὴν Ald. sec. et antiqq. — V. 207. ὡς δ' ὅτε πῦρ ἐπὶ πόρ-

V. 197. Pronomini fidem conciliant Ven. Lips. libri alii et Eust. 1137, 33; coniunctionem e mera interpretatione ortam crediderim.

V. 198. Vind. quintus Zenodoto et Aristophani adstipulatus, numeris refragantibus, αὐτὸς tradit, schol. A. non improbante: disserit enim ita: παρὰ Ζηνοδότῳ καὶ Ἀριστοφάνει διὰ τοῦ ō αὐτὸς, ἵν' ᾖ αὐτὸς χωρὶς ὅπλων. καὶ λόγον ἔχει χαρίεντα, καὶ οὐκ ἄλογός ἐστιν ἡ γραφή. Sed adverbio eandem subesse notionem liquido constat.

V. 199. Consona duplex librorum est optimorum, velut Ven. Vindd. et Eustath. 1137, 35.

V. 200 sp. Quum nihil suspicionis veteres afferant, Heynium, Montbelium et Rothium duobus versibus audacius appinxisse obelum statuerim. Nam Achilles in aciem progressus non modo amici corpus e Troum manibus eripuit; verum etiam Argivis, pugnae diuturnitate fessis, labori peperit requiem, vid. infra 241. Adfuere autem hi versus 11, 800 sq. 16, 42 sq., eosque bene tuetur Eustath. 1137, 56. add. Ernestium.

V. 204. Cf. ad 15, 229.

V. 205. Dativum a libris comprobatum e Rom. adscivit Stephanus, vid. Eustath. 1137, 62.

V. 206. Vid. 5, 4.

V. 207 sqq. Aristarchum non ubique librorum vestigiis institisse, sed, ubi opus videretur, nonnulla pro suo arbitratu administrasse, vel hic versus indicare potest. Illum enim, primum cum plerisque concordem, ut Achilli igni circumfuso imago esset aptior, totum versum aliter constituisse Dionysius Thrax apud schol. Ven. et Eust. 1129, 15. narrant. Quod eius coeptum, quia poeta, singula quomodo sint acta, nobis quasi posuerit

Digitized by Google

ὤμοις ἰφθίμοισι βάλ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν·
ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέφος ἔστεφε δῖα θεάων
χρύσεον, ἐκ δ' αὐτοῦ δαῖε φλόγα παμφανόωσαν.
ὡς δ' ὅτε καπνὸς ἰὼν ἐξ ἄστεος αἰθέρ' ἵκηται
τηλόθεν ἐκ νήσου, τὴν δηΐοι ἀμφιμάχονται,
οἵτε πανημέριοι στυγερῷ κρίνονται Ἄρηϊ
ἄστεος ἐκ σφετέρου· ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι
πυρσοί τε φλεγέθουσιν ἐπήτριμοι, ὑψόσε δ' αὐγὴ
γίγνεται ἀΐσσουσα περικτιόνεσσιν ἰδέσθαι,

τον ἀριπρεπὲς αἰθέρ' ἵκηται Ar. — V. 208. ἀμφὶ μάχονται ol. vulgo et H., ἀμφιμάχωνται Hermann in Opusc. II, 55. — V. 209. οἱ δὲ Heyn. coniect. et Both. — Ib. κρίνωνται V. Vind. un. all. et H. — V. 210. ἄστυ ποτὶ σφ. Z. ἄστεος ἐκ σφ. Hermann. l. all. — V. 211. ἐπητριοὶ Ptolem. Ascalon. —

ob oculos, minus probabile ducunt. Urbes enim obsessas, ut vicinorum auxilium sibi advocent, interdiu fumum, noctu ignes e muris excitasse tradunt. Interpretes quidem recentiores priora ornandi causa praemissa censent, flammas vero, quibus Achillis caput collustrabatur, cum facibus crebris nocturno tempore accensis comparatas volunt. Quapropter eos, qui de signo nocturno ac diurno cogitaverint, delirare scribit Bothius, fumo enim flammam esse proximam. Neque ipse similitudinem, qua poeta rem exornavit, altius replicandam putaverim. Nam comparationes narratiunculis vel praemissis vel interiectis passim amplificari et dilatari constat. In sequentibus variae obiiciuntur difficultates, quas acute et dilucide explanavit Hermannus, qui l. all. ita disserit: „Recte dictum *κρίνονται*: describitur enim hostis, nec possis pro *οἵτε* particulam temporalem vel conditionalem ponere. Quod quum possis pro *τήν*, et paene debeas, quia id ipsum agitur, ut, quando ignem accendant, indicetur, *ἀμφιμάχωνται* scribendum videtur. Praeterea vero *ἄστεος ἐκ σφετέρου* scribendum est, quod est idem atque *ἄπο πατρίδος*. Alioquin enim, ut Heynius volebat, scribendum est *οἱ δέ*, quemadmodum Zenodotum legisse coniicias, qui „de insulanis haec intelligens, *ἄστυ ποτὶ σφέτερον* scribebat." Iam si librorum interpunctionem respexeris, haec a veri specie non abhorrere cognosces. Plerique quidem interpretes v. 209. ad obsessos retulerunt, ac Bothius, ut id clarius appareret, Heynii coniecturam recepit. Quam si probaveris, in fine vers. 208. colo distinguatur oportebit. Verum quum libri contrarium suadeant, Hermanno accedo, etsi nec subiunctivum admisi, nec tenorem praepositioni apposui. Tempus enim, quo ignes incenduntur, proximis demum accurate describitur, tenore vero adverbium et praepositionem dignosci veteres negarunt.

V. 211. Ptolemaeo, qui *ἐπητριμὸς* acui iussit, aliorum normam obstare schol. A. et Eustath. 1139, 4. ostendunt, add. Arcad. de acc. 61, 9.

Digitized by Google

αἴ κέν πως σὺν νηυσὶν ἀρῆς ἀλκτῆρες ἵκωνται·
ὣς ἀπ' Ἀχιλλῆος κεφαλῆς σέλας αἰθέρ' ἵκανεν.
στῆ δ' ἐπὶ τάφρον ἰὼν ἀπὸ τείχεος· οὐδ' ἐς Ἀχαιοὺς
μίσγετο· μητρὸς γὰρ πυκινὴν ὠπίζετ' ἐφετμήν.
ἔνθα στὰς ἤϋσ'· ἀπάτερθε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη
φθέγξατ'· ἀτὰρ Τρώεσσιν ἐν ἄσπετον ὦρσε κυδοιμόν.
ὡς δ' ὅτ' ἀριζήλη φωνή, ὅτε τ' ἴαχε σάλπιγξ
ἄστυ περιπλομένων δηΐων ὕπο θυμοραϊστέων·
ὣς τότ' ἀριζήλη φωνὴ γένετ' Αἰακίδαο.
οἳ δ' ὡς οὖν ἄϊον ὄπα χάλκεον Αἰακίδαο,
πᾶσιν ὀρίνθη θυμός· ἀτὰρ καλλίτριχες ἵπποι

V. 213. Ἄρεω Ar. et Eust. 1139, 14. Ἄρεως id. ib. 11. V. ol. vulgo ἄρεος Ald. sec. St. — V. 214. ἐπ' Ἀχιλ. Ald. sec. — V. 215. ἐπ' Ἀχαιοὺς V. L. ap. Eust. 1139, 22. et Ald. sec. — V. 218. Τρώεσσιν ἄν Harl. — V. 219. ὁτέ τ' ἴαχε Both. — V. 220. περὶ πλομένων Harl. — V. 222. ὅπα χαλκέην Z. — V. 224. τρώπεον V. L. ap. Eustath. 1140, 10. — V. 225. ἔκπληγον Vind.

V. 213. Cum Wolfio et Bothio ἀρῆς ἀλκτῆρα, Aristarchi dissensione fere expulsum, reduxi, vid. ad 14, 485.

V. 214. Ut ignes e summis muris late micant, ita ab Achillis vertice flamma explendescere visa est; conf 5, 4. Aldina igitur scribae festinatione erit depravata.

V. 215. Achillem, interdicti matris recordatum, Achivis sese non immiscuisse Eustath. 1139, 22. dicit. Qua de causa schol. Victor. ἄπο τείχεος, i. e. ἄπωθεν τοῦ τείχους, frustra advocat. Achilles enim a muro degressus ad fossam constitit, nec munimentorum situs repugnat; vid. 7, 437 sqq.

V. 218. Harleian. male discedere ab aliis argumento sunt 8, 335. 13, 362. 15, 62, 366.

V. 219. Bothius *modo vocem modo tubam insonuisse* ratus, adverbii tenorem praeter necessitatem et librorum testimonia ultimae adiecit. Solam enim Achillis vocem sonoram et claram cum tubae clangore committi inde patet, quod illa tubae sonis opponitur, nec quisquam alius ὅτε — et ὁτὲ ita iunxit, vid. Apoll. Lex. 593. et Eustath. 1139, 50 sqq. Tuba enim periculi, ab hostibus urbem circumsidentibus illati, signum ad arma convocat incolas. Quare proxima veteres interpretes, velut schol. A, prudenter et vere sic construi iubent: τὸ ἔξῃς· ὑπὸ θυμοραϊστέων δηίων τὸ ἄστυ περιπλομένων. Hostium enim adventus efficit, ut classica audiantur. Tubam quidem Homero fuisse notam, nullum vero eius usum fuisse heroico tempore Eust. 1139, 52. et interpretes Venet. tradunt, neque erat, cur illis obloqueretur Bothius. Argumentum enim ex Il. 21, 388. petitum parum valere manifestum est. Praeterea schol. Victor. atque Eustathius sex tubarum genera, veteribus usitata, enumerant.

Digitized by Google

ἄψ ὄχεα τρόπεον· ὄσσοντο γὰρ ἄλγεα θυμῷ.
Ξ25 ἡνίοχοι δ' ἔκπληγεν, ἐπεὶ ἴδον ἀκάματον πῦρ
δεινὸν ὑπὲρ κεφαλῆς μεγαθύμου Πηλείωνος
δαιόμενον· τὸ δὲ δαῖε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.
τρὶς μὲν ὑπὲρ τάφρου μεγάλ' ἴαχε δῖος Ἀχιλλεύς·
τρὶς δὲ κυκήθησαν Τρῶες κλειτοί τ' ἐπίκουροι.
230 ἔνθα δὲ καὶ τότ' ὄλοντο δυώδεκα φῶτες ἄριστοι
ἀμφὶ σφοῖς ὀχέεσσι καὶ ἔγχεσιν. αὐτὰρ Ἀχαιοὶ
ἀσπασίως Πάτροκλον ὑπέκ βελέων ἐρύσαντες
κάτθεσαν ἐν λεχέεσσι. φίλοι δ' ἀμφέσταν ἑταῖροι
μυρόμενοι· μετὰ δέ σφι ποδώκης ἔπετ' Ἀχιλλεὺς

un. — V. 227. ἴδαιε Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 229. τρὶς δ' ἐκυκήθ. Lips. et Eustath. 1139, 34. et H. — V. 230 sq. ἔνθα δὲ κοῦροι ὄλοντο διώδ. π. ἄρ. Οἷσιν ἐνὶ βελέεσσι Ζ. — V. 231. ἀμφὶ σφοῖς ξιφέεσσι V. L. ap. schol. A. — V. 232. ὑπ' ἐκ ol. vulgo et W. — V. 233. ἀμφ ἑστατ V. —

V. 222. Zenodotum numeris adversari vituperat schol. A., Vid. Passov. Lex. v. χάλκεος.

V. 224. Eustathius priore producta sequentes duas in unam coalescere, priore vero correpta ultimam produci testatur. Alios igitur τρώπεος scripsisse poterit coniici.

V. 225. Numerorum gradu quasi incitato terrorem Trojanis subito offusum apte et egregie adumbrari Dionys. Halicarn. de Composit. sect. XV, §. 112. Tom. V. p. 93. admonet. Activum olim ibi repertum virorum doctorum suffragiis ejectum est, iisque, sicut res postulat, libri adstipulantur. De vocalis diversitate subtilius quam verius Choeroboscum iudicare (vid. Bekker. An. Gr. III, 1411) noster versus satis prodit.

V. 227. Augmentum modo praefixum modo neglectum non ex incerto quodam Iados studio, cui Aristarchum deditum fuisse scimus, sed e numerorum gravitate et volubilitate aestimandum esse Wolfius censuit, vid. praefat ed. nov. p. 66 sq. Huius praeceptis Bothius confidit, Heynio notato, qui, ut oratio magis esset Ionica, et alias saepe et hoc loco, ubi libri optimi ac plurimi contrarium suadent, incrementum illud subtraxit.

V. 230 sq. Trojanorum duodecim suis curribus atque hastis periisse molestum fuit antiquis. Inde Zenodoti et aliorum suspiciones originem invenerunt. Sed schol. A. Zenodotum vituperat hisce: *εἰσὶ δὲ οὔτε τῇ συνθέσει Ὁμηρικοὶ οὔτε τὸ „οἷσιν βελέεσσιν" ὑγιῶς εἴρηται τοῖς ἑαυτῶν. ἴδει γὰρ τοῖς ἀλλήλων.* Quorum alterum se non perspicere fatetur Heynius, alterum male interpretatur. At vere quidem et recte dicit scholiasta Zenodoti coniecturam manum Homericam non referre. Ut enim taceam Troianos vix interciderere potuisse suis ipsorum telis, praepositionis vocalis litera $\overline{\beta}$ insequente non erat producenda. Troas autem voce Achillis conturbatos et perterritos curribus et hastis suorum interiisse poeta tradit, nec

Digitized by Google

δάκρυα θερμὰ χέων, ἐπεὶ εἶσιδε πιστὸν ἑταῖρον
κείμενον ἐν φέρτρῳ, δεδαϊγμένον ὀξέϊ χαλκῷ.
τόν ῥ' ἤτοι μὲν ἔπεμπε σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν
ἐς πόλεμον, οὐδ' αὖτις ἐδέξατο νοστήσαντα.
Ἠέλιον δ' ἀκάμαντα βοῶπις πότνια Ἥρη
πέμψεν ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥοὰς ἀέκοντα νέεσθαι·
Ἠέλιος μὲν ἔδυ, παύσαντο δὲ δῖοι Ἀχαιοὶ
φυλόπιδος κρατερῆς καὶ ὁμοιίου πολέμοιο.
Τρῶες δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ἀπὸ κρατερῆς ὑσμίνης
χωρήσαντες ἔλυσαν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους·
ἐς δ' ἀγορὴν ἀγέροντο, πάρος δόρποιο μέδεσθαι.

V. 236. *φερέτρῳ* Vind. ed. Etym. M. 790, 55. Rom. et ol. vulgo. — V. 239. *ἠέλιον μὲν ἴσκε* V. L. ap. schol. A. — V. 240. *πέμπεν* V. et Harl. — V. 242. *ὁμοιίου πτολέμοιο* Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 243.

singuli suis vel curribus obtriti vel hastis sunt transfixi, quod acute vidit interpres Venetus, conf. 16, 378 sqq. Aliis magna illa clamoris vis et efficacitas movit suspicionem. Quam ob rem scholiasta ab aegide incussa et flamma divina ope accensa Troianorum stragem et fugam effusam repetit. Nec defuerunt qui ad augendam Achillis magnificentiam et virtutem triginta sex hostes occidisse dicerent. Praeterea vers. 231 initium apposuit Apollonius de pronom. 402, a.

V. 237. Feretrum, quo Patrocli corpus in Achillis tentorium reportatum dicitur, ut *ἅπαξ εἰρημένον* scholl. denotant, bisyllabum tuiti, iisque et codices et lexicographi concinunt, velut Eustath. 1140, 29. Apoll. in Lex. 685. Hesych. II, 1501. Suid. III, 594. Herod. *περὶ λεξ. μον.* 37, 18. et Etym. Magn. ipsum 257, 26. 581, 46. 752, 45.

V. 239. Qui temporis adverbium assumpserunt, solem *ἀκάμαντα* iusto citius occidere minus idoneum habuisse videntur. At nostra respiciunt plurimi, ut Apoll. in Lex. 79. Etym. M. 49, 20. Eust. 1140, 45. Heracl. Pont. in alleg. p. 420. Alii quaesiverunt, cur sol invitus occidisse dicatur, qua de re alibi exponam.

V. 240. Aoristus longe plurimorum fuit, add. Eustath. 1140, 46.

V. 242. Stephanus, Romanae obsequutus, literam certe inutilem expulit: illa vero ad Eustath. auctoritatem 1140, 60. rem ita instituit. Libris minor est constantia, ita Ven. ipse 13, 358, 635. 15, 670. 21, 294. *πτολέμοιο* praebet, bis 9, 440. et h. l. a nostra stat parte; Vindobonn. Alteri *πολέμοιο* nonnisi bis offert; liber autem quintus plerumque nobis accedit.

V. 243. Schol. A. dissimilitudo temere irruit aliunde, vid. ad 10, 160, nostris autem consentanea habere nequit.

Digitized by Google

ὀρθῶν δ' ἑσταότων ἀγορὴ γένετ', οὐδέ τις ἔτλη
ἕζεσθαι· πάντας γὰρ ἔχε τρόμος, οὕνεκ' Ἀχιλλεὺς
ἐξεφάνη, δηρὸν δὲ μάχης ἐπέπαυτ' ἀλεγεινῆς.
τοῖσι δὲ Πουλυδάμας πεπνυμένος ἦρχ' ἀγορεύειν,
Πανθοίδης· ὃ γὰρ οἷος ὅρα πρόσσω καὶ ὀπίσσω·
Ἕκτορι δ' ἦεν ἑταῖρος, ἰῇ δ' ἐν νυκτὶ γένοντο·
ἀλλ' ὃ μὲν ἄρ μύθοισιν, ὃ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα·
ὅ σφιν ἐϋφρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν·
Ἀμφὶ μάλα φράζεσθε, φίλοι· κέλομαι γὰρ ἔγωγε
ἄστυδε νῦν ἰέναι, μὴ μίμνειν Ἠῶ δῖαν
ἐν πεδίῳ παρὰ νηυσίν· ἑκὰς δ' ἀπὸ τείχεός εἰμεν.

ἐπὶ θρωσμῷ πεδίοιο V. L. apud schol. A. — V. 247. φόβος Z. — V. 248. ἀπέπαυτ' ἀλιγ. Ald. sec. et antiqq. — V. 252. ὃ μὲν γὰρ Rom., male. — V. 253. ὅς σφιν Vind. ed. et H., male. — V. 254. φράζεσθαι Ald. sec. —

V. 244. Interpres Ven: Ἕλυσαν ὑφ' ἁρμάτων· ἀντὶ τοῦ ὑπέλυσαν τῶν ἁρμάτων. πῶς οὖν οὐκ ἀναστρέφεται; ὅτι συνήλειπται. Heynius quum apud Villoisonium συνελήπται legatur, depravatis grammatici verbis pravam adhibuit medelam. Sed praepositiones, quarum vocalis ultima extrita sit, tenŏris inclinati esse impatientes grammatici saepe iterant (vid. schol. Ven. ad 2, 6. 7, 167. 10, 273.). De re ipsa dixi ad 8, 504.

V. 247. Zenodoteum interpres Ven. explodit, quod φόβος fugam timore excitatam Homero significet, vid. 9, 2.

V. 248. Nullo opus est composito, cui et libri refragantur et Eustath. 1141, 23. adversatur.

V. 251 sq. Homerum astrologiae fuisse gnarum ex his versibus efficere voluit Heraclitus. Nam Hectorem et Polydamantem una quidem nocte, sed diversa hora et vario siderum positu in lucem editos indole et virtute fuisse dispares.

V. 254. Operarum festinatio inquinavit Aldinam. Schol. A. recordatur Aristarchi praecepti, e quo φράσαι considerare, nec vero edicere significat. Alii, ut Eustath. 1142, 9, φράζειν dicere, φράζεσθαι cogitare reddunt; vid. Lehrs. de stud. Aristarch. Hom. 93.

V. 255. Clausulam spondaicam longam aurorae exspectationem depingere, Ernestio contradicente, Clarkius statuit, alii ἠόα coniecerunt. Vid. ad 8, 565. et de accentu ad 2, 262. et Lehrs. de stud. Arist. Homer. 260 sq.

V. 256. Eustath. 1141, 32 εἰμὲν ἦγουν ἐσμέν. Hoc autem glossam potius redolet, quam legendi varietate nititur. Ceterum Ionicum praeter alios habet Strabo XIII, 893, c., apud quem v. 254. et dimidium proximorum duorum adsunt.

Digitized by Google

ὄφρα μὲν οὗτος ἀνὴρ Ἀγαμέμνονι μήνιε δίῳ,
τόφρα δὲ ῥηΐτεροι πολεμίζειν ἦσαν Ἀχαιοί.
χαίρεσκον γὰρ ἔγωγε θοῇς ἐπὶ νηυσὶν ἰαύων,
ἐλπόμενος νῆας αἱρησέμεν ἀμφιελίσσας.
νῦν δ' αἰνῶς δείδοικα ποδώκεα Πηλείωνα·
οἷος ἐκείνου θυμὸς ὑπέρβιος, οὐκ ἐθελήσει
μίμνειν ἐν πεδίῳ, ὅθι περ Τρῶες καὶ Ἀχαιοὶ
ἐν μέσῳ ἀμφότεροι μένος Ἄρηος δατέονται,
ἀλλὰ περὶ πτόλιός τε μαχήσεται ἠδὲ γυναικῶν.
ἀλλ' ἴομεν προτὶ ἄστυ· πίθεσθέ μοι· ὧδε γὰρ ἔσται.
νῦν μὲν νὺξ ἀπέπαυσε ποδώκεα Πηλείωνα
ἀμβροσίη· εἰ δ' ἔμμε κιχήσεται ἐνθάδ' ἐόντας
αὖριον ὁρμηθεὶς σὺν τεύχεσιν, εὖ νύ τις αὐτὸν

V. 260. νῆάς γ' αἱρησέμ. Vind. ed. Rom. et ol. vulgo. — V. 264. Ἄρεος V. Ἄρεως Harl. — V. 265. μαχέσσεται V. L. ap. schol. A. — V. 266. πιθέσθε Tyrannio. — Ib. ὡς γὰρ ἄμεινον Vind. quint. in marg. — V. 272. ἀπούατον V. L. apud

V. 258. Vid. 24, 243. et Matth. gr. Gr. §. 535. 6. Grammatici infinitivum adiectivo verbali explicant, velut schol. A. εὐκαταμαχητότεροι, Eustath. 1142, 11. εὐπολεμητότεροι, schol. brev. εὐκαταγωνιστότεροι.

V. 259. Ad hunc respicit Apoll. in Lex. 351.

V. 260. Ut metrum fulcirent, nonnulli particulam inseruerunt. Quam a melioribus, ut Ven. Vind. quint. Lips. et aliis, neglectam recte sustulerunt.

V. 262. Priora ad Nestorem sunt traducta in Od. 15, 212.

V. 264. Numerorum integritati consulunt Vindd. et plurimi. Nec quidquam utilitatis e Clarkii percipimus coniectura: ἀμφότεροί γε μένος Ἄρεος δ., si quae alia, ab Homeri elegantia aliena, add. Eustath. 1141, 36. 1142, 17.

V. 265. Heynius, quod non obsidentes, sed obsessi liberos et uxores ab hostium vi et iniuria defendant, totum versum a rhapsodo adsutum putat. Accuratius et melius voculae περὶ potestatem explanavit Passov. in Lex. v. περί. Ut enim πρὸ γυναικῶν, πρὸ πατρίδος μάχεσθαι nihil aliud est nisi pro patria pugnare, ita ὑπὲρ et περί τινος μάχεσθαι et de iis, qui aliquid protegunt, et de adversariis, qui id affectant, bene et commode dicitur. Ita poeta ipse loco simillimo Od. 11, 403 ἠὲ περὶ πτόλιος μαχεούμενον ἠδὲ γυναικῶν ad eum, qui urbem expugnare et mulieres capere studet, transtulit; cf. Il. 3, 137. 22, 161. Od. 18, 403. Quare 8, 57. et iis cognata nostris minime obstant.

V. 266. Schol. Vict. Tyrannionem refutat hisce: Τυραννίων παρώξυνε τὸ πίθεσθε, ἀγνοῶν, ὅτι μεταγενεστέρων Ἰώνων ἐστὶ τὰ τοιαῦτα, πιθέσθε, λαβέσθε. Cuius praecepti immemores fuere

Digitized by Google

γνώσεται· ἀσπασίως γὰρ ἀφίξεται Ἴλιον ἱρὴν
ὅς κε φύγῃ· πολλοὺς δὲ κύνες καὶ γῦπες ἔδονται
Τρώων· αἲ γὰρ δή μοι ἀπ' οὔατος ὧδε γένοιτο.
εἰ δ' ἂν ἐμοῖς ἐπέεσσι πιθώμεθα, κηδόμενοί περ,
νύκτα μὲν εἰν ἀγορῇ σθένος ἔξομεν· ἄστυ δὲ πύργοι,
ὑψηλαί τε πύλαι, σανίδες τ' ἐπὶ τῇς ἀραρυῖαι,
μακραί, εὐξεστοι, ἐζευγμέναι εἰρύσσονται.
πρωὶ δ' ὑπηοῖοι σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες
στησόμεθ' ἄμ πύργους· τῷ δ' ἄλγιον, αἴ κ' ἐθέλῃσιν
ἐλθὼν ἐκ νηῶν περὶ τείχεος ἄμμι μάχεσθαι.
ἆψ πάλιν εἶσ' ἐπὶ νῆας, ἐπεί κ' ἐριαύχενας ἵππους
παντοίου δρόμου ἄσῃ ὑπὸ πτόλιν ἠλασκάζων.
εἴσω δ' οὔ μιν θυμὸς ἐφορμηθῆναι ἐάσει,

schol. brev. — V. 273. *πιθοίμεθα* V. L. apud schol. A. et Harlei. — V. 276. *εἰρύσονται* Vind. ed. ol. vulgo et H. — V. 277. cll. 303. *ὑπ' ἠοῖ* Drac. de metr. poet. 69, 11. *ὑπ' ἠοῖσι* V. Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 278. *ἀμπύργους* ol. vulgo, *ἂν π.* H. *ἂν π.* Both. —

virl docti, ut Göttling. de acc. §. 15. p. 23. annot. Buttm. in gr. ampl. §. 103., annot. 3. Vindobonensis quinti librarius vulgaris adiecit interpretamentum; vid. 1, 217. Eo, quod libri proferunt, Polydamas se non timore impulsum ita suadere, schol. teste, declarat.

V. 267 sqq. Heynius sedecim versus, ut priorum gravitati infensos et duritie quadam ac verbositate notabiles, ab Homero auferendos arbitratur. At nec veterum quisquam nec libri ullam dubitandi materiam nobis afferunt.

V. 272. Concinunt fere Andromachae dicta in Il. 22, 454. Bene igitur reddit Homerica schol. B.: *utinam haec non modo non videam, sed ne audiam quidem*, add. Eustath. 1142, 40. Alii *ἀπούατον* sive *ἀπούατος* ab etymo, nescio quo, ductum cum Achille coniunxerunt, vid. schol. brev., ita commentatum: *τινὲς δὲ ἀπούατον τὸν κακὸν, ἵν' ᾖ τὸν Ἀχιλλέα, ἀντὶ τοῦ εἴθε γὰρ κακὸς ἐγένετο, τουτέστι δειλός.*

V. 274. Exercitus robur *σθένος* semel ab Homero appellatum esse scholl. BV. annotant. E quibus hic Sophoclis affert fragmentum, alias, ut opinor, ignotum. Aeschyl. Pers. 837. Bothius admovit.

V. 276. Gemina sibila V. Vind. quint. et plurimorum fuit.

V. 277. In libris plerumque adiectivum male esse distractum ad 8, 530. dixi. Compositi vero testes graves et locupletes sunt, ut schol. A. et in v. 303. editiones priscae.

V. 278. Eustath. 1142, 59. poetico vulgare subiecit *στησόμεθα ἀνὰ πύργους*, vid. ad 5, 87. 8, 441.

V. 282. Barnesius sine causa *ἐάσει* amplexus est: quod,



Digitized by Google

οὐδέ ποτ' ἐκπέρσει· πρίν μιν κύνες ἀργοὶ ἔδονται.
Τὸν δ' ἄρ' ὑπόδρα ἰδὼν προσέφη κορυθαίολος Ἕκτωρ·
Πουλυδάμα, σὺ μὲν οὐκέτ' ἐμοὶ φίλα ταῦτ' ἀγορεύεις,
ὃς κέλεαι κατὰ ἄστυ ἀλήμεναι αὖτις ἰόντας.
ἦ οὔπω κεκόρησθε ἐελμένοι ἔνδοθι πύργων;
πρὶν μὲν γὰρ Πριάμοιο πόλιν μέροπες ἄνθρωποι
πάντες μυθέσκοντο πολύχρυσον, πολύχαλκον·
νῦν δὲ δὴ ἐξαπόλωλε δόμων κειμήλια καλά·
πολλὰ δὲ δὴ Φρυγίην καὶ Μηονίην ἐρατεινὴν
κτήματα περνάμεν' ἵκει, ἐπεὶ μέγας ὠδύσατο Ζεύς.
νῦν δ' ὅτε πέρ μοι ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω
κῦδος ἀρέσθ' ἐπὶ νηυσί, θαλάσσῃ τ' ἔλσαι Ἀχαιούς,
νήπιε, μηκέτι ταῦτα νοήματα φαῖν' ἐνὶ δήμῳ.
οὐ γάρ τις Τρώων ἐπιπείσεται· οὐ γὰρ ἐάσω.

V. 285. οὐκ ἔτ' ἐμοὶ Vind. ed. ol. vulgo et H. — V. 286. ἃ κέλεαι Vind. quint., male. — V. 287. ἦ οὔπω Ald. sec. St. H. — Ib. κεκόρησθον ἐελμένοι Z. — V. 292. ἥκει Harl. et edd. prior. — V. 293. ὅτε δή μοι Vind. quint. et Lips. — V. 294. ἐλάσαι

etsi passim reperitur in libris, tamen ab Eustathio hic abest, in cuius commentario 1141, 44 ἐάσει, 1143, 1 ἐάσῃ, librariorum, ut videtur, incuria fertur.

V. 283. Interpunctione maiore haec distinguenda esse Heynius et Hermannus in Opusc. II, 24. perspexerunt. Eadem in sententia fuit schol. A.: ἡ διπλῆ, ὅτι τοιοῦτό ἐστι τὸ λεγόμενον, πρότερον αὐτὸν οἱ κύνες κατέδονται, ἢ ἐκπέρσει, καὶ οὐκ ἔστιν ἐλλιπὴς ὁ λόγος, ὥσπερ οὐδ' ἐπ' ἐκείνου Il. 1, 29. στικτέον δὲ ἐπὶ τὸ ἐκπέρσει· μᾶλλον γὰρ οὕτως ἐμφαίνει· ἐὰν δὲ συνάπτηται, ἀδιανόητον γίνεται. Neque Bothio erit fides habenda, quippe qui sermonis Graeci concinnitatem refragari putet. Homerus enim iis, quae naturae sint propria, minorem adhibere solet artem.

V. 285. Meliores, ut Ven. Vindd. alii et Eustath. 1143. 11. cum schol. A. οὐκέτι in unum comprehendunt; conf. ad 9, 164. et 12, 230., ubi Hector simili modo vituperat Polydamantis consilium.

V. 287. Dualis a Zenodoto confusus schol. A. curam aliquoties advertit. Vindob. quint. κεκόρεσθε ἑελμ., perperam; praeterito enim longa inhaeret vocalis; conf. Buttm. in gr. ampl. I. 2, p. 171. Matth. gr. Gr. §. 240., p. 469., Rost. in gr. Gr. p. 375. In libris quibusdam ἐεργμένοι, ἐερμένοι et ἐελμένοι sunt commixta, vi et usu diversa. Vid. ad 12, 38. 13, 524. add. Eustath. 1143, 15, 64.

V. 292. Poeticum, ut fieri solet, noto ac trito cesserat; reduxerunt illud ex edit. Rom., quae ex Eustath. 1143, 21. profecit.

V. 294. Librarii versum inconditum et inficetum reddiderunt

Digitized by Google

ἀλλ' ἄγεθ', ὡς ἄν ἐγὼν εἴπω, πειθώμεθα πάντες.
νῦν μὲν δόρπον ἕλεσθε κατὰ στρατὸν ἐν τελέεσσιν,
καὶ φυλακῆς μνήσασθε, καὶ ἐγρήγορθε ἕκαστος·
Τρώων δ' ὃς κτεάτεσσιν ὑπερφιάλως ἀνιάζει,
συλλέξας λαοῖσι δότω καταδημοβορῆσαι,
τῶν τινα βέλτερόν ἐστιν ἐπαυρέμεν, ἤπερ Ἀχαιούς.
πρωὶ δ' ὑπηοῖοι σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες
νηυσὶν ἔπι γλαφυρῇσιν ἐγείρομεν ὀξὺν Ἄρηα.
εἰ δ' ἐτεὸν παρὰ ναῦφιν ἀνέστη δῖος Ἀχιλλεύς,
ἄλγιον, αἴ κ' ἐθέλῃσι, τῷ ἔσσεται. οὔ μιν ἔγωγε
φεύξομαι ἐκ πολέμοιο δυσηχέος, ἀλλὰ μάλ' ἄντην
στήσομαι, ἤ κε φέρῃσι μέγα κράτος, ἤ κε φεροίμην.
ξυνὸς Ἐνυάλιος, καί τε κτανέοντα κατέκτα.

Vind. ed. et Ald. sec., male. — V. 296. ἐπι πειστεαι V. — V. 299. ἕκαστοι Lips. — V. 300. ὑπερφιάλοις Harl. — V. 302. οὔπερ Ἀχ. Harl. — V. 305. αἰ ἐτεὸν Eust. 1144, 32. — V. 306. τὸ ἔσσεται Vind. quint. —

Occurrunt autem iis praestantiores, ut Ven. Vind. quint. Eustath. 1143, 26. ac plurimi.

V. 296. Vid. 17, 449.

V. 297. Heynius cum Veneto pro more suo ἐγὼ εἶπω, Vindd. dissentientibus, conf. ad 2, 139. 9, 704.

V. 299. Singularem, librorum auctoritate propagatum, Homeri usu et consuetudine magis firmari aliquoties vidimus, cf. 7, 371.

V. 302. Negandi particulam vix tolerabilem omnes propemodum excludunt ab aditu; peius etiam Eustath. 1143, 37 ἤπερ Ἀχαιούς.

V. 305. Adversativae causam egi ad 7, 359. et 12, 233.

V. 306. Dativum, ab omnibus suppeditatum, comprobant alia; vid. 13, 317. 18, 278.

V. 309. Communem belli fortunam multi advocarunt. Proxime vero ad Homeri exemplar respexerunt Aristoteles in Rhet. II, 21.: χρῆσθαι δὲ δεῖ καὶ ταῖς τεθρυλημέναις καὶ κοιναῖς γνώμαις, ἂν ὦσι χρήσιμοι· διὰ γὰρ τὸ εἶναι κοιναί, ὡς ὁμολογούντων ἁπάντων, ὀρθῶς ἔχειν δοκοῦσιν, οἷον παρακαλοῦντι εἰς τὸ κινδυνεύειν μὴ θυσαμένους· „εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης." καὶ ἐπὶ τὸ ἥττους ὄντας ξυνὸς Ἐνυάλιος, et Archiloch. in fragm. a Clement. Alex. in Stromat. VI, p. 739, 7. servato: ἔρξω· ἐτήτυμον γὰρ ξυνὸς ἀνθρώποις Ἄρης, conf. Liebel. fr. 74. et Gaisford. fr. 31. Aliquanto plus distant alia, ab Heynio et Bothio adducta, velut Pindar. in Nem. IV, 50. Thucyd. VII, 61. Ciceron. Ep. ad Div. VI, 4. Liv. V, 12. et Virg. X, 279., vid. Erasm. Adag. 250. et 981. Quanta au-



Digitized by Google

Ὣς Ἕκτωρ ἀγόρευ'· ἐπὶ δὲ Τρῶες κελάδησαν,
νήπιοι· ἐκ γάρ σφεων φρένας εἵλετο Παλλὰς Ἀθήνη·
Ἕκτορι μὲν γὰρ ἐπήνησαν κακὰ μητιόωντι·
Πουλυδάμαντι δ' ἄρ' οὔτις, ὃς ἐσθλὴν φράζετο βουλήν.
δόρπον ἔπειθ' εἵλοντο κατὰ στρατόν· αὐτὰρ Ἀχαιοὶ
παννύχιοι Πάτροκλον ἀνεστενάχοντο γοῶντες.
τοῖσι δὲ Πηλείδης ἀδινοῦ ἐξῆρχε γόοιο,
χεῖρας ἐπ' ἀνδροφόνους θέμενος στήθεσσιν ἑταίρου,
πυκνὰ μάλα στενάχων· ὥστε λὶς ἠϋγένειος,
ᾧ ῥά θ' ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἁρπάσῃ ἀνὴρ
ὕλης ἐκ πυκινῆς· ὃ δέ τ' ἄχνυται ὕστερος ἐλθών·

V. 310. ἀγόρευεν· ἐπὶ Vind. ed. Eustath. 1143, 46. — V. 312. ἐπῃνεσσαν Vind. quint. — V. 313. οὔτι Ald. sec. — V. 315. ἀναστενάχοντες ead. — Ib. βοῶντες Vind. quint. Lips. — V. 316. ἀδινοῖο γόοιο Apoll. in Lex. 33. — V. 317. ἀνδροφόνου V. L. ap. schol. A., ut videtur. — V. 318. ὥςπερ λὶς

tem Homero fuerit dicendi copia et varietas contra poetae obtrectatores, qui ei inopiam obiiciebant, uberius ostendit Porphyrius; vid. schol. Ven.

V. 310. Metri exsuperantiam, quam Ven. ignorat, Turnebus primus coercuit, conf. 8, 542.

V. 312. Longam vocalem poetis, brevem sermoni quotidiano dat Eustath. 1144, 49. Ad eum igitur passim aberrarunt Vindd. Vid. ad 7, 344. et de structura Matth. gr. Gr. §. 386, 6.

V. 313. Operarum negligentia οὔτι Aldin. secundam occupasse Heynius censet. At ita certe voluit Epaphroditus, si schol. Victor. credere licet: *οὔτι γράφει Ἐπαφρόδιτος, ἵν' ᾖ ἀντὶ τοῦ οὔ. δύναται δὲ τὸ ἐπαινέσαι καὶ κοινὸν εἶναι*, id quod rei optime congruere nemo negabit.

V. 315. Vitia manifesta librorum et Eustathii 1144, 50. auxilio convincuntur. Adde poetam ipsum v. 355. Od. 9, 467.

V. 316. Hemistichium in querelis, quibus mortuos plangunt, toties repetitum, Apollonii librarius verbo resecto commaculavit; producta autem adiectivi forma ab Homeri carminibus prorsus abest; vid. 22, 430. 23, 17. 24, 747. et iis finitima 18, 51. 24, 723, 761.

V. 317. Schol. A. ait: *διὰ τοῦ ᾱ ἅπασαι.* Itaque alios *ἀνδροφόνου* Patroclo adiungendo scripsisse efficitur: ei autem intercedunt 23, 18. 24, 479. Praeterea *ἀνδροφόνος* Hectoris fere proprium est in Iliade, ut 1, 242. 6, 498. 9, 351. 16, 77, 840. 17, 429, 639. 18, 149. 24, 509, 724.; bis modo aliis reperitur adiectum 4, 441. Marti, 6, 134. Lycurgo, Dryantis filio.

V. 318. Priora habet schol. ad Od. 1, 320.; deinde ὥστε λὶς accentu melius constituto schol. A. praebet, vid. ad 15, 275.; tum particulam comparandi Romana propemodum sola vitiavit; denique

πολλὰ δέ τ' ἄγκε' ἐπῆλθε μετ' ἀνέρος ἴχνι' ἐρευνῶν,
εἴ ποθεν ἐξεύροι· μάλα γὰρ δριμὺς χόλος αἱρεῖ·
ὣς ὃ βαρυστενάχων μετεφώνεε Μυρμιδόνεσσιν·
Ὤ πόποι, ἦ ῥ' ἄλιον ἔπος ἔκβαλον ἤματι κείνῳ,
Θαρσύνων ἥρωα Μενοίτιον ἐν μεγάροισιν·
φῆν δέ οἱ εἰς Ὀπόεντα περικλυτὸν υἱὸν ἀπάξειν,
Ἴλιον ἐκπέρσαντα, λαχόντα τε λητδος αἶσαν.
ἀλλ' οὐ Ζεὺς ἄνδρεσσι νοήματα πάντα τελευτᾷ.
ἄμφω γὰρ πέπρωται ὁμοίην γαῖαν ἐρεῦσαι
αὐτοῦ ἐνὶ Τροίῃ· ἐπεὶ οὐδ' ἐμὲ νοστήσαντα
δέξεται ἐν μεγάροισι γέρων ἱππηλάτα Πηλεύς,

Rom. et posterius vulgo. — V. 319. οὐ ῥα Harl. — Ib. ἁρπά-σει Vind. quint. — V. 321. δ' ἦτ' ἄγκεα Lips. — Ib. μετ' ἀνέρι Harl. — V. 322. ἔποθεν V. et ol. vulgo. — V. 323. μετεφώνει V. et all. — V. 329. ἑρύσειν Harl. ἐρεύθειν Aeschin. contr. Timarch. l. all. — V. 330. οὐδέ με Vind. ed. et ol. vulgo.

leaenam nec leonem catulos educere illique epitheton esse maxime idoneum scholl. et Eustath. 1145, 20. tradunt, vid. ad 17, 109.

V. 319. Σκύμνον et σκυμνὸν differre grammatici quidam statuerunt. Ac de Ptolemaeo quidem sic refert schol. A.: τὸ μέντοι ἀνδρωνυμικὸν ὀξύνεσθαι ἀξιοῖ ὁ Ἀσκαλωνίτης πρὸς διαφοράν. Schol. vero brevis et Etym. M. 720, 23. cum Gud. 505, 35 σκύμνον leonis, σκυμνὸν aliorum animalium catulos appellari dicunt. His vero argutiis schol. A. regulam et usum obtendit, add. Arcad. de acc. 62, 21. Verbum ἁρπάζειν arti venaticae congruere Eustath. 1145, 24. vidit: variam et elegantem eius vim uberius explicat Lobeck. ad Soph. Ai. 2.

V. 321. Adverbium a Lipsiensi adscitum minus quadrat, neque Harleiani dativus potest admitti.

V. 322. Conditionalem melius disiungi observavi ad Il. 1, 39. Vid. Od. 7, 52. 20, 224. 21, 195., a quibus Wolfius, sibi parum constans, passim defecit, ut in Od. 1, 115, 414. 2, 351.

V. 323. Thierschius in gr. Gr. §. 221, 80. vocales huius formae ac temporis nunquam colliquescere statuit. At in numerorum gratiam diphthongum haud respui Od. 18, 35. probabit. Nec vero eo quidquam praesidii nobis accedit, Veneto sibimet ipsi adversante et schol. A. improbante, qui subiicit: γράφεται μετεφώνεε: add. 7, 384. 9, 52. Od. 8, 201. 16, 354.

V. 324 sqq. Aeschin. adversus Timarch. p. 296, ex edit. Bekkeri quinque Homeri versus adduxit, et praeterea v. 327. in Apoll. Lex. 59. exstat integer.

V. 329. Achilles rem futuram tanquam actam describit; unde aoristus locum suum obtinebit. Neque eum migrant grammatici, velut Apoll. in Lex. 297. Hes. 1, 1425. et Eust. 1145, 31., qui verbo isto Achillis caedem portendi prudenter intellexit.

V. 330. Pelides quum semet ipsum, in patriam non rediturum,

Digitized by Google

οὐδὲ Θέτις μήτηρ, ἀλλ' αὐτοῦ γαῖα καθέξει.
νῦν δ' ἐπεὶ οὖν, Πάτροκλε, σεῦ ὕστερος εἶμ' ὑπὸ γαῖαν,
οὔ σε πρὶν κτεριῶ, πρίν γ' Ἕκτορος ἐνθάδ' ἐνεῖκαι
τεύχεα καὶ κεφαλήν, μεγαθύμου σοῖο φονῆος·
δώδεκα δὲ προπάροιθε πυρῆς ἀποδειροτομήσω
Τρώων ἀγλαὰ τέκνα, σέθεν κταμένοιο χολωθείς.
τόφρα δέ μοι παρὰ νηυσὶ κορωνίσι κείσεαι αὔτως·
ἀμφὶ δὲ σὲ Τρωαὶ καὶ Δαρδανίδες βαθύκολποι
κλαύσονται, νύκτας τε καὶ ἤματα δακρυχέουσαι,
τὰς αὐτοὶ καμόμεσθα βίηφί τε δουρί τε μακρῷ,
πτολίεθρα πέρθοντε πόλεις μερόπων ἀνθρώπων.
Ὣς εἰπὼν ἑτάροισιν ἐκέκλετο δῖος Ἀχιλλεὺς
ἀμφὶ πυρὶ στῆσαι τρίποδα μέγαν, ὄφρα τάχιστα

V. 333. ἀλλ' ἐπεὶ οὖν, φίλ' ἑταῖρε, Aeschin. l. all. — V. 334. ἐτείχω Vind. quint. Harl. Lips. et Aeschin. l. all. — V. 335. σεῖο φονῆος Vind. vulgo W. et H. — V. 338. οὕτως alii, ut videtur. — V. 345. Πατρόκλου Harl. — V. 347. χεῦαν Vind.

patri et matri, filio orbatis, opponat, pronomen tenore erigi sequitur.

V. 333. Aeschines l. all. p. 297., ad alia transiturus, poetae verba paullulum immutasse videtur, ab adversativa fortiore exorsus.

V. 334. Infinitivum huic voculae consentaneum praeter Venet. et libros plures non modo Eustath. 1145, 33., verum etiam Aeschinis codices agnoscunt.

V. 335. Pronomen possessivum, quod Harl. et schol. ad Od. I, 413. nobis servarunt, vulgari praeferendum esse Bekkerus docuit in cens. carm. Homer. a Wolf. editorum p. 157., add. Thiersch. in gr. Gr. §. 205, 17. Neque Aristarchi, ea in re a Zenodoto dissidentis, alia fuisse videtur sententia, vid. ad 24, 486. et Wolf. prolegomena p. 209. not. 78. Itaque ad illorum normam, quanquam Eustath. 1145, 34. cum plerisque sentit, me composui.

V. 338. Schol. A. et Victor. αὔτως sive αὐτῶς in omnibus exemplaribus lectum fuisse perhibent. Unde οὕτως, quod alii fortasse adsciverant, ab iis improbari suspicantur.

V. 339. Eust. 1146, 4.: ἐν δὲ τῷ „καὶ Δαρδανίδες βαθύκολποι" σημειοῦνται οἱ παλαιοὶ, ὡς οὐδέποτε Ὅμηρος βαθυκόλπους τὰς Ἑλληνίδας φησί, add. schol. Victor. His autem Zenodotum notari vidimus ad 2, 484.

V. 344 sqq. Veteres igne primum accenso tripodas imposuisse schol. Ven. annotavit, eique concinunt Od. 8, 434 sqq., ubi quattuor versus repetuntur. Inde mendum, quod versui 347. adhaesit, emendare licebat, neque id Venet. Vindd. plerosque et alios praestabiliores occupavit, conf. 24, 791.; proinde Barnesii

Πάτροκλον λούσειαν ἄπο βρότον αἱματόεντα.
οἱ δὲ λοετροχόον τρίποδ' ἵστασαν ἐν πυρὶ κηλέῳ,
ἐν δ' ἄρ' ὕδωρ ἔχεαν, ὑπὸ δὲ ξύλα δαῖον ἐλόντες·
γάστρην μὲν τρίποδος πῦρ ἄμφεπε, θέρμετο δ' ὕδωρ.
αὐτὰρ ἐπειδὴ ζέσσεν ὕδωρ ἐνὶ ἤνοπι χαλκῷ,
καὶ τότε δὴ λοῦσάν τε, καὶ ἤλειψαν λίπ' ἐλαίῳ·
ἐν δ' ὠτειλὰς πλῆσαν ἀλείφατος ἐννεώροιο·
ἐν λεχέεσσι δὲ θέντες ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν
ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς, καθύπερθε δὲ φάρεϊ λευκῷ.
παννύχιοι μὲν ἔπειτα πόδας ταχὺν ἀμφ' Ἀχιλῆα
Μυρμιδόνες Πάτροκλον ἀνεστενάχοντο γοῶντες. —
Ζεὺς δ' Ἥρην προσέειπε κασιγνήτην ἀλοχόν τε·

quint. ἔχευαν Eustath. 1146, 21. et edd. antiqq. — V. 348. τρίποδα Etym. M. 221, 1. — V. 349. ζέσεν Eustath. 1146, 23., codd. para et ol. vulgo. — V. 351. ἐννεώροιο Vind. ed. et edd. antiqq. — V. 352. λῖτι all. — V. 353. καθ' ὑπερθε V. —

inventi: ἐν δ' ἄρ' ἔχευαν ὕδωρ, non egebimus. Quae postea in v. 348. ac proximo a nonnullis male sunt administrata, iis Ven. Vindd. et alii commode occurrunt, ultima duo enotavit Etym. M. 432, 36. Poetam denique res obvias et in vitae communis usu positas verborum delectu et epithetorum dignitate ac magnificentia quasi obvelasse ac splendidius exornasse schol. B. et Eustath. 1147, 9. fatentur.

V. 351. Vind. et editionum priorum ἐννεόροιο liber quintus cum aliis emendat. Tametsi nomen illud vario admodum modo explicatur, ei tamen ὥραν sive annum ortum dedisse omnes propemodum consentiunt. Vid. Eustath. 1146, 44. Apoll. in Lex. 262. Etym. Magn. 343, 21. et Passov. in Lex. h. v.

V. 352. Dativum λιτὶ ab nomine obsoleto ductum acui iusserunt Aristarchus et Herodianus, iis adversati, qui λῖτι perispomenum defenderunt. Nec nominativum λίς, ut Ptolemaeus Ascalonita statuit, verum habuerunt. Vid. doctam et accuratam Wolfii commentationem, Anal. Litter. IV, 501 sqq. insertam.

V. 356 sqq. Versus tredecim a diasceuasta Iliadi subiectos esse Alexandrini quidam statuerunt. In quam rem exstat in Ven. B. scholion, Porphyrio inscriptum, quod alii etiam libri, velut Cantabr. Mosq. et Leid., vid. Valckenar. dissertat. de schol. Homer. p. 139., propagarunt. Porphyrius Zenodotum Alexandrinum, qui decem libros de Homeri consuetudine ediderat, eius sententiae facit auctorem, et argumenta ab illo congesta nos non ignorare voluit. Quare dubium erit, num Zenodotus Ephesius, ad quem vulgo hasce ἀθετήσεις referunt, versus istos proscripserit; vid. ad 17, 263. Lehrsius in libro de Aristarch. stud. Homer. p. 356 sq. haec omnia bona fide tribuit Ephesio. Id au-

Digitized by Google

Ἐπῆξας καὶ ἔπειτα, βοῶπις πότνια Ἥρη,
ἀνστήσασ' Ἀχιλῆα πόδας ταχύν· ἦ ῥά νυ σεῖο
ἐξ αὐτῆς ἐγένοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα βοῶπις πότνια Ἥρη·
αἰνότατε Κρονίδη, ποῖον τὸν μῦθον ἔειπες.
καὶ μὲν δή πού τις μέλλει βροτὸς ἀνδρὶ τελέσσαι,
ὅσπερ θνητός τ' ἐστὶ, καὶ οὐ τόσα μήδεα οἶδεν·
πῶς δὴ ἔγωγ', ἣ φημι θεάων ἔμμεν ἀρίστη,
ἀμφότερον, γενεῇ τε, καὶ οὕνεκα σὴ παράκοιτις
κέκλημαι, σὺ δὲ πᾶσι μετ' ἀθανάτοισιν ἀνάσσεις,

V. 357. κατ' ἔπειτα Bothii coniectura. — Ib. βοωπι V., ut solet. — V. 363. θνητός ἐστιν V. Lips. Eustath. 1147, 21. Rom. — V. 364. ἐγών Z. — Ib. ἔμμεν' ἀρ. V. Vindd. et olim vulgo. — V. 367. κακὰ ῥέξαι Vind. un. et all. — V. 369. Ἡφαίστοιο δ' ἴκ. Vind. ed. Ald. sec. — V. 372. ἐλισσομ. V. — Ib. φίσσαν

tem revera incertum esse ex eo, quod schol. A. ad vers. 364. Zenodoti varietatem attulerit, manifesto apparet. Quae quum ita sint, a Zenodoto quidem Ephesio versus istos, ut inutiles et poetae narrationi contrarios, notatos, nec vero prorsus sublatos, sed ab Alexandrino, Aristarchi obtrectatore, quod is totum Iunonis et Iovis colloquium tuitus erat, causas et rationes, quibus illum refutaret, conquisitas esse crediderim. In argumentis istis examinandis et diiudicandis multus fuit Heynius, nec defuerunt qui Zenodoti sagacitati plauderent, eumque rem acu tetigisse autumarent. Mihi quidem Homero neque indigna neque a Iovis et Iunonis persona aliena videntur, quod iidem rixis et altercationibus saepius indulgent. Accedit, quod Venet. A. diplen adiecisse satis habuit, loci vero integritatem eo excusat, de quo ad 16, 432. admonuimus.

V. 357. Bothius, quod supervacaneum habet καί, κατέπηξας Homero obtrusurus est, ab eius oratione absonum. Nec vulgare, etsi schol. B. καὶ per abundantiam adiectum dicit, sua vi destituitur. Significat enim Iupiter uxorem, quanquam Achillis arma erant ablata, tamen consilii votique compotem esse factam, vid. 3, 290. 5, 685. 6, 70. Adiectivo 5 addunt Vind. ed. et alii.

V. 363. Particulam passim neglectam et locus geminus Od. 20, 46. tuetur et Vindd. cum aliis adiuvant. Neque θνητοὶ βροτοί, qui molestiam Heynio crearunt, Homeri more sunt alieni; congruunt enim νέκυες sive νεκροὶ κατατεθνηῶτες, θεοὶ ἀθάνατοι et alia eius generis; vid. insuper Od. 16, 212. 3, 3. 7, 210. 12, 386., a Bothio recte et commode allatos.

V. 364 sqq. Zenodotum ἐγών Doricum adoptasse schol. A. vituperat. Infinitivo, quem nonnulli in formam usitatam εἶναι, huic versus regioni parum aptam, erant mutaturi, libri pariter ac grammatici apostrophi signo, inutili ac supervacaneo, onerant. Vid. Excurs. XIII, §. 1. Reliqua, quae sequuntur, in medio esse posita schol. A. acute perspexit. Sunt vero magna ex par-

οὐκ ὄφελον Τρώεσσι κοτεσσαμένη κακὰ ῥάψαι;
Ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον. —
Ἡφαίστου δ' ἵκανε δόμον Θέτις ἀργυρόπεζα,
ἄφθιτον, ἀστερόεντα, μεταπρεπὲ' ἀθανάτοισιν,
χάλκεον, ὃν ῥ' αὐτὸς ποιήσατο Κυλλοποδίων.
τὸν δ' εὗρ' ἱδρώοντα, ἑλισσόμενον περὶ φύσας,
σπεύδοντα· τρίποδας γὰρ ἐείκοσι πάντας ἔτευχεν
ἑστάμεναι περὶ τοῖχον ἐϋσταθέος μεγάροιο·
χρύσεα δέ σφ' ὑπὸ κύκλα ἑκάστῳ πυθμένι θῆκεν,
ὄφρα οἱ αὐτόματοι θεῖον δυσαίατ' ἀγῶνα,

Lips. et all. — V. 373. γὰρ Vind. quint. omitt. — V. 375. ὑπόκυκλα V. L. ap. schol. A. — V. 376. δύσονται ἀγ. Etym. M. 15, 52. Apoll. Lex. 21, Ald, sec. et antiqq. edit. δἰσωνται ἀγ. Vind. quint. Lips. Stephan. margo, θεῖον κατὰ δῶμα νέοιντο V. L. ap. scholl. A V. —

te es, quibus Iuno sui numinis maiestatem in Il. 4, 60 sq. iam declaravit.

V. 367. Vindob. scriba errore animadverso κακὰ ῥάψαι supra imposuit; add. Eustath. 1147, 26. et schol. ad Eurip. Med. 1., apud quem κοτεσσάμενος perperam fertur. Metaphora ista saepius redit in Odyssea, velut 8, 118. 16, 423.

V. 369. Diplen adiecerunt Alexandrini ideo, quod Vulcani officinam, quam alii in Lemnum transferunt, in Olympo fuisse poeta testatur. Vindob. autem edito Ven., liber quint., alii plures et Eustath. 1147, 49. obloquuntur.

V. 372 sqq. Ven. ab usitato plerumque recedere spiritu leni praefixo aliquoties animadvertimus, vid. ad 12, 408. In nomine postremo litera sibila eo minus erit geminanda, quo certius constat priorem natura produci, vid. Drac. de metr. poet. 95, 11. 97, 17. Eustath. 1151, 5.

V. 375. Quia in Odyss. 4, 131 τάλαρόν θ' ὑπόκυκλον ὄπασσεν legimus, idem hic nonnulli receptum voluerunt; vid. scholl. Venetos. Ei vero argumentationi repugnant proxima: tripodas enim sive amphoras rotis instruxit Vulcanus, ut sua sponte et deorum consessum adirent et ex eo domum repeterent. Itaque ὑπό verbo esse adiungendum nemo non videt.

V. 376. Multiplex verbi et modi fuit dissimilitudo. Nam optativo, qui Ven., Vind. editi et paucorum aliorum fuit, schol. A. et Victor. δύσονται, olim pluribus illatum, apponunt una cum Eustath. 1148, 6; deinde subiunctivum, in tribus libris repertum, Stephan. in margine exhibet; denique exemplaria minus accurata κατὰ δῶμα νίονται sive, ut Victor. haud dubie scribit melius, νίοιντο praebere schol. A. narrat. Quod qui probarunt, ii, priorum ambiguitate inducti, tripodas sua vi et potestate et foras exiisse et domum rediisse videntur finxisse. Alterum ut exquisitius iure praefert schol. Optativum autem, etsi Heynius subiunctivum habet doctiorem, pauci quidem, at ii optimi a dubitatione libe-

Digitized by Google

ἠδ' αὖτις πρὸς δῶμα νεοίατο, θαῦμα ἰδέσθαι.
οἱ δ' ἤτοι τόσσον μὲν ἔχον τέλος, οὔατα δ' οὔπω
δαιδάλεα προσέκειτο· τά ῥ' ἤρτυε, κόπτε δὲ δεσμούς.
ὄφρ' ὅγε ταῦτ' ἐπονεῖτο ἰδυίῃσι παραπίδεσσιν,
τόφρα οἱ ἐγγύθεν ἦλθε θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα.
τὴν δὲ ἴδε προμολοῦσα Χάρις λιπαροκρήδεμνος,
καλή, τὴν ὤπυιε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις·
ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρί, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν·
Τίπτε, Θέτι τανύπεπλε, ἱκάνεις ἡμέτερον δῶ
αἰδοίη τε φίλη τε; πάρος γε μὲν οὔτι θαμίζεις.
ἀλλ' ἕπεο προτέρω, ἵνα τοι πὰρ ξείνια θείω.
Ὣς ἄρα φωνήσασα πρόσω ἄγε δῖα θεάων.

V. 378. οἱ δή τοι Vind. un. et Etym. M. 750, 40. — V. 379. προσέκειντο Vind. un. δεσμά libr. pauc. — V. 380. ταῦτα ποιεῖτο Vind. quint. — V. 381. ἐγγύθεν ἦεν Lips. — V. 382. ἴδεν Vind. quint. — V. 385. Θέτις τανύπεπλος Z. et H. — Ib. ἡμέτερόνδε Z. — V. 387. προτέρω Vind. ed. et Ald. sec. — Ib. παρὰ Lips. et editt. antiqq. —

rant. Iam *θεῶν ἀγῶνα* deorum vel consessum vel templum, vid. 7, 298. Hes. scut. Herc. 205. et schol. A. indicare dicunt. Res autem quum in Olympo agatur, prius aptius et magis consentaneum esse patet. Homericorum recordatus est Aristotel. de republ. I, 4.

V. 378. Etymologico Magno plerique obnituntur libri. Insequentia schol. A. bene explicat hisce: *ὅτι ἐπὶ τῶν παρὰ μικρὸν τετελειωμένων οὕτως λέγει*, conferens 22, 322. 23, 454, add. Eustath. 1148, 41 sqq.

V. 380. Augmentum numerorum incessus sibi postulat.

V. 381. Cum Lipsiensi concinere videtur schol. A.; etenim hic vulgatum in aliis obvium, sed reiectum dicit. Sequitur ergo illum in suo exemplari diversi quidpiam invenisse. Ven. et plurimi nihilo recedunt.

V. 382. Vulcani uxorem Thaliam vel Aglaiam fuisse schol. Victor. tradit. Cur autem in Iliade Gratia, in Od. 8, 268. Venus ipsa Vulcani coniux dicatur, veteres quaesiverunt, vid. scholl. BA. et Eustath. 1148, 55 sqq.

V. 385. Ad hiatum effugiendum Heynius, Zenodoto moriger, nominativum pro vocativo positum recepit. Libris vero adversantibus, quorum paucissimi *Θέτις* agnoscunt, vulgatum erat tenendum. Neque ultimum cum Zenodoto mutaverim, Thetide ad Vulcani aedes in Olympum profecta, add. Eustath. 1148, 60 sqq.

V. 386. Eadem salutatione Calypso excipit Mercurium in Od. 5, 88., add. infra v. 425., poetae vestigia legit Apoll. Arg. III, 53., ubi Venus e Iunone et Minerva adventus causam sciscitatur, cf. Apoll. Lex. 341. et Eust. 1148, 61.

Digitized by Google

τὴν μὲν ἔπειτα καθεῖσεν ἐπὶ θρόνου ἀργυροήλου,
καλοῦ, δαιδαλέου· ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν·
κέκλετο δ' Ἥφαιστον κλυτοτέχνην, εἶπέ τε μῦθον·
Ἥφαιστε, πρόμολ' ὧδε· Θέτις νύ τι σεῖο χατίζει.
τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις·
Ἦ ῥά νύ μοι δεινή τε καὶ αἰδοίη θεὸς ἔνδον,
ἣ μ' ἐσάωσ', ὅτε μ' ἄλγος ἀφίκετο τῆλε πεσόντα
μητρὸς ἐμῆς ἰότητι κυνώπιδος, ἥ μ' ἐθέλησεν
κρύψαι, χωλὸν ἐόντα· τότ' ἂν πάθον ἄλγεα θυμῷ,
εἰ μή μ' Εὐρυνόμη τε Θέτις θ' ὑπεδέξατο κόλπῳ,
Εὐρυνόμη, θυγάτηρ ἀψορρόου Ὠκεανοῖο.
τῇσι παρ' εἰνάετες χάλκευον δαίδαλα πολλά,

V. 388. φωνήσασ' ἠγήσατο libr. pauci. — V. 392. νύ τοι σ. Vind. quint. — V. 395. ἰφίκετο Heyn. coniect. — V. 396. βοώπιδος V. L. ap. schol. Victor. — Ib. ἐθέλεσκε Vind. ed. Ald. sec. — V. 397. τότ' ἄρ πάθον V. L. ap. Kust. 1149, 24. — V. 400. τῇσι πάρ' εἰν. Vind. ed. ol. vulgo et H. — Ib. δαίδ. πάντα Z. et Aristoph. —

V. 387. In libris προτέρῳ et προτέρω variare iam ostendi, vid. ad 3, 400.

V. 388. Aliunde transfusum est ἠγήσατο, nostris parum accomodatum; vid. Od. 2, 405. 3, 29. 5, 192. 7, 37.

V. 392. Schol. A.: ἡ διπλῆ, ὅτι τὸ ὧδε, οὕτως ὡς ἔχεις, οὐδὲν ὑπερθέμενος, καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ „ἀμφίαθ' οὕτως". Heynius haec male revocat ad Il. 24, 712.; sunt enim corrupta ex Od. 6, 218 ἀμφίπολοι, στῆθ' οὕτως ἀπόπροθεν, vid. scholl. BV. schol. ad Od. l. all. Apoll. Lex. 726. et Moschopul. 69, 5. Aristarchi vero eam fuisse explicationem ex Apollonio et aliis discimus, vid. Lehrs. de stud. Arist. Hom. 85. Platonem sua carmina comburentem hoc versu usum esse scholl. et Eust. 1149, 1 sqq. iterum narrant, vid. ad 17, 263. et Olympiod. in vit. Platon. Simile quiddam de Metrocle, Theophrasti commentarios flammis imponente, Diogen. Laert. III, 6. memoriae prodidit.

V. 396. Frequentativum Iunonis consilio aptum possit haberi, sed id levi admodum praesidio nititur.

V. 397. Eust. l. all. τότ' ἄρ ἤ τότ' ἂν πάθον ἄλγ. θ. Sed potentiale et Homeri sermoni conducit, neque alius quisquam, quantum scio, Eustathio succinit.

V. 399. Eust. 1149, 28 Εὐρυνόμη, θυγάτηρ ἀψορρόου ἤ βαθυῤῥόου Ὠκεανοῦ. Verum alterum pro glossa est accipiendum, neque suspicio abest, quin emendandum sit παλιῤῥόου. Eo enim Homericum reddunt alii, ut schol. Ven. B., add. Etym. M. 184, 22. et schol. ad Eurip. Orest. 1363.

V. 400. Accentus anastropha, a schol. A. vetita (conf. ad v. 191.) vulgares libros, quibus Heynius aurem praebuit, occupavit. Bothius impolite iungit τῇσι παρ' εἰνάετες κ. τ. λ.

πόρπας τε γναμπτάς θ' ἕλικας, κάλυκάς τε καὶ ὅρμους,
ἐν σπῆϊ γλαφυρῷ· περὶ δὲ ῥόος Ὠκεανοῖο
ἀφρῷ μορμύρων ῥέεν ἄσπετος· οὐδέ τις ἄλλος
ἤδεεν, οὔτε θεῶν, οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων,
ἀλλὰ Θέτις τε καὶ Εὐρυνόμη ἴσαν, αἵ μ' ἐσάωσαν,
ἦ νῦν ἡμέτερον δόμον ἵκει· τῷ με μάλα χρεὼ
πάντα Θέτι καλλιπλοκάμῳ ζωάγρια τίνειν.

V. 401. πόρπακας γν. Lips. — V. 404. ἤδειν V. L. ap. schol. A. — V. 405. Ἴσαν Vind. ed. et ol. vulgo. — V. 406. ἥκει ol. vulgo. — V. 408. ξυνῇσι Harl. — V. 410. ἀπ' ἀχμοθίτου Etym. M. 416, 25., male. —

„*his novem per annos multa artificiosa excudi.*" A quo incepto et schol. A. nos deterret hisce: *ἔστι μὲν τὸ ἐξῆς παρὰ τῇσι, οὐκ ἀναστρεπτέον δὲ διὰ τὴν συναλοιφήν*, neque Atticorum et posteriorum usum ad Homerum licet transferre.

V. 401. Mediam nominis, quod Lips. habet, Ernestius perperam censet brevem. Dearum vero cultui et ornamento fibulae congruunt, neque clypeorum ansae. Hinc vulgari adsunt scholl. Kust. 1150, 19. et Apoll. in Lex. 255. Sponsores iidem *γναμπτάς*, cui *γναπτάς* multi libri substituunt, iure tuentur, add. Apoll. Lex. 209. et vid. ad 11, 416.

V. 402. *περὶ διῤῥόος Ὠκ.*, a Dorvillio e codice, ut ait, antiquissimo in Vann. Crit. p. 335. allatum, grammaticis debetur iis, qui metrum fulciendum esse putarunt, vid. ad 16, 228.

V. 403. Horum initium aliquoties imitatur Apoll. Rh., vid. Arg. I, 542 sq. IV, 287.

V. 405. Eustath. 1149, 32 *ἴσαν*, ut olim ferebatur, transmisit. At exquisitiori et magis recondito subsidio sunt libri praestantissimi, velut Ven. Vind. quint. Harl. et plures Heyniani, iisque accedunt Apollon. in Lex. 371. et Hesych. II, 72., ubi vid. interpp.

V. 407. Dativum Ionicum *Θέτι*, nostro exemplo usus, Etym. Magn. auctor 448, 24. illustrat. Nomini, quod instat, Aristarchus ῑ subscriptum appinxisse videtur; certe schol A. ait: *μετὰ τοῦ ῑ τὸ ζωάγρια ὁ Ἀρίσταρχος*, vid. schol. Vict. et Etym. M. 413, 24. Id vero ipsum cum plurimis ῑ recte, ut videtur, omittit 412, 47 *ζωάγρια· τὰ ὑπὲρ τοῦ ζῆν διδόμενα ἄποινα*, neque alii, ut Apoll. in Lex. 319. Kust. 1149, 36. ac libri omnes omnino, discrepant.

V. 409. Ob oculos habuit Etym. M. 628, 21., add. Apoll. in Lex. 505., cuius verba, ut ex Etymologici loco intelligitur, nostrum librum non minus respiciunt, quam Od. 3, 433.

V. 410. Lectio satis constat; scholiastae enim brevi nomen utrumque in unum contrahenti ne Eustathius quidem 1150, 60 sqq. assentitur. At quum et *ἄῃτον* et *ἄητον*, cf. 21, 395., sint *ἅπαξ εἰρημένα*, origo eorum et significatio iam veteribus obscurae et incertae fuerunt. Vid. scholl., Apoll. in Lex. 76., Kust. l. all. Etym. M. 30, 24. et lexicographos alios. Nec nostra aetate controversiae inde exortae sunt sublatae. Pro vario enim, quod subesse putant, etymo alii *monstrum ventosum*, ut Dam-

Digitized by Google

ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν οἱ παράθες ξεινήϊα καλὰ,
ὄφρ' ἂν ἐγὼ φύσας ἀποθείομαι ὅπλα τε πάντα.
Ἦ, καὶ ἀπ' ἀκμοθέτοιο πέλωρ αἴητον ἀνέστη
χωλεύων· ὑπὸ δὲ κνῆμαι ῥώοντο ἀραιαί.
φύσας μέν ῥ' ἀπάνευθε τίθει πυρὸς, ὅπλα τε πάντα
λάρναξ' ἐς ἀργυρέην συλλέξατο, τοῖς ἐπονεῖτο·
σπόγγῳ δ' ἀμφὶ πρόσωπα καὶ ἄμφω χεῖρ' ἀπομόργνυ,

Ib. *πελωραίητον* V. L. ap. schol. brev. — V. 411. *ῥώοντο* Vind. quint. — Ib. *ἀραιαὶ* schol. A. et grammatic. pars. — V. 413. *συνελέξατο* Harl. Vind. nn. all. — V. 414. *ἀπεμόργνυ* V. Lips. —

mius in Lex. Hom. 36, a., alii *fuligine obductum*, quemadmodum Vossius transtulit, alii denique *immane ac formidabile* intelligunt. Buttmannus in Lexil. I, 236, opinionibus veterum spretis, *αἰητὸν* sive *ἀητόν*, a stirpe nescio qua profectum, habet oxytonum et idem fere atque *αἰνὸν* significare dicit. Bothius, sagacior illo, proponit *ἄϊητον*, tanquam a nomine *λή* et verbo *λάω*, quod in desuetudinem venerit, ortum, idque reddit *infandum* sive *ἄφατον*, *ἀναύδητον*. Haec quidem in praesens sufficiant, rem enim ipsam copiosius explicemus in commentario.

V. 411. Spiritum duplicem vel e dialecti vel e potestatis dissimilitudine aestimant. Hoc quidem scholl. B. L. ab Aristarchi auctoritate repetunt ad Il. 5, 425: *Ἀρίσταρχος δὲ τὸ ἀραιὴν ἐπὶ μὲν τοῦ ἀσθενῆ διαύνει, ἐπὶ δὲ τοῦ ἐπιβλαβῆ ψιλοῖ.* Illud Eustath. 568, 7. sequitur, *ἀραιὸς* Ionicum et commune, *ἄραιος* Atticum esse ratus, quanquam spiritus mobilitatem ad originis diversitatem alibi revocat, ut ad Il. 1062, 4. ad Od. 1649, 6 sqq. Heynius asperum ubique praefigendum e litera Aeolica, grammaticorum inscitia expulsa, repetit; ipse vero libris communique usui accinit. Nec mihi nimia ista subtilitas, sive Aristarchi sive alius cuiuscunque fuit, magnopere arridet, praesertim quum videam alios ab ea prorsus abfuisse (vid. Apoll. in Lex. 157, cll. 406, 591. et Hesych. I, 509), alios a prioribus accepta iterare satis habuisse (conf. Etym. M. 134, 18, 22. Zonar. I, 295. Phavor. 265, 40 sq.). Quare in re ancipiti et ambigua librorum auctoritatem sequi praestabit, spiritum vero asperum Atticorum proprium fuisse licet augurari; vid. Henr. Steph. Thes. Gr. ling. I, 2218, a. Vocalem praecedentem, cui Homeri exempla licet accommodare (vid. 20, 37. 5, 425. 16, 161. Od. 10, 90), iam negligunt Hom. Hymn. in Merc. 349 et Hesiod, in Op. 809; add. Apoll. Arg. III, 762. Quint. Smyrn. IX, 447.

V. 413. Heynius *συνελέξατο* ut antiquius ita verius censet. Non accedo: si quidem Vind. *συνελλέξατο* errorem admissum manifesto prodit, Eustath. 1151, 15. pro more suo quotidiano minus usitatum explicat.

V. 414. Veneto et Lipsiensi in vitio concordibus omnes propemodum adversantur. Vid. 2, 269. 5, 416. Od. 17, 304. 18, 200. et Eustath. 1151, 17.

Digitized by Google

αὐχένα τε στιβαρὸν καὶ στήθεα λαχνήεντα·
δῦ δὲ χιτῶν'· ἕλε δὲ σκῆπτρον παχύ, βῆ δὲ θύραζε
χωλεύων· ὑπὸ δ' ἀμφίπολοι ῥώοντο ἄνακτι
χρύσειαι, ζωῇσι νεήνισιν εἰοικυῖαι·
τῇς ἐν μὲν νόος ἐστὶ μετὰ φρεσίν, ἐν δὲ καὶ αὐδὴ,
καὶ σθένος, ἀθανάτων δὲ θεῶν ἄπο ἔργα ἴσασιν.
αἱ μὲν ὕπαιθα ἄνακτος ἐποίπνυον· αὐτὰρ ὁ ἧρων
πλησίον, ἔνθα Θέτις περ, ἐπὶ θρόνου ἷζε φαεινοῦ·
ἕν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ, ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν·
Τίπτε, Θέτι τανύπεπλε, ἱκάνεις ἡμέτερον δῶ
αἰδοίη τε φίλη τε; πάρος γε μὲν οὔτι θαμίζεις.
αὖδα ὅ τι φρονέεις· τελέσαι δέ με θυμὸς ἄνωγεν,
εἰ δύναμαι τελέσαι γε, καὶ εἰ τετελεσμένον ἐστίν.
Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα Θέτις κατὰ δάκρυ χέουσα·
Ἥφαιστ', ἦ ἄρα δή τις, ὅσαι θεαὶ εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ,

V. 418. *νεάτισιν* schol. Theocr. ad Id. I, 36, *νεήνισιν ἔργ' εἰκυῖα* schol. ad Pind. Olymp. VII, 95. *ἐοικυῖαι* Vind. quint. all. et Ald. sec. — V. 424. *Θέτις ταναύπεπλος* Z. et H. — Ib. *ἡμέτερόνδε* Z. — V. 426. *ἄνωγει* V. L. ap. schol. A. — V. 428. *καταδακρυχέουσα*

V. 418. Theocriti interpres Dorico, cui adsueverat, mutavit Ionicum; nec minus fallitur Pindari scholiasta, cui perinde ac Vindob. quint. librario dubium movit *εἰοικυῖαι*, in quo alibi etiam haerent librarii, vid. 8, 305. Versu exeunte si cum veteribus interpunxeris, aureae Vulcani ministrae mente, voce, vi praeditae et a deabus edoctae dicuntur, sin comma posueris, ista omnia de puellis vivis, quibus Vulcani comparantur ancillae, praedicantur. Hoc ut minus portentosum et propius verum Heynius ac Bothius amplectuntur: e quibus hic Eustathium tanquam auctorem harum ineptiarum vituperat, ille aliis artificum aliorum operibus in subsidium vocatis rem et sententiam studet comprobare. At primum veteres et libri et magistri contrarium sequuntur; deinde opera divina humanis augustiora et magnificentiora fuisse credibile est; denique iis, quae Heynius congessit, opponere licebit Hesiodi testimonia; vid. Scut. Herc. 243, 278.

V. 421. Bis commemoravit haec Apollon. in Lex. 52, 669.

V. 424. Vid. 385 sq.

V. 426. Imperfectum loci gemini tuentur, ut Il. 14, 195. Od. 5, 89; id vero ipsum rei magis congruere ostendi supra ad v. 90.

V. 428. Vid. ad v. 94.

V. 432 cum parte insequentis vid. in Apoll. Lex. 85.

V. 434. Thetin, ut Pelei matrimonium effugeret, varias induisse formas recentiores, Homericis abusi, finxerunt; vid. schol.

Digitized by Google

τοσσάδ' ἐνὶ φρεσὶν ἦσιν ἀνέσχετο κήδεα λυγρὰ,
ὅσσ' ἐμοὶ ἐκ πασέων Κρονίδης Ζεὺς ἄλγε' ἔδωκεν;
ἐκ μέν μ' ἀλλάων ἁλιάων ἀνδρὶ δάμασσεν,
Αἰακίδῃ Πηλῆϊ, καὶ ἔτλην ἀνέρος εὐνὴν,
πολλὰ μάλ' οὐκ ἐθέλουσα· ὃ μὲν δὴ γήραϊ λυγρῷ
κεῖται ἐνὶ μεγάροις ἀρημένος. ἄλλα δέ μοι νῦν·
υἱὸν ἐπεί μοι δῶκε γενέσθαι τε τραφέμεν τε
ἔξοχον ἡρώων· ὃ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος·
τὸν μὲν ἐγὼ θρέψασα, φυτὸν ὣς γουνῷ ἀλωῆς,
νηυσὶν ἐπιπροέηκα κορωνίσιν Ἴλιον εἴσω
Τρωσὶ μαχησόμενον· τὸν δ' οὐχ ὑποδέξομαι αὖτις
οἴκαδε νοστήσαντα δόμον Πηλήϊον εἴσω.
ὅφρα δέ μοι ζώει καὶ ὁρᾷ φάος Ἠελίοιο,
ἄχνυται, οὐδέ τί οἱ δύναμαι χραισμῆσαι ἰοῦσα.
κούρην ἣν ἄρα οἱ γέρας ἔξελον υἷες Ἀχαιῶν,

ol. vulgo et H. — V. 431. ἔθηκεν Vind. quint. — V. 435. ἐνὶ μεγάροισιν Vind. qnint. — V. 438. γ. ἀλωῆς Ald. sec. — V. 439. νηυσὶν ἐπιπρόηκα Rom., male, V. Ipi πρ. V. H. — V. 444. κούρην δ' ἣν Harl. —

et Eustath. 1152, 15 sqq. Bentleius, hiatum expulsurus, varias tentavit coniecturas, quibus facile supersedere possumus.

v. 435. Vindob. quinto eo minus erit parendum, quo saepius producitur insequentis participii prima; vid. Od. 6, 2. 9, 403. 18, 53, 81. 23, 283. Schol. A. in versus fine distinguendum esse et narrationem ipsam ab alio ordiri initio, ut 16, 56, vere admonet.

V. 437 sqq. Vid. supra 56 sqq. Thetis enim sororibus enarrata Vulcano, adventus causam percontata, iterat.

V. 444 sqq. Aristarchus iis, quibus prius iam exposita in compendium quasi rediguntur et brevius repetuntur, imprimis offensus (vid. Lehrs. de stud. Arist. Hom. 358 sq.) versus tredecim proscribit. Primum enim alias obvia in unum hic esse collecta censuit, conf. 16, 56, 58. 2, 694. 1, 409. 18, 294. Od. 20, 179, 367. Il. 9, 574, 121, 585, 679. 15, 736, e quibus maxima nostrorum pars consuta videri possit; deinde Achillem non Aiacis et Ulixis precibus commotum, sed Patrocli dolore et lacrimis fractum Myrmidonas in Achivorum misisse subsidium. Huic Aristarchi dubitationi paucis respondet schol. B: *ἀνακεφαλαίωσις αὕτη· κακῶς οὖν Ἀρίσταρχος ἀθετεῖ. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον τὰ μὲν περὶ τοῦ γάμου παλαιά τε ὄντα καὶ πᾶσι δῆλα λέγειν, σιωπᾶν δὲ δι' ὃ ἦλθεν.* Itaque Heynius, tametsi Aristarchi judicium nec pravum nec vanum habet, quomodo narratio iis, quae Aristarchus circumscripserit, sublatis sibi constare possit, se minus intelligere fatetur. Adversativam ab Harleiano insertam non admiserim: deae enim sermo a novo ducitur principio.

τὴν ἄψ ἐκ χειρῶν ἕλετο κρείων Ἀγαμέμνων.
ἤτοι ὃ τῆς ἀχέων φρένας ἔφθιεν· αὐτὰρ Ἀχαιοὺς
Τρῶες ἐπὶ πρύμνῃσιν ἐείλεον, οὐδὲ θύραζε
εἴων ἐξιέναι· τὸν δὲ λίσσοντο γέροντες
Ἀργείων, καὶ πολλὰ περικλυτὰ δῶρ' ὀνόμαζον.
ἔνθ' αὐτὸς μὲν ἔπειτ' ἠναίνετο λοιγὸν ἀμῦναι·
αὐτὰρ ὃ Πάτροκλον περὶ μὲν τὰ ἃ τεύχεα ἔσσεν,
πέμπε δέ μιν πόλεμόνδε, πολὺν δ' ἅμα λαὸν ὄπασσεν.
πᾶν δ' ἦμαρ μάρναντο περὶ Σκαιῇσι πύλῃσιν·
καί νύ κεν αὐτῆμαρ πόλιν ἔπραθον, εἰ μὴ Ἀπόλλων
πολλὰ κακὰ ῥέξαντα Μενοιτίου ἄλκιμον υἱὸν
ἔκταν' ἐνὶ προμάχοισι, καὶ Ἕκτορι κῦδος ἔδωκεν.
τοὔνεκα νῦν τὰ σὰ γούναθ' ἱκάνομαι, αἴ κ' ἐθέλῃσθα

V. 448. δ' ἑλλίσσοντο V. δ' ἕλλισσ. Ald. sec. — V. 450. ἠνήνατο Eustath. 1152, 46. et editt. antiqq. ἠναίνατο Ald. sec. Vind. ed. — V. 452. πολὺν δ' ὄγε λ. Harl. Vind. an. — V. 457. αἴ κε θελ. V. — V. 458. υἱεῖ ἐμ' ὠκυμ. V. et ol. W. υἷ' ἐμῷ ὠκυμ. Vind. ed. ol. vulgo, H. et Both. — V. 459. ἐπὶ

V. 448. Male coniuncta Aristarchus secrevit, vid. ad 9, 574, ubi Venet. adstipulatur.

V. 450. Imperfectum Ven. Vind. quint. cum alio et quinque Heynii libri subministrarunt; bene igitur egit Wolfius lectionem codicum restituendo.

V. 452. Utrumque et ἅμα et ὄγε Homericum est; conf. 9, 483. 2, 664. Prius vero rei melius convenit, vid. 11, 796. 16, 38.

V. 457. Hunc versum recitat Apoll. de synt. III, 32, 289., admixtis aliis, quae in Odyss. 5, 449. 7, 147. deprehenduntur.

V. 458. De horum scriptura schol. A. sic praecipit: ξω τοῦ ῑ τὸ ἐμὼκυμόρῳ· συνεκτέθλιπται γὰρ τῷ ὦ τὸ ῑ. Vid. eundem ad 16, 177. schol. B. et Etym. M. 337, 4. Idem haud dubie voluit Eustath. 1152, 31, υἷϊ ἐμ' ὠκυμόρῳ ἤγουν υἱῷ ἐμῷ βραχυβίῳ. Neque a vulgari ratione ita multum abest Vind. Alteri, in quo υἷ' ἐμῷ ὠκυμόρῳ fertur. Plerique tamen vocalem longam apostropho adiecto cum Veneto exterunt. Quod quum parum accommodatum habuissent viri docti, neque synaloepha, scholiis probata, Homero congrua esset visa, alii, ut Heynius et Bothius, ad editionum priscarum normam υἷ' ἐμῷ ὠκυμόρῳ restituerunt; alii, quemadmodum Wolfius nuperrime fecit, υἱεῖ ἐμῷ ὠκυμόρῳ scripserunt. Hoc quidem ipse olim defendi in libr. de vers. Graec. her. 166 sq., nec me huius coepti poenitet, quippe qui videam Vindob. quint. Wolfio mihique accinere. Dativus υἷϊ, qui Hermanno ad hymn. Hom. in Ap. 48, Heynio et Bothio placuit, Homero cognitum fuisse ex Il. 16, 177 et aliis constat, verum ῑ eius elisum novo augere exemplo noluerim. Etsi id ipsum efficere

*υἱεῖ ἐμῷ ὠκυμόρῳ δόμεν ἀσπίδα καὶ τρυφάλειαν,*
*καὶ καλὰς κνημῖδας, ἐπισφυρίοις ἀραρυίας,*
*καὶ θώρηχ'· ὃ γὰρ ἦν οἱ ἀπώλεσε πιστὸς ἑταῖρος*
*Τρωσὶ δαμείς· ὃ δὲ κεῖται ἐπὶ χθονὶ θυμὸν ἀχεύων.*
*Τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις·*
*θάρσει, μή τοι ταῦτα μετὰ φρεσὶ σῇσι μελόντων.*
*αἲ γάρ μιν θανάτοιο δυσηχέος ὧδε δυναίμην*
*νόσφιν ἀποκρύψαι, ὅτε μιν μόρος αἰνὸς ἱκάνοι,*
*ὡς οἱ τεύχεα καλὰ παρέσσεται, οἷά τις αὖτε*
*ἀνθρώπων πολέων θαυμάσσεται, ὅς κεν ἴδηται.*
*Ὣς εἰπὼν τὴν μὲν λίπεν αὐτοῦ, βῆ δ' ἐπὶ φύσας·*
*τὰς δ' ἐς πῦρ ἔτρεψε, κέλευσέ τε ἐργάζεσθαι.*
*φῦσαι δ' ἐν χοάνοισιν εἰκοσι πᾶσαι ἐφύσων*

σφυρίοις Apoll. de synt. I, 46, 91. — V. 463. *μή τι* Lips., male. — V. 465. *ἵκανε* id. *ἱκάνει* Vind. quint. Eust. 1153, 10. et all. — V. 466. *παρέξομαι* Z. et Aristoph. — V. 467. *θαυμάσεται* Rom. et ol. vulgo. — V. 469. *ἔστρεψε* Vind. quint. —

potuit, ut grammatici ad alia remedia, quibus vel parum vel nihil proficerent, animum adiicerent.

V. 459. Perperam nomen a praepositione divellitur apud Apollonium, cui et libri cum grammaticis obnituntur (vid. Apoll. Lex. 158, 292. Eustath. 1152, 37), et poeta ipse adversatur; conf. 3, 331. 11, 18. 16, 132. 19, 370.

V. 460. Schol. A. leviter corruptus est. Nam quum *ὃ γὰρ ἦν οἱ* thoraci, quia *ὁ θώρηξ* dicitur, minus quadrare videretur, alii articulum ad Patroclum referendum putarunt, alii neutrum armaturae toti, ab Hectore ereptae, adaptarunt. Vid. schol. BV. et Apollon. de synt. I, 46, 90 sqq. At eos iure refutant schol. A. et Eustath. 1152, 38. His autem efficitur apud illum, qui ait: *ἡ διπλῆ, ὅτι καταλλήλως εἴρηκεν, ὃ γὰρ ἦν αὐτῷ κ. τ. λ.*, emendandum esse *ἀκαταλλήλως εἴρ.* Vid. Apoll. l. all. p. 91, l. 15 edit. Bekker.

V. 463. Nec metrum nec poetae usus favet Lipsiensi. Vid. 19, 29. Od. 13, 362. 16, 436, 24, 357.

V. 465. Uterque modus tum optativus tum indicativus stare potest. Nam si illum, in quo plurimi conveniunt, elegeris, rem ut incertam et fato adstrictam ponit Vulcanus; sin indicativum praetuleris, deus sua ope mortem propinquam averti non posse fatetur. Imperfectum autem erit ineptum.

V. 466. Aristarchi *παρέσεται* fuisse Heynius ex eo colligit, quod Zenodoti et Aristophanis varietas additur.

V. 470. Etym. M. 657, 22. *φύσαι* scribit, quod aeque falsum est ac *φύσαι* ab aliis oblatum. Vid. ad v. 372, Drac. de metr. poet. 97, 20 et Apoll. in Lex. 537.

παντοίην εὔπρηστον ἀϋτμὴν ἐξανιεῖσαι,
ἄλλοτε μὲν σπεύδοντι παρεμμεναι, ἄλλοτε δ' αὖτε,
ὅππως Ἥφαιστός τ' ἐθέλοι, καὶ ἔργον ἄνοιτο.
χαλκὸν δ' ἐν πυρὶ βάλλεν ἀτειρέα κασσίτερόν τε,
καὶ χρυσὸν τιμῆντα καὶ ἄργυρον· αὐτὰρ ἔπειτα
θῆκεν ἐν ἀκμοθέτῳ μέγαν ἄκμονα· γέντο δὲ χειρὶ

V. 471. ἔκπρηστον V. L. ap. schol. Viet. εὔπρηκτον V. L. ap. schol. A. ἴϋπρ. H. — V. 473. Ἥφαιστος γ' ἐθέλοι Harl. et edd. antiqq. — V. 475. τιμήεντα Dio Or. XII, 416. — V. 476. θῆκεν ἐπ' ἀκμοθ. libror. pars et V. L. ap. Eust. 1153, 53. θῆκε δ' ἐπ' ἀκμ. Apoll. in L. 76. —

V. 471. Varia hic veteres commentos esse scholl. AV. nobiscum communicant. Quorum alter: διὰ τοῦ ō, inquit, εὔπρηστον. τινὲς δὲ διὰ τοῦ ῡ, εὔπρηκτον, καὶ ἀκούουσι πρὸς πρᾶξιν εὐάρμοστον, alter scribit: παρὰ το ἔπρισε. τινὲς δὲ ἔκπρηστον. Prius vero, naturae et veritati admodum consentaneum, optimi quique agnoscunt, velut Eust. 1153, 49. Apoll. in Lex. 312. Hesych. I, 1521. Suid. I, 904. Nec diaeresin vocalium ab Heynio admissam numeri patiuntur.

V. 473. Folles pro Vulcani voluntate nunc vehementius nunc remissius spirasse poeta narrat. Qua de causa particulam γε, quam Harl. Vindd. plerique et alii praebent, Venet. et Eustath. 1153, 28. ducibus recte ciecerunt. Alludit Vind. quint., e quo ὅππως Ἥφ. τε θέλοι Alterus enotavit.

V. 474. Integrum eum adduxit Heracl. Pont. in allegor. Hom. 468, partem extremam Etym. M. 163, 28.

V. 475. Vocales coaluisse demonstravi ad Il. 9, 605, vid. Eust. 1154, 21.

V. 477. In feminino, quod absonum putavit Zenodotus, non modo librorum multitudo, sed grammaticorum etiam auctoritas convenit; ita Eustath. 1154, 26: ῥαιστῆρα δὲ θηλυκῶς κρατερὴν λέγει, σφῦραν (corr. σφῦραν) μεγάλην οὐ λεπτουργόν, ἀλλ' οἵαν ἐλαύνειν τὰ χαλκευόμενα. ἰωνικῶς δὲ εἴρηται ἡ ῥαιστήρ. Tum comparat Sophoclis (Oed. Tyr. 81 sq.) εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ Σωτῆρι βαίην, a nostris paullulum diversa. At Eustathio subscribunt alii, velut Apoll. in Lex. 583 ῥαιστῆρα. σφαῖραν, imo σφῦραν, initio horum addito, conf. interpr. ad Hesych. II, 1099.

V. 478 sqq. Achillis clypeus egregia arte a Vulcano elaboratus multorum studium ac diligentiam excitavit. Ac veteres quidem, fide poetae habita, de eius structura, totius operis descriptione ac partium singularum conformatione minus solliciti, in eo imprimis suam posuerunt operam, ut quid imagines illae adumbraverint, accuratius investigarent et planius explicarent. Iam quum Homerum omnium rerum divinarum atque humanarum vim, naturam et causas nosse, omnemque bene vivendi rationem et tenere et persequi plurimi statuissent, ab eo orbis terrarum for-

Digitized by Google

ῥαιστῆρα κρατερήν, ἑτέρῃφι δὲ γέντο πυράγρην.
Ποίει δὲ πρώτιστα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε
πάντοσε δαιδάλλων, περὶ δ' ἄντυγα βάλλε φαεινήν,
480 τρίπλακα, μαρμαρέην, ἐκ τ' ἀργύρεον τελαμῶνα.
πέντε δ' ἄρ' αὐτοῦ ἔσαν σάκεος πτύχες· αὐτὰρ ἐν αὐτῷ
ποίει δαίδαλα πολλὰ ἰδυίῃσι πραπίδεσσιν.

V. 477. ῥαιστῆρα κρατερὸν Z. Vind. ed. ol. vulg. et V. L. ap. Eust. 1153, 54. — V. 480. ἐν δ' ἀργ. τελ. Lips. — V. 481. ἐπ' αὐτῷ V. L. ap. Eustath. 1153, 56. — V. 482. δαίδ. πόλλ' εἰδυίῃσι πρ. schol. ad Pind. Nem. IV. 95. —

mam, elementorum naturam ac temperationem, coeli et zonarum partitionem una cum vitae humanae vicissitudinibus et institutis hic depictas esse interpretes ac philosophi Graeci iudicarunt, vid. schol. B., Heraclid. Pont. allegor. Hom. 467 sqq. et Eustath. 1154, 40 sqq., qui a Demone, philosophiae studio dedito, istam explicationem repetit; Philostratus vero iunior in Imag. X. clypei illius παράφρασιν nobis exhibuit. Quaestiones aliae nec minus graves recentiorum ingenia exercuerunt: hi enim et imaginum singularum et clypei universi naturam ac rationem describere atque illustrare studuerunt. Quorum quidem disputationes pertractare longum est; nomina et opera eorum Heynius in excurs. tertio ad Il. XVIII vol. VII, p. 581 et Bothius ad h. l. recensent; sed huic adiicienda erat dissertatio Welckeri, commentariis artis antiquae historiae et interpretationi dicatis (Zeitschrift für Gesch. u. Ausleg. der alten Kunst) vol. I p. 553 sqq. inserta, qua singula quaeque in Achillis scuto expressa ab artifice et adumbrari et ex artis ratione delineari potuisse demonstratum ivit. Qui si probe et vere existimavit, sive poeta clypeum animo informatum nobis proposuerit sive ad antiquissimum aliquod artis monumentum, divino illius ingenio fortasse auctum et magis exornatum, respexerit, Heynii suspicio, qua totam istam rhapsodiae nostrae partem inde a v. 483. ab aetatis inferioris diasceuasta attextam putavit, concidit. Nec tamen reticendum est Zenodotum, causa vel simili vel alia quacunque impulsum, in eadem fuisse opinione, teste schol. A. ad vers. 843: ὅτι Ζηνόδοτος ἠθέτηκεν ἀπὸ τούτου τοῦ στίχου τὰ λοιπά, ἀρκισθεὶς τῇ κεφαλαιώδει προεκθέσει. Ὅμηρος δὲ οὐκ ἂν προεπαγώδησε τὰ κατὰ τὰς φύσας, εἰ μὴ καὶ τὴν τῆς ποικιλίας κατασκευὴν ἔμελλε διατίθεσθαι.

V. 480. Libri plurimi vulgare cum Eustath. 1153, 35. iure meritoque tuentur, quandoquidem Homeri principes clypeum balteo suspensum gestare solent, is vero clypeo non tam iniectus quam affixus fuit, vid. 11, 18. et Eustath. 1154, 54.

V. 481. Si rem ipsam consideraveris, ἐν αὐτῷ et ἐπ' αὐτῷ ferri posse apparet; sin poetae usum inspexeris, prius magis erit consentaneum, id quod cum vi quadam ac gravitate saepius repetitur.



Digitized by Google

Ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ', ἐν δ' οὐρανόν, ἐν δὲ θάλασσαν,
ἠέλιόν τ' ἀκάμαντα, σελήνην τε πλήθουσαν,
485 ἐν δέ τε τείρεα πάντα, τάτ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται,
Πληϊάδας θ' Ὑάδας τε, τό τε σθένος Ὠρίωνος,

V. 483. Ἔτευξεν δ' οὐρ. Achilles Tatius Isagog. 1 et prius Vind. quint. — V. 484. Ἠέλιον — Σελήνην nunc vulgo, W. et H. — V. 485. ἐν δὲ τὰ τ. V. Vindd. all. Eustath. 1155, 1.

V. 483. Dubium est, num Vindob. quint. cum Achille Tatio senserit; ab eo vero et sequentia abhorrent et testes plurimi recte discedunt.

V. 484. Luna quum plena vocetur, solem quoque radiorum orbe describi vere, ut opinor, admonuit Welckerus l. all. p. 561, annot. 9. Eam igitur ob causam ἠέλιον et σελήνην, libris permittentibus, reduxi. Corpora enim coelestia, nec deos humana specie indutos, in Achillis scuto efficta fuisse ex iis, quae vel praemittuntur vel subiiciuntur, licet augurari. Bene igitur Philostrat. l. all. haec ita exponit: ὁρᾷς που τόν τε τοῦ ἡλίου κύκλον, ὡς ἀκάμας ἐν αὐτῷ, καὶ τὸ τῆς πανσελήνου φαιδρόν.

V. 485. Articulus Homeri consuetudini infestus post Clarkium et Ernestium aliis etiam movit suspicionem. Hinc cum Harlei. Lips. et Achille Tatio ἐν δέ τε τείρεα π. scripsi, etsi in vulgari acquiescunt plurimi, velut Athenaeus XI, 490, c., Heraclid. in alleg. Hom. 474. et patres Christiani, quos Heynius nominavit. Id vero inde potest originem trahere, quod sideribus certis a Vulcano repraesentatis illam dicendi formam congruam putaverint. Postremis schol. A. adscripsit: Ζηνόδοτος ἐστήριχται, Ἀρίσταρχος ἐστέφανωκεν. Quae nisi corrupta sunt, grammatico utrique passivum molestum fuisse intelligitur. At Zenodoti discrepantia nihil utilitatis praebet; Aristarchum ab usitato recessisse et activo, poetae ignoto, fidem dedisse certe ambiguum est, praesertim quum Hesiod. Theogn. 382. Homericis concinat. Miro sane modo structuram expedire studet Matth. in gr. Gr. §. 421, annot. 2, c. Equidem de vi et usu verbi illius apud epicos copiosius disseram in Excurs. XXVIII.

V. 486. Initium huius tribus proximis adiunctis redit in Od. 5, 272 sqq. add. schol. ad Od. l. l. Drac. de metr. 106, 1, 3 et auct. de poes. Hom. 204.

V. 487. Spiritu leni insigniri nomen ἅμαξα veteres testantur, conf. scholl. A. V. Eustath. 1156, 19. et ad 7, 426.

V. 489. Hic locus veterum quaestionibus fuit obnoxius. Nam quum Homerus ursam solam Oceani dicat expertem, alia vero plagae borealis sidera in eadem versentur statione, poetam vel errasse vel verba alio modo intelligenda esse interpretes prisci censuerunt. Prius etsi nonnullos invenit patronos, qui cynosuram sive ursam minorem postero demum tempore Ionibus innotuisse

Digitized by Google

*Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,*
*ἥτ' αὐτοῦ στρέφεται, καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει,*
*οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο.*
*Ἐν δὲ δύω ποίησε πόλεις μερόπων ἀνθρώπων*

vulgo et W. — Ib. *ἑστήρικται* | et Athen. XIII, 490, c. — V. Z. *ἑστεφάνωκεν* Ar. — V. 487. *ἅμαξαν* schol. Victor. ol. vulgo | 489. *οἷος δ' ἅμμ.* Crates ap. Strabon. I, 8, a. —

dicerent (vid. Eustath. 1155, 31. et Strab. I, 8, a sq.), plurimi tamen poetae scientiam et doctrinam imminutam noluerunt. Quare *οἴην* non ad alia sidera omnia, sed ad ea, quae antea sunt nominata, retulerunt, vid. scholl. ABV. Eustath. 1155, 35. et Strab. l. all. Neque multum abfuit ab ista ratione Aristoteles in art. poet. c. XXVI §. 17: „*καὶ τὸ οἴη δ' ἄμμορος*", *κατὰ μεταφοράν, τὸ γὰρ γνωριμώτατον μόνον*," quae quid sibi velint, Hermannus in comment. p. 182. explicat hisce: „si sola dicitur Ursa maior non occidere, non ita dicit hoc intelligendum esse, ac si in nullum aliud sidus eadem res expetat, sed sic, ut siderum, quae non occidant, praecipuam esse Ursam significetur." Alii, ut Heraclitus apud Strabonem, add. Eustath. 1155, 33, *Ἄρκτον* non ursam solam, sed circulum borealem declarare dixerunt, eaque sententia Straboni haud displicet. Crates denique Mallotes versum habuit depravatum, testibus Strabone et Apollon. in Lexic. 112 sq. Quid vero substituerit, minus compertum habemus. Strabo quidem ei dat *οἷος δ' ἄμμορός ἐστι*, Apollon. vero ait: *ὁ δὲ Κράτης οὕτως ἀναγινώσκει „ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει,"* μέχρι τούτου καταλέγων· *„ἡ δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο,"* ἵνα τὸ συμβεβηκὸς αὐτῇ καὶ ἑτέροις τῶν ἄστρων ἀκούηται. Ex his Tollius in excurs. V. ad Apollon. p. 774 sqq., quo totam hanc rem accurate et plene investigavit, Cratetem scripsisse coniicit: *ἥ τέ κεν*, cui Heyuius *ἥ τε καὶ* supponit. Si quid video, Crates voluit: *ἠδὲ καὶ ἄμμορός ἐστι λ. Ὠκ.* i. e. haec quoque cum aliis eius plagae sideribus non subit Oceani fluenta; vid. praeterea Casaubon. ad Strab. l. all. et Heyn. observatt. in Il. Vol. VII, p. 524 sqq.

V. 490 sqq. Agallias Corcyraeus, Aristophanis aequalis vel discipulus, urbes duas in clypeo adumbratas, quarum una pace et otio gaudet, altera bello et hostium vi premitur, Athenas atque Eleusina esse iudicavit, et eius opinionis veritatem argumentis studuit confirmare, reliquis etiam imaginibus eo traductis, vid. schol. A, Eustath. 1156, 38 sqq. Pro eo corrupte, ut puto, schol. Victor. ad v. 483. Dalin, Corcyraeam, vocavit. Maximus Tyrius in dissertat. XXXII, §. 8 Phaeacum et Ithacensium urbes a Vulcano excusas censet; alii denique, ut Heraclid. in allegor. Hom. 474 sqq., bello et pace Empedoclis aliorumque philosophorum discordiam et amicitiam, rerum omnium principia, significari dicunt. Haec autem breviter et summatim indicasse sufficiat: iam ad singula transeamus. Priore igitur in urbe nuptias celebrari poeta narrat.

Digitized by Google

καλάς. ἐν τῇ μέν ῥα γάμοι τ' ἔσαν εἰλαπίναι τε·
νύμφας δ' ἐκ θαλάμων δαΐδων ὕπο λαμπομενάων
ἠγίνεον ἀνὰ ἄστυ· πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει·
κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον, ἐν δ' ἄρα τοῖσιν
αὐλοὶ φόρμιγγές τε βοὴν ἔχον· αἱ δὲ γυναῖκες
ἱστάμεναι θαύμαζον ἐπὶ προθύροισιν ἑκάστη.
λαοὶ δ' εἰν ἀγορῇ ἔσαν ἀθρόοι· ἔνθα δὲ νεῖκος
ὠρώρει· δύο δ' ἄνδρες ἐνείκεον εἵνεκα ποινῆς
ἀνδρὸς ἀποφθιμένου· ὁ μὲν εὔχετο πάντ' ἀποδοῦναι

V. 492. ἐς Θαλάμους Z. — Ib. ὑπολαμπομενάων Vind. ed. Eustath. 1157, 5. Rom. et ol. vulgo. — V. 493. ἠγίνεν Bentlei. coniectura. — Ib. κατὰ ἄστυ Apoll. in Lex. 525. Flor. — V. 499. ἀποκταμένου Z. — V. 501. ἴστορι V. Vindd. ol. vulgo

V. 492. Zenodoti ἐς sive εἰς Θαλάμους haud improbabile ducit schol. A., neque iniuria, si de sponsis ad sponsorum thalamos deductis cogitavit, verum libri quidquam mutari vetant. Versu extremo praepositionem recte secreverunt. Vid. Od. 23, 290., schol. A. et schol. Pind. ad Ol. IV, 3. VII, 23.

V. 493. Heynius, hymenaei nomen Ionibus ignotum fuisse opinatus, versum ducit spurium. A qua coniectura manifesta Hesiodi imitatio, in Scut. Herc. 274 obvia, nos avocare potest. Vid. Eustath. 1157, 16 sqq., e quo suos hortulos irrigarunt Phavor. 1739, 44. et Philem. Osanni 173, 250. Initio versus ἠγίνεον, quanquam ἠγίνεν Bothio quoque placet, omnes omnino tenent, add. Eustath. 1157, 6: et Apoll. Lex. 324 sq.

V. 495. Tibiarum usum Homero non prorsus ignotum fuisse ex hoc versu colligit Athenaeus I, 16, 6, add. auct. de poes. Hom. 226.

V. 497. Nuptiarum pompae indicium publicum, ad Atheniensium instituta descriptum, poeta attexuit. Hinc ποινὴν Attico nomine ὑποφόνια sive pecuniam, caesi cuiusdam propinquis solutam, explicant, vid. Lexic. Harpocr. v. ὑποφόν. schol. A., Eust. 1158, 11. et Philost. l. l.

V. 499. Zenodotus, ut causa clarius elucesceret, ἀποκταμένου scripsit, idque, quum in exemplaribus pluribus fuerit, veri simile ducit schol. A., sed codices, qui ad nostram pervenerunt aetatem, vulgare tuentur.

V. 500. Vid. Etym. M. 101, 19.

V. 501. Schol. A.: ἀπὸ τοῦ εἴδω εἴσω ἴστωρ, ἐλλείψαντος τοῦ ῑ, ἐπεὶ τῷ ῑ τὸ ς ἐπεφέρετο, ὡς ἐν τῷ ἱστῶ ἱστίον ἵστημι. ὅθεν καὶ δασύνεται, ἐπεὶ τὸ ῑ πρὸ τοῦ στ μόνου δασύνεται. πρόσκειται τὸ μόνου, ἐπεὶ τὸ Ἴστρος ψιλοῦται; add. Lexic. περὶ πν. 230. Hesych. II, 78. Zonar. II, 1124. Phot. 116. Hinc factum est, ut ἴστορι et Il. 23, 486 ἴστορα Venetum et omnes propemodum libros invaderet. At quum nomen a verbo ἵστημι descendat, et proinde vel testem, ut rei conscium, vel litis arbitrum iuris peritum significare dicatur, spiritum lenem praeferendum credide-

Digitized by Google

δήμῳ πιφαύσκων· ὁ δ' ἀναίνετο μηδὲν ἑλέσθαι.
ἄμφω δ' ἱέσθην ἐπὶ ἴστορι πεῖραρ ἑλέσθαι.
λαοὶ δ' ἀμφοτέροισιν ἐπήπυον ἀμφὶς ἀρωγοί·
κήρυκες δ' ἄρα λαὸν ἐρήτυον· οἱ δὲ γέροντες
εἵατ' ἐπὶ ξεστοῖσι λίθοις, ἱερῷ ἐνὶ κύκλῳ·
σκῆπτρα δὲ κηρύκων ἐν χερσ' ἔχον ἠεροφώνων·
τοῖσιν ἔπειτ' ἤϊσσον, ἀμοιβηδὶς δὲ δίκαζον.
κεῖτο δ' ἄρ' ἐν μέσσοισι δύω χρυσοῖο τάλαντα

et H. — V. 502. ἀμφοτέρωθεν Z. Aristoph. et Massiliens. — Ib. ἐπίπνυον eadem. — V. 506. ἀμοιβηδὸν Ar. Harl. ἀμοιβαδὶς Apoll. in Lex. 106. — V. 507. δύο Vindd. Etym. M. 744, 25. οἱ vulgo et H. —

rim, neque ei sponsores desunt locupletes, velut Eustath. 1158, 18. Etym. M. 478, 15, in quo ἐπὶ ἴστορι, nostro ex versu depromptum, restituatur oportet. Gravius etiam laborat Apoll. Lex. 370, eodem ex fonte sanandum. Adspirationem vero in Hesiod. Op. 792. admissam et aliorum exempla reddunt dubiam, velut Apollon. in Argon. I, 188. IV, 248, et compositum ἐπιίστωρ. Vid. Od. 21, 26. Apoll. II, 872. IV, 16. Quint. Sm. III, 203. XIII, 373. Dammius in Lex. Hom. 571, b ἴστωρ Ionicum, ἵστωρ Atticum habet, sed ne id quidem discrimen ab omni parte veritati congruit; vid. Soph. Electr. 850.

V. 502. Haud scio, an e glossemate prognatum sit Zenodoteum, certe vulgare sic reddit schol. B. Attamen libri in numerali consentiunt. In Massiliensi fuisse crediderim ἀμφοτέροισιν ἐπίπνυον, i. e. *utrique populus studiose adfuit*, metaphora a ministeriis aliis factis traducta (vid. Il. 24, 475. 18, 421. Od. 3, 430. Quint. Sm. IX, 530. Nonn. Dionys. V, 57.). Heynius ἐπέπνυον, i. e. *adspirabant*, ἐπίπνυον dictum fuisse autumat, et forma et augmento repugnante.

V. 504. Vid. Od. 8, 406.

V. 505. Praecones aëra voce replentes attigit Apoll. in Lex. 327, add. scholl. ABV. et Eustath. 1158, 36.

V. 506. Schol. A.: αἱ Ἀριστάρχου ἀμοιβηδόν, ὡς κλαγγηδόν, Grammatico contradicente, vid. Etymol. M. 85, 43. Utrumque vero epicis usitatum fuisse intelligitur; ἀμοιβαδὶς, numeris inimicum, praeter Apollonium commentarios Eustath. 1158, 39. inquinavit. Vid. Od. 5, 481. Praeterea ἰδίκαζον Vind. ed. Apoll. Eust. et Etymol. M. inscite offerunt, Veneto aliisque melioribus obnitentibus.

V. 507. Duo auri talenta, utrum iudici, litem optime et maxima cum fide decernenti, an ei, qui causam obtinuerit, fuerint destinata, iam veteres quaesiverunt; vid. Schol. A. et Eustath. 1158, 7 sqq. Neque nostrae aetatis interpretibus ea de re convenit; prius vero, quod Bothius et Welckerus comprobarunt, poetae verbis aptius videbitur. Longam numeralis vo-

τῷ δόμεν, ὃς μετὰ τοῖσι δίκην ἰθύντατα εἴποι.
Τὴν δ' ἑτέρην πόλιν ἀμφὶ δύω στρατοὶ εἵατο λαῶν
τεύχεσι λαμπόμενοι. δίχα δέ σφισιν ἥνδανε βουλὴ,
ἠὲ διαπραθέειν, ἢ ἄνδιχα πάντα δάσασθαι,
κτῆσιν ὅσην πτολίεθρον ἐπήρατον ἐντὸς ἔεργεν·
οἳ δ' οὔπω πείθοντο, λόχῳ δ' ὑπεθωρήσσοντο.
τεῖχος μέν ῥ' ἄλοχοί τε φίλαι καὶ νήπια τέκνα
ῥύατ' ἐφεσταότες, μετὰ δ' ἀνέρες, οὓς ἔχε γῆρας·

V. 508. εἵπῃ iidem fere. — V. 509. *δύο στρατοὶ* Vindd. ol. vulgo et H. — V. 510. *λαμπομένω* Harl. — fb. *δέ σφιν* id. — V. 512. *ἔέργει* V. Vindd. ol. vulgo W. et H. — V. 513. *ὑποθω-*

calem Venet. tuetur, etsi grammatici pro more recentiorum absolverunt commune, ut Eustath. 1157, 61. Lexic. Bachm. in Anecd. Gr. I, 380, 21.

V. 508. Optativum Ven. schol. A. et alii quidam, quos Heynius enumerat, suppeditarunt.

V. 509. Transit poeta ad alteram urbem, hostium exercitu cinctam belloque petitam. Narratio vero obscurior et impeditior multiplicem quaestionem ac varia expediendi pericula protulit, vid. scholl. et Eustath. 1159, 15 sqq. In singulis pervestigandis e veteribus Porphyrius et Alexander Cotyaensis multum studii et operae contriverunt. Eustathius, priorum sententias complexus, triplicem potissimum horum explicationem nobis proponit. Hoc igitur auctore alii exercituum duorum unum hostium, alterum urbis obsessae dicunt. Iam vero urbani, conditione pacis spreta, postquam moenia senum, mulierum et puerorum praesidio tradiderunt, ad insidias hostium armentis struendas proficiscuntur. Quod consilium quum ab initio prospere cessisset, tumultu audito hostes concioni intenti equis conscensis suis subsidio venerunt et manus conseruerunt. Alii hostes ipsos, quum oppidani deditionem recusassent, gregibus eorum insidiatos esse, milites autem urbis obsessae, re comperta, prorupisse et proelium commisisse existimarunt. Tertia denique ratio fuit eorum, qui duos exercitus hostiles in urbis conspectu statuerent consedisse; illi quum de conditionibus ferendis distinerentur litibus, unum exercitum armenta alterius ex insidiis esse adortum, hunc autem ipsum, iniuria provocatum, sociis intulisse signa. Urbem vero, etsi eius milites ad insidias ponendas antea fuerint educti, hostibus sibi invicem bellum parantibus, salvam atque incolumem evasisse. Primum horum, id quod omnium planissimum et facillimum habuerim, suo assensu comprobarunt Dacieria et Welckerus in commentar. art. antiq. Histor. p. 562 sqq. Philostratus vero iunior in Imag. X. aliquanto plura, quam Welckero visum est, commiscuit. Heynium contra et Vossium, qui duos exercitus hostiles adfuisse opinantur, idem Welckerus bene refutavit. Ceterum hic quoque libros plerosque, Venet. repugnante, tritum ac vulgare *δύο* occupavit.

οἱ δ' ἴσαν· ἦρχε δ' ἄρα σφιν Ἄρης καὶ Παλλὰς Ἀθήνη,
ἄμφω χρυσείω, χρύσεια δὲ εἵματα ἕσθην,
καλὼ καὶ μεγάλω σὺν τεύχεσιν, ὥστε θεώ περ,
ἀμφὶς ἀριζήλω· λαοὶ δ' ὑπ' ὀλίζονες ἦσαν.
οἱ δ' ὅτε δή ῥ' ἵκανον, ὅθι σφίσιν εἶκε λοχῆσαι,
ἐν ποταμῷ, ὅθι τ' ἀρδμὸς ἔην πάντεσσι βοτοῖσιν,
ἔνθ' ἄρα τοίγ' ἵζοντ' εἰλυμένοι αἴθοπι χαλκῷ.

ῥήσσοντο Vind. uy. — V. 514. φίλαι Vind. quint. et Lips. omitt. — V. 517. ἕματα ἑσθλήν Lips. et edit. Bergleri, male. — V. 519. ὑπολίζονες Vindd. vulgo, W. et H. — V. 520. ἦκε V. L. ap. Eust. 1160, 19. —

V. 510 sq. Turbavit viros doctos hemistichium prioris, quod non ad gentem utramque erat referendum, sed ad duplicem conditionem ab hostibus latam: oppidani iis demum obiiciuntur v. 513. Idem legitur de Graecorum in patriam revertentium dissidio in Od. 3, 150, add. Etym. M. 279, 55, Homeri ope emendandum. Simillimo pacto Hector bellum Troianum compositurus est in Il. 22, 122, conf. Od. 15, 412. Versum proximum integrum habes in Apollonii libello de coniunct. 486, 30.

V. 512. Imperfectum argumento historico magis idoneum Lips. libr. all. et Eustath. 1158, 49. obtulerunt.

V. 515. Ne soloecismi species inesset, Parmeniscus haec ita distincta voluit: ῥύατ', ἑφισταότες μετὰ δ' ἀνέρες, vid. schol. VB, qui Porphyrium sequitur. At illi operose refellunt Parmeniscum, dum docent poetam vel pro more suo nominibus femineis iunxisse generis masculini participium, vel νήπια τέκνα pueros aeque ac puellas comprehendere, illisque aptari genus, conf. Matth. gr. Gr. §. 436.

V. 518. Exordium vides apud Apollon. de pron. 272, a.

V. 519. Restitui cum Ven. λαοὶ δ' ὑπ' ὀλίζονες ἦσαν. Primum enim simplex grammatici, versum nostrum intuiti, saepius illustrant (vid. schol. A. Eustath. 1160, 12 et Apoll. Lex. 495); deinde mortales diis comparati illis minores fuisse dicuntur, unde praepositionem scitius adiungamus verbo: *populi suberant statura minores*. Heynius Hesiodi exemplo Scut. Herc. 258: ἦ μὲν ὑφήσσων Ἄτροπος οὔτι πέλεν μεγάλη θεός — defendit compositum. Ei vero nostra, verbo accedente, sunt dissimilia, neque quisquam fere veterum assentitur. Hesychius enim, cuius testimoniis Heynius utitur, prava exemplaria ante oculos habuit.

V. 520. Eustath. l. all.: διὰ διφθόγγου ἔχουσι τὰ τῶν ἀντιγράφων ἀκριβέστερα. καὶ σημαίνει τὸ ἐφίκει καὶ ἔπρεπεν. εἰ δέ που γράφεται διὰ τοῦ η̃, τὸ καθῆκε σημαίνει.

V. 521. Vid. Etym. M. 137, 41. Apoll. Lex. 162. 195.

τοῖσι δ' ἔπειτ' ἀπάνευθε δύω σκοποὶ εἵατο λαῶν
δέγμενοι, ὁππότε μῆλα ἰδοίατο καὶ ἕλικας βοῦς.
οἱ δὲ τάχα προγένοντο, δύω δ' ἅμ' ἕποντο νομῆες
τερπόμενοι σύριγξι· δόλον δ' οὔτι προνόησαν.
οἱ μὲν τὰ προϊδόντες ἐπέδραμον, ὦκα δ' ἔπειτα
τάμνονθ' ἀμφὶ βοῶν ἀγέλας καὶ πώεα καλὰ
ἀργεννῶν οἰῶν· κτεῖνον δ' ἐπὶ μηλοβοτῆρας.
οἱ δ' ὡς οὖν ἐπύθοντο πολὺν κέλαδον παρὰ βουσὶν
εἰράων προπάροιθε καθήμενοι, αὐτίκ' ἐφ' ἵππων

V. 523. δύο σκοποὶ Vind. quint. et ol. vulgo. — V. 524. ἕλικας V. — V. 526. τερπομένω Aristoph. — V. 527. ὑπέδραμον libr. pauc. — V. 528. τάμνον τ' ἀμφὶ Vind. ed. Etym. M. 746, 44. Aldd. Rom. — Ib. πῶϋ μέγ' οἰῶν Z. — V. 529.

V. 523. Ionicum Ven. Vindd. plures alii et Eustath. 1158, 58. hic agnoscunt, quibus morem gesserunt editores recentiores.

V. 525. Eustathius pro diligentia sua Homeri usum a posteriorum consuetudine recte secernit 1160, 24: τὸ δὲ προγένοντο οἱ μὲν μεθ' Ὅμηρον ἐπὶ προλήψεως τιθέασι χρονικῆς, οἷον προεγένοντο τὰ Τρωϊκὰ τῶν Περσικῶν, ὅπερ Ὅμηρος προτετύχθαι λέγει ἐν τῷ (16, 60), „ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν" ἐνταῦθα δὲ ἀντὶ τοῦ προέκοψαν τῇ ὁδῷ, ἢ ἀντικρὺ καὶ ἔμπροσθεν ἐγένοντο. σαφέστερον δὲ αὐτοῦ ὡς ἐντελέστερον τὸ πρὸ ὁδοῦ ἐγένοντο, ῥηθὲν ἀλλαχοῦ, vid 4, 382. Homerum vero, ut par est, epicorum sermo sectatur. conf. Theocr. XXV, 134. Callim. in Dian. 178. Arat. Phaen. 706. Apoll. Arg. III, 1292. Oppian. Hal. II, 103.

V. 526. Pluralem a libris probatum Eustath. 1158, 61. habet.

V. 528. Copulam inutilem esse bene perspexit Heynius; temere igitur ab Eustathio defecit Roman., vid. 1158, 63. et Apoll. Lex. 637. Medium autem satis vindicabunt Od. 11, 401. 24, 112. Apoll. Rhod. II, 143. Zenodoto, si nostra ad similitudinem Il. 11, 696. 15, 323. Od. 12, 299 constituit, versu proximo aliquid addendum fuisse intelligitur.

V. 529. Thierschio libri omnes contradicunt, unde vulgatum deserere nolui. Postremis in Etym. M. 205, 52. levis macula, e compendio scribendi nata, adspersa est; legitur enim: κτεῖν δ' ἐπὶ μηλοβοτῆρας.

V. 530. Lipsiensi neque alius quisquam accedit, et adversari videntur 12, 302. Od. 15, 386.

V. 531. Ἰράων ex editionibus antiquissimis deductum, praeterquam quod Ald. sec. aliquanto melius ἰράων offert, ad posteras permanavit. Eustath. 1160, 33. ἰράων et εἰράων sibi innotuisse fatetur, ac prius, nisi vitium subest, Zonar. II, 1120. tradit. Reliqui grammatici εἰράων sive ἰράων solent agnoscere;

Digitized by Google

βάντες ἀερσιπόδων μετεκίαθον, αἶψα δ' ἵκοντο.
στησάμενοι δ' ἐμάχοντο μάχην ποταμοῖο παρ' ὄχθας,
βάλλον δ' ἀλλήλους χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν.
535 ἔν δ' Ἔρις, ἐν δὲ Κυδοιμὸς ὁμίλεον, ἐν δ' ὀλοὴ Κήρ,
ἄλλον ζωὸν ἔχουσα νεούτατον, ἄλλον ἄουτον,
ἄλλον τεθνηῶτα κατὰ μόθον ἕλκε ποδοῖιν·
εἷμα δ' ἔχ' ἀμφ' ὤμοισι δαφοινεὸν αἵματι φωτῶν.
ὡμίλευν δ', ὥστε ζωοὶ βροτοί, ἠδ' ἐμάχοντο,
540 νεκρούς τ' ἀλλήλων ἕρυον κατατεθνηῶτας.
Ἐν δ' ἐτίθει νειὸν μαλακήν, πίειραν ἄρουραν,

ἀργεννέων Thiersch. in gr. Gr. §. 179, 35. — V. 530. περὶ βουσὶν Lips. — V. 531. ἰράων ol. vulgo, ἰράων Ald. sec. — V. 537. κατὰ χθονὸς Heracl. Pont. in Allegor. 473. — V. 538. εἷμά τ' ἔχε Massiliens. — V. 539. ὠμίλεον Harl. — V. 541. ἐν δὲ τίθει Harl, Eust, 1161, 11. et H. —

conf. Etym. M. 363, 38. 483, 4. Gudian. 170, 53. Hesych. I, 1112. II, 69. Apoll. Lex. 368. Priori autem schol. A. fidem habet hisce; ὅτι εἴρας λέγει τὰς ἀγοράς, σχηματίζων ἀπὸ τοῦ εἴρειν, ὅ ἐστι λέγειν, eique plus ponderis et auctoritatis addunt libri praestabiliores, velut Ven. Harl. et quattuor Heyniani. Ut autem Achivis Troiam oppugnantibus forum et consessus fuerunt, similiter exercitus hostilis, in clypeo effictus, iis haud caruit. Bothius eo, ut videtur, impulsus perperam respicit ad urbem, et de senibus, mulieribus, pueris in eius praesidium relictis haec accipit. Sed imbellem illam turbam, equis seu curribus vectam, suis opem tulisse a veri specie prorsus abhorret. Sermo igitur erit de hostibus, qui eruptione oppidanorum percepta, armenta gregesque defendunt et pugnam acerrimam committunt.

V. 533 sq. Vid. Od. 9, 54 sq. et Heraclid. Allegor. 473.

V. 535. Cum tribus proximis Hesiod. in Scut. 156 sqq. ab Homero, ut videtur, mutuatus est, quanquam Heynius indolis Hesiodiae notam iis impressam dicit. Mihi secus videtur, quod Musa Ascraei plerumque tenuior est. Apud Hesiodum quum versu primo ἐθύνεον pro Homerico ὁμίλεον adsit, id autem nihil sui simile habeat, vereor, ne ἐν δ' Ἔρις, ἐν δὲ Κυδοιμὸς ἐδίνεον sit corrigendum. Homericum transtulit Plutarch. adv. Colotem X, 578 (T. II. p. 1152. F.), nisi quod ὁλοὸν κῆρ absurde ibi ferebatur.

V. 536 sq. Heraclidi et Hesiodus et Plutarch. Quaest. Plat. X, 199. [T. II. p. 1010. F.], ubi duos poetae versus recitavit, obloquuntur, nec quisquam v. 538 edit. Massiliensi, de qua schol. A. retulit, adstipulatur.

V. 541. Heynius, librorum paucorum suffragio nixus, verbo ἐτίθει ter detraxit augmentum, cui coepto Ven. Vindd. ac pluriml obstant. Ultima Etym. M. 671, 39. respexit et πίειραν γῆν λιπαρὰν cum aliis reddidit.

V. 541 — 572. Tribus, quae sequuntur, imaginibus tripartitas temporum commutationes, ver et sementem, aestatem et

εὐρεῖαν, τρίπολον· πολλοὶ δ' ἀροτῆρες ἐν αὐτῇ
ζεύγεα δινεύοντες ἐλάστρεον ἔνθα καὶ ἔνθα.
οἱ δ' ὁπότε στρέψαντες ἱκοίατο τέλσον ἀρούρης,
τοῖσι δ' ἔπειτ' ἐν χερσὶ δέπας μελιηδέος οἴνου
δόσκεν ἀνὴρ ἐπιών· τοὶ δὲ στρέψασκον ἀν' ὄγμους,
ἱέμενοι νειοῖο βαθείης τέλσον ἱκέσθαι.
ἡ δὲ μελαίνετ' ὄπισθεν, ἀρηρομένῃ δὲ ἐῴκει,
χρυσείη περ ἐοῦσα· τὸ δὴ περὶ θαῦμα τέτυκτο.
Ἐν δ' ἐτίθει τέμενος βαθυλήϊον· ἔνθα δ' ἔριθοι

V. 543. ἐλάστρεον Lips. — V. 544. et 546. τρέψαντες ac τρέψασκον Harl. et posterius pauci all. — Ib. οἱ δὲ Harl. Vind. quint. et editt. antiqq. — V. 548. ἀρηρομένῃ V. et V. I. ap. Eust. 1161, 63. — V. 549. πέρι W. cum all. — Ib. θαῦμα τέτυκτο Ar. Eust. 1161, 17. et H. θαῦμα ἐτέτ. Vind. ed. — V.

messem, auctumnum et vindemiam, a Vulcano comprehensas esse Welcker. l. all. 565. existimavit. Veteres a pugna et armorum strepitu ad pacis rusticorumque opera, quibus hominum priscorum vita fere contineretur, poetam reversum esse statuerunt. Insigni autem ornatu et eximia dicendi copia singula quaeque a poeta illustrata esse ac pertractata nemo profecto negabit.

V. 542. Ob oculos habuit Apoll. in Lex. 657.; add. scholl. BV., Eustath. 1161, 21. Hesych. II, 1418.

V. 543. Lipsiensi nec numeri nec libri concinunt, vid. Eustath. 1161, 24 sqq. Etym. M. auctorem 325, 40., qui verbum rarum et poeticum uberius persequuntur.

V. 544 sqq. Agricolis sulco ad finem perducto aratrum vertentibus στρέφειν optime quadrat, in eoque libri plurimi cum Eustath. 1161, 13. consentiunt: ὄγμους vero αὔλακας interpretatur Apoll. in Lex. 488.; τοὶ δὲ, cum praecedentibus nectendum, non modo Eustath. 1161, 13., verum etiam Ven. Vindd. et alii tuentur.

V. 548. Terrae gleba etsi aurea fuerit, aratae tamen erat similis. Quam ob causam ἀρηρομένῃ bene habet. Vid. Apoll. Lex. 165. et Eustath. 1161, 62. sic praecipientem: τὸ δὲ ἀρηρομένῃ ὀρθῶς μὲν οὕτως ἔχει. εὕρηνται δέ τινα τῶν ἀντιγράφων καὶ ἀρηρεμένην ἔχοντα διὰ τοῦ ε, καὶ ἴσως οὐκ ὀρθῶς. Hoc in Iliade legisse videtur Apollonius Rhodius; vid. Argon. I, 787. III, 833. IV, 677. et conf. Buttm. in gr. ampl. §. 112., annot. 8. Wellauer. ad Apoll. I, 787.

V. 549. Accentus inversionem, veteribus ignotam, sustuli. Vid. quaestiunc. de acc. incl. in part. περὶ ap. Homer. conced. §. 6., p. 10. Augmentum, a Veneto neglectum, confirmare possunt 5, 402, 446, 901. 23, 455.

Digitized by Google

ἤμων ὀξείας δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες.
δράγματα δ' ἄλλα μετ' ὄγμον ἐπήτριμα πίπτον ἔραζε,
ἄλλα δ' ἀμαλλοδετῆρες ἐν ἑλλεδανοῖσι δέοντο.
τρεῖς δ' ἄρ' ἀμαλλοδετῆρες ἐφέστασαν· αὐτὰρ ὄπισθεν
παῖδες δραγμεύοντες, ἐν ἀγκαλίδεσσι φέροντες,
ἀσπερχὲς πάρεχον· βασιλεὺς δ' ἐν τοῖσι σιωπῇ
σκῆπτρον ἔχων ἑστήκει ἐπ' ὄγμοῦ γηθόσυνος κῆρ.
κήρυκες δ' ἀπάνευθεν ὑπὸ δρυὶ δαῖτα πένοντο,
βοῦν δ' ἱερεύσαντες μέγαν ἄμφεπον· αἱ δὲ γυναῖκες

550. Ἰνθ' ἐτίθει Vind. ed., male. — Ib. βαθὺ λήϊον V. L. ap. Eustath. 1162, 10., βασιλήϊον Ald. sec. — V. 552. ἄλλα μὲν editt. antiqq. — V. 553. ἀμαλλοδετῆρες eaedem. — Ib. εἰλεδανοῖσι Vind. ed. Lips. Ald. sec. ἐλλεδ. Apoll. in Lex. 256. Hesych. I, 1180. Etym. M. 331, 26. —

V. 550. Ager regius nihil facit ad rem; melius igitur βαθυλήϊον sive βαθὺ λήϊον, ut longe maior librorum pars iubet, hodie receptum legimus. Epitheto vero nomini τέμενος copulando plus fidei schol. A. addit: γράφεται βαθυλήϊον. Eustath. quidem 1162, 19. novit utrumque, neque inusitatum est λήϊον βαθύ, ut 2, 147. Hesiod. scut. Herc. 288. Sed adiectivum poetarum Graecorum ore haud indictum fuisse argumento sunt Apoll. Arg. I, 830. et Alpheus Messen. in Anthol. Pal. IX, 110, 1. Adde lexicographos, ut Etym. M. 185, 40. Suid. I. 510. Zonar. I, 375.

V. 551. Agallias, Corcyraeus, ut suae interpretationi plus ponderis ac roboris afferret, post hunc versum alium inseruisse dicitur: καρπὸν Ἐλευσινίης Δημητέρος ἀγλαοδώρου, vid. Eustath. 1156, 57. At eum libri nec agnoscunt, neque Cereris epitheta poeta novisse videtur; postremum vero ter invenitur in hymn. Homeric. in Cererem. Vid. Passov. Lex. v. ἀγλαόδωρος.

V. 553 cum proximo in Vind. uno coaluit, cui errori ἀμαλλοδετῆρες, quod bis adest, originem praebuit. Idem a grammaticis passim et enotatum et illustratum (vid. Apoll. in Lex. 111. Etym. M. 76, 44. Hesych. I, 239. Suid. I, 132. Eustath. 1162, 26 sqq.) bis mutuatus est ab Homero Quint. Smyrn. in Posthom. II, 185. V, 59., ubi clypei Achillei descriptionem parum accuratam novisque commentis exaggeratam dedit. Ἑλλεδανὸν alii a verbo εἰλέω, alii ab aoristo ἕλεῖν compositum putarunt, unde et spiritus et vocalis ambiguitas originem ducit. Communi vero non modo grammatici plerique adsunt, velut Apoll. in Lex. 257. Etym. M. 366, 43. Zonar. I, 683., verum etiam poetae ab Homerico nihilo deflectunt, vid. hymn. in Cer. 456. Hesiod. Scut. Herc. 291.; singulas formas et etymologiam attigit Henr. Steph. in Thes. ling. Gr. II, 3572, b.

Digitized by Google

δεῖπνον ἐριθοισιν λευκ' ἄλφιτα πολλὰ πάλυνον.
Ἐν δ' ἐτίθει σταφυλῇσι μέγα βριθουσαν ἀλωήν,
καλήν, χρυσείην· μέλανες δ' ἀνὰ βότρυες ἦσαν·
ἐστήκει δὲ κάμαξι διαμπερὲς ἀργυρέῃσιν.
ἀμφὶ δὲ κυανέην κάπετον, περὶ δ' ἕρκος ἔλασσεν
κασσιτέρου· μία δ' οἴη ἀταρπιτὸς ἦεν ἐπ' αὐτήν,
τῇ νίσσοντο φορῆες, ὅτε τρυγόωεν ἀλωήν.
παρθενικαὶ δὲ καὶ ἠΐθεοι ἀταλὰ φρονέοντες

V. 560. λευκ' ἄλφ. Vind. ed. ol. vulgo et H. — Ib. πόλλ' ἐπάλ. V. l. ap. schol. A., πάλυναν Vind. quint. — V. 561. ἀλωήν V. — V. 562. δ' ἄρα β. libr. panc. et Bothii coniectura. — V. 563. εἰστήκει libr. panc. — Ib. ἀργυρέοισιν Z. — V. 565. ἐς αὐτήν id. — V. 566. νείσοντο V. νίασοντο Harl. Vind. quint. Lips.

V. 560. Accentum ad doctiorum normam exegit Wolfius, vid. ad 5, 104.

V. 561. Literam subscriptam Venet. quinquies adscivit, conf. 13, 588. 18, 566. 21, 77, 346., nec tamen sibimet ipsi constat, et alii, ut Vindd., id plerumque ignorant.

V. 562. Vitium fertilitatem et largum uvarum proventum ἀνὰ depingit, vid. dissertat. de vi et usu praeposit. ἀνὰ et κατὰ ap. Homer. §. 3. p. 4. et Eustath. 1162, 58. Minime igitur opus est Bothii coniectura, a poetae vigore et elegantia aliena.

V. 563. Vid. ad 4, 329. Κάμαξ et ὁ et ἡ dicitur, Etymol. vero Magnum 487, 39. utrumque ita differre tradit, ut ὁ κάμαξ vallum fossae impactum, ἡ κάμαξ palum, cui vitis alligetur, significet. Discrimen illud vel nullum vel exiguum esse Iacobsius ostendit ad Anthol. Pal. 155. At in femineo concinunt libri, add. Eustath. 1163, 16 sqq. et Hesiod. Scut. Herc. 298. Ibi Göttlingius κάμακας de arundinibus, quibus vites complicatae ab una arbore ad alteram transeant, intelligit. Vid. Achill. Tat. de Leuc. et Clitoph. I, 15. ibique Iacobsium p. 470 sq.

V. 565. Zenodoteo causam subesse schol. A. concedit; libris vero invitis vulgare satis aptum nemo loco movebit.

V. 568. Aristarchus, si schol. A. fides est, praepositionem expunxit, vid. Od. 9, 247. Apoll. Lex. 631. Nec minus in versus fine recessisse videntur; schol. enim. Vict. ait: μελιηδέα καρπόν, οὕτως αἱ Ἀριστάρχου. Quid autem pro eo adfuerit, nos fugit.

V. 570. Ab antiquissimis inde temporibus duplex horum fuit interpretatio. Alii enim τὸ λίνον citharae filum, quod, chordis nondum inventis aut usitatis, fila linea fuerint lyrae, intelligendum censent, vid. scholl. et Eustath. 1163, 54 sqq., alii contra, quorum in numero Aristarchus ac Pausanias IX, 29. fuere, λίνον sive Λίνον genus canendi certum, sicut paeana, interpretantur. Nomen ipsum a Lino, Apollinis filio, vate et citha-

Digitized by Google

πλεκτοῖς ἐν ταλάροισι φέρον μελιηδέα καρπόν.
τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι παῖς φόρμιγγι λιγείῃ
ἱμερόεν κιθάριζε· λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν
λεπταλέῃ φωνῇ· τοὶ δὲ ῥήσσοντες ἀμαρτῇ
μολπῇ τ' ἰυγμῷ τε ποσὶ σκαίροντες ἕποντο.
Ἐν δ' ἀγέλην ποίησε βοῶν ὀρθοκραιράων·
αἱ δὲ βόες χρυσοῖο τετεύχατο κασσιτέρου τε·
μυκηθμῷ δ' ἀπὸ κόπρου ἐπεσσεύοντο νομόνδε,

— V. 568. πλεκτοῖσιν ταλ. Ar., ut videtur. — V. 570. λίνος Z. — V. 571. ῥήσσοντες Harl. — Ib. ὁμαρτῇ Vindd. ὁμαρτῆ ol. vulgo. ἀμαρτῆ W. H. — V. 572. ἰωγμῷ V. l. apud schol. Victor. ὀρχηθμῷ Athen. I, 15. d. — V. 575. κοπροῦ V. l. ap. Eustath. 1165, 17. —

roedo nobili, profectum dicunt. Eam igitur rationem, quam Heynius cum prioribus repudiabat, plurimi, ut Vossius, Bothius alique, vero consentaneam putarunt, vid. Excurs. XXIX.

V. 571. Schol. brevis: ῥήσσοντες· ἀντὶ τοῦ κροτοῦντες σὺν ἁρμονίᾳ καὶ τύπῳ τοῖς ποσὶ τὸ ἴδαφος, vid. Eust. 1164, 27. Quibus quidem auctoribus et lectionem et explicationem receptam facile tuebimur. Bothius enim argutius ad alia est delapsus, ratus virgines atque adolescentes vocem rupisse, cantuque et sibilo tripudiantes respondisse. Hinc iniuste vituperat Apollonium Rhodium, ut qui in Argon. I, 539. Homerica prave intellecta putide fuerit imitatus; sed eum redarguunt Apoll. in Lex. 586. Athenaeus I, 15. d. et hymn. Homer. in Apoll. 516.

V. 572. Schol. nonnulli ad eos, qui chorum ducunt, ἰωγμὸν transferunt subtilius. Poeta enim μολπὴν et ἰυγμὸν de cantu et vociferatione, quibus pueri modos reliqua cohors respondit, dixit; vid. Eustath. 1164, 28.: μολπὴ δὲ ἰυγμοῦ διαφέρει, ὡς καὶ λόγος ἐμμελὴς βοῆς ἀσήμου. μολπὴ μὲν γὰρ καὶ μέλπειν μεμελισμένον ἦπος, ἰυγμὸς δὲ καὶ ἰύζειν φωνή τις ἄσημος, ὁποῖος καὶ ὁ συριγμός, add. Etym. M. 480, 2., ubi eadem fere traduntur, et Apoll. Lex. 372. Bothius Tyrolensium ἰυγμὸν sive vociferationem haud absurde comparavit.

V. 573 — 607. Vitae rusticae vicissitudinibus poeta pastores et greges ac puellarum iuvenumque choream, ad similitudinem eius, quam Daedalus Gnossiis olim fecerat, effictam subiunxit. Horum singula non minore arte et veritate ad vivum quasi expressit Homerus.

V. 575. Haud scio, cur Bothius veteres, qui κόπρον per metonymiam boum stabula dicta existimant, vituperaverit. Nam revera nihil aliud eo indicatur. Vid. Apoll. Lex. 411. Etym. M. 530, 47. Hesych. II, 315., qui ex utroque supplendus est, et Eustath. l. all.; alios vero, ut nomen perfectici formam induerent, κοπροῦ praetulisse idem refert.

Digitized by Google

*πὰρ ποταμὸν κελάδοντα, παρὰ ῥοδανὸν δονακῆα,*
*χρύσειοι δὲ νομῆες ἅμ' ἑστιχόωντο βόεσσιν,*

V. 576. *διὰ ῥαδαλὸν* Z. *περὶ ῥοδανὸν* δ. Vind. et ol. vulg. *παρὰ* | *ῥαδαλὸν* Aristoph. *δονακῆεν* Diodorus.

V. 576. In manibus est versus propter difficultates, e nomine obsoleto et admodum ambiguo oriundas, Cimmeriis quasi involutus tenebris. Impedimenta ista in maius augentur eo, quod veterum decreta nec plene neque accurate satis nobis sunt transmissa. Scholiastae enim Veneti non minus quam Eustathius priorum iudicia ita enarrarunt, ut in summa huius potissimum diligentia inveniantur quae ad rem vere et recte dirimendam necessario requirantur. Alii autem, qui illorum opes in suam converterunt utilitatem, olim vel neglecta vel depravata resarcire atque emendare nec voluerunt nec potuerunt. Nuper quidem vir doctus in Stephani Thesaur. Gr. ling. Vol. I. p. 132 sq. singula et melius disponere et corruptis medicinam admovere studuit: at vereor, ut eius opera omnium satisfaciat desideriis. Quod ut aliis planius appareat, a grammaticorum varietate initium erit capiundum. Veneti igitur A. interpres sic disserit: *παρὰ Ζηνοδότῳ διὰ ῥαδαλόν. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης παρὰ ῥαδαλόν. ῥαδαλὸν δὲ ἀκουστέον τὸν εὐκράδαντα δι' ὕψος, φησὶ δὲ Διονύσιος γράφεσθαι καὶ δονακῆεν κατὰ τὸ οὐδέτερον, ὡς καὶ τὸν πευκῶνα πευκᾶεν.* Codicis B. scholiasta, *ῥοδανόν*, inquit, *τὸν ῥᾳδίως ἀναφύοντα, ἢ τὸν εὐκίνητον διὰ λεπτότητα· καὶ ῥοδανίζειν γάρ αἱ γυναῖκές φασι τὸ συνεχῶς τὴν κρόκην τινάσσειν.* Postea alios *ῥοδανόν*, ut a verbo *ῥέω* ortum, fluvium rapidum explicare, alios *ῥοδανονδονακῆα*, una voce comprehensum, locum levi arundine obsitum reddere scribit; Zenodoto denique *κραδαλόν*, a verbo *κραδαίνω* factum, assignat. Etymologici Magni auctori interpretum Venetorum copiae haud defuerunt. Is igitur 283, 12., communem famam sectatus, *δονακῆα* solum interpretatur, neque a vulgari deflectit, sed 701, 52 *ῥαδαλὸν δονακῆα* Zenodoti, *ῥαδηλὸν* Aristarchi fuisse dicit, *ῥοδανὸν* vero, quod nomen proprium habet, communibus, nisi fallor, tribuit; denique *ῥαδανίζειν* 702, 9. textricum fuisse affirmat et eius rei testem facit Heracleonis commentarios in Iliadem. Eustath. 1165, 18 *ῥοδανὸν δέ*, inquit, *λέγει τὸν οἱονεὶ ῥοανὸν ὡς ῥοώδη, πλεονασμῷ τοῦ δ, οἱ δὲ γράφουσι ῥαδαλόν, καὶ φασι οὕτω λέγεσθαι διὰ τὸ ῥᾷον ἄλλεσθαι φυτὰ ἐξ αὐτοῦ πλεονασμῷ συνήθει τοῦ δ, ἢ ὡς κραδαλὸν ἤγουν εὐκράδαντα καὶ εὐκίνητον ἀποβολῇ τοῦ κ, ὡς δοκάσατο δοάσατο. ἄλλοι δὲ ῥαδαλὸν ἐπὶ εὐκινήτου νοοῦσι διὰ λεπτότητα δονάκων, ὅθεν φασὶ καὶ ἐπὶ γυναικῶν ῥαδανίζειν τὸ συνεχῶς τινάσσειν τὴν κρόκην. εἰσὶ δέ τινες, οἳ φασι ῥοδανονδονακῆα ἤγουν ἰσχνοκαλαμώδη, ἵν τι νοοῦντες διὰ τῶν δύο, ὁμοίως τῷ χορῷ καληπολυμήλῃ* (leg. *χοροικαλῇ πολ.* et conf. ad 16, 180.) *ἤγουν καλλίχορος. δονακῆα δὲ περιεκτικῶς λέγει τὸν δόνακας ἔχοντα κ. τ. λ.* Eustathii sua fecit Phavorin. 1621, 56 sqq., cuius verbis passim inquinatis illius comparatio lucem et salutem affundet. Haec igitur si consideraveris, quid Aristarchus legerit, minus patere perspicimus, eaque de re alios aliter existi-

Digitized by Google

*τέσσαρες, ἐννέα δέ σφι κύνες πόδας ἀργοὶ ἕποντο.*
*σμερδαλέω δὲ λέοντε δύ' ἐν πρώτῃσι βόεσσιν*

nysius apud schol. A. — V. 579. *κυανέω δὲ λ. Ζ.* — Ib. *δύω* | *πρώτῃσι β.* Ar. in altera. —

masse nihil est mirum. Sylburgius quidem, cui nonnisi Etymologicum Magnum et Eustathium licuit contendere, in notis ad Etymol. l. all. triplicem varietatem obtinuisse, Zenodotum autem *ῥαδανόν*, Aristarchum *ῥαδαλόν*, communes *ῥοδανόν* dedisse censet. Georg. Arnaldus in Observationib. Miscell. Vol. IV, 448., Hesychii auctoritate II, 1095. impulsus, Aristarchum *ῥαδινὸν δοναχῆα* scripsisse putat, idque de coniectura Etymol. Magno restituit. Huc referri potest Apoll. Lex. 583.: *ῥαδινόν· λεπτὸν οἱονεὶ ῥαδονόν, παρὰ τὸ ῥᾳδίως δονεῖσθαι.* Quare Heynius et Bothius *ῥαδινὸν* sive *ῥαδονὸν δοναχῆα* verum reique congruum haluerunt. At Aristarchum id praetulisse mera nititur hariolatione, idoneo fundamento destituta. Britannus ille, qui Steph. Gr. ling. Thesaur. I, 232. eam in rem inquisivit, minore etiam molimine diversas grammaticorum et lexicographorum sententias inter se conciliare voluit. Hinc Zenodoto et Aristophani, schol. B. teste, *κραδαλόν*, Aristarcho vero, cuius nomen cum Aristophaneo a schol. A. permutatum sit, *ῥαδαλὸν δοναχῆα* impertitur, et eadem fere Etymologici scriptori, qui scholiorum lacunis ac vitiis in fraudem sit compulsus, restitui iubet. Verum ut concedamus nomen utrumque persaepe esse confusum, id hic quoque factum esse non continuo sequitur, praesertim quum Zenodotus *διὰ ῥοδ. δοναχῆα*, Aristophanes *παρὰ ῥ. δ.* habuisse ferantur. Fortasse igitur Heynius *ῥοδανὴν δοναχῆα*, in omnibus libris, nisi quod pauci de metro timentes *παραὶ ῥόδ. δ.* scripserint, repertum Aristarcho vero convenienter dedit. Sed *ῥοδανὸν* minus commode explicat, Eustathii et aliorum commentis deceptus; id enim non ad fluvium, verum ad nomen proximum adiungendum esse manifesto liquet. Iam grammatici textricum subtemen *κρόκην* sive *ῥοδάνην* appellant: inde verbum oritur *ῥοδανίζειν* et *ῥαδανίζειν*, quassare sive incutere, vid. Schneider. ad Orph. Argon. 509, qui veterum testimonia plena congessit manu. Ab eo igitur *ῥαδανὸν* sive *ῥοδανὸν δοναχῆα* deductum, arundinetum trepidum significabit, idque flumini ripas ut ap. Virgil. Eclog. VII, 12. praecingit. Quae si vere et scienter sunt disputata, *παρὰ ῥοδανὸν δοναχῆα* Zenodoteo *διὰ ῥ. δ.* anteponendum esse efficitur; boves enim ad fluvium sonantem praeter cannas palustres, pascuis et gramini intentos, vagari consequens est. *Δοναχῆα* vero Eustath. l. allato componit *πευκῶνα πευκᾶεν*, quorum prius interpres apud Stephanum perperam exaravit *πεύκωνα*. Nomen enim est *περιεκτικὸν* et pinetum denotat, quemadmodum *καλαμῶνα*, *δοναχῶνα* et alia eius generis, de quo Lobeck. ad Phryn. 166 sqq. diligenter et erudite disseruit, Graeci solent dicere.

V. 579. Colori leonum fulvo Zenodoteum obesse Heynius monet. Aristarchus, si quid diversi praebuit, *δύω πρ. β.* adscivisse videtur, idque e Lipsiens. et Vindob. commemoratur.

ταῦρον ἐρύγμηλον ἑχέτην· ὁ δὲ μακρὰ μεμυκὼς
ἕλκετο· τὸν δὲ κύνες μετεκίαθον ἠδ' αἰζηοί.
τὼ μὲν ἀναῤῥήξαντε βοὸς μεγάλοιο βοείην
ἔγκατα καὶ μέλαν αἷμα λαφύσσετον· οἳ δὲ νομῆες
αὖτως ἐνδίεσαν ταχέας κύνας ὀτρύνοντες.
οἱ δ' ἤτοι δακέειν μὲν ἀπετρωπῶντο λεόντων,
ἱστάμενοι δὲ μάλ' ἐγγὺς ὑλάκτεον, ἔκ τ' ἀλέοντο.
Ἐν δὲ νομὸν ποίησε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις
ἐν καλῇ βήσσῃ μέγαν οἰῶν ἀργεννάων,

V. 581. τοὺς δὲ Z. — V. 582. ἀναρηξαντε V. — V. 584. οὕτως id. — Ib. ἐν δ' ἔεσαν Ptolem. Ascalonita. — Ib. ὀτρύναντες Apoll. in Lex. 264. et Flor., male. — V. 585. οἱ δ' ἤτοι Lips. — V. 591. τῷ ἴκελον οἷον V. L. ap. schol. A. — Ib. Κνωσσῷ Vindd. ol. vulgo et H. — V. 592. Ἀριήδνῃ Z. — V.

V. 580. Priora corrupta leguntur in Etymol. M. 379, 29. ταύρων ἐρυγμήλων, adiectivum paroxytonum esse schol. A., Eust. 1165, 29. et Etym. M. l. all. docent.

V. 581. Zenodotus ad leones pronomen retulit; alterum vero, ut magis poeticum, facile locum tuebitur.

V. 583. Schol. B. λαφύσσετον· ἴδει διὰ τοῦ η· ἢ τάχα ἱστορικῶς ἐστιν ἀντὶ παρῳχηκότος, neque admodum discrepat schol. A. vid. ad 10, 364.

V. 584. Zenodotum, quod οὕτως scripserit, schol. A. reprehendit: eum enim non intellexisse dicit αὖτως esse inutiliter, necquidquam, quum de imaginibus sit sermo. Postrema adiecta nolim, nam eo et Vulcani arti et poesis vigori detrahitur. Ptolemaei opinionem, cuius meminit schol. A., ad 17, 110. refutavimus, add. Eustath. 1165, 33. et Apoll. Lex. 274.

V. 585. Lipsiensi obnituntur plurimi et optimi, ut Ven. Vindd. Eustath. 1164, 55. Canes pro naturae veritate ad leones propius accedere tergiversantur, quod bene perspexit Eustath. 1165, 58.

V. 587 et proximos duo emblemati aliunde illato simillimos habet Heynius. At primum eos codices a suspicione liberant; deinde alia uberius et ornatius pertractare, alia breviter et astrictim attingere poetae cuique licet; denique καταιγιφέας hoc ex loco sumpsit Apoll. in Lex. 387.

V. 590. Choream in Ariadnae gratiam a Daedalo elaboratam apud Cnossios exstitisse testatur Pausan. IX, 40, 2.: παρὰ τούτοις δὲ καὶ ὁ τῆς Ἀριάδνης χορός, οὗ καὶ Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι μνήμην ἐποίησατο, ἐπειργασμένος ἐστὶν ἐπὶ λευκοῦ λίθου, cf. VII, 4. 5. Versus quinque priores Athen. V, 181. a. et Dionys. Halicarn. Antiq. Rom. VII, 72. producunt, et tertium apponit Herodian. de figuris in Villois. Anecd. Gr. II, 97.

V. 591 sq. Vulcanus Daedali artem imitatus grammaticorum curam et sollertiam excitavit. Deum enim ad humanum exemplar divina effinxisse opera iis parum credibile fuit. Quare ex-

Digitized by Google

σταθμούς τε κατηρεφέας ἰδὲ σηκούς.
Ἓν δὲ χορὸν ποίκιλλε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις
τῷ ἴκελον, οἷόν ποτ' ἐνὶ Κνωσῷ εὐρείῃ
Δαίδαλος ἤσκησεν καλλιπλοκάμῳ Ἀριάδνῃ.
ἔνθα μὲν ἠίθεοι καὶ παρθένοι ἀλφεσίβοιαι
ὠρχεῦντ' ἀλλήλων ἐπὶ καρπῷ χεῖρας ἔχοντες.
τῶν δ' αἱ μὲν λεπτὰς ὀθόνας ἔχον, οἱ δὲ χιτῶνας
εἵατ' ἐϋννήτους, ἦκα στίλβοντας ἐλαίῳ·
καὶ ῥ' αἱ μὲν καλὰς στεφάνας ἔχον, οἱ δὲ μαχαίρας

594. ἐνὶ καρπῷ Vind. un. — V. 595. καλὰς ὀθ. V. L. ap. schol. A. — V. 596. εἶχον ἐϋνν. Rom. et Eust. 1165, 63. εἵατο εὐνή- | τους Vind. ed. et Ald. εἵατ' ἐϋν. H. — V. 597. τῶν δ' αἱ μὲν πλεκτὰς Pollux in Onom. V, 96. —

stiterunt qui a novo exordio progressi poetae verba ita describerent: τῷ ἴκελον οἷόν ποτ' ἐνὶ Κν. εὐρ. Δαίδαλος ἤσκ. καλλ. Ἀρ. i. e. *cui simile Daedalus solum* Ariadnae aliquando fecit, conf. schol. ABV. Eo vero artificis divini praestantiam, si quidem unum tantummodo opus humanum idque a Daedalo, architecto sagacissimo, structum, illius operi esset simile, luculentius et clarius indicari putarunt. At interpres Ven. A. eam sapientiam ineptam ac ridiculam merito vocavit. Humana enim imitari deo minime indecorum ducit, imo operum antiquissimorum artem eximiam maiore laude ita praedicari. Tum addit poetam id ne dicere quidem, sed nihil significare aliud nisi similitudinem, qua Daedali et Vulcani choreae fuerint coniunctae. Quam comparationem si quis impiam iudicaverit, ei respondendum esse, sicuti multi iam fecerint, rebus notis et in conspectu positis, quale Daedali opus fuerit, ignota et occulta illustrari. Vulcani enim choream neminem vidisse, Daedaleam multorum in notitiam venisse. Denique in tota utriusque structura similitudinem aliquam fuisse cum aliis existimat. Nemo igitur interpretum argutiis eo producetur, ut lectionem, a libris omnibus traditam et scriptorum assensu munitam, in dubitationem vocet. Κνωσῷ Ven. et schol. A. suppeditarunt; Athenaeus vero, Dionysius et Herodianus duplicem sibilam, ut plerumque fit, admiserunt, vid. ad 2, 646.

V. 593. Vid. apud Apoll. in Lex. 93, Herodian. de figur. 87. et Etymol. M. 73, 2.

V. 594. Vindob. unum refellunt Ven. Harl. libri plurimi et Eustath. 1165, 62, add. poetam ipsum 5, 458, 883. 8, 328. 17, 601. 21, 489. 24, 671. et in Od. 18, 258. 22, 277. 24, 398.

V. 596. Duplex ν̄ Ven. et meliores comprobant, etsi Heynius idem a recentioribus demum invectum arbitratur.

V. 597 sq. Schol. A.: ἀθετοῦνται οἱ δύο, ὅτι οὐδέποτε μάχαιραν εἶπε τὸ ξίφος. ἄλλως τε καὶ οὐ πρέπον χορεύοντας μαχαίρας ἔχειν· οὗτοι δὲ οὐδὲ παρὰ Ἀριστοφάνει ἦσαν. Eam igitur ob causam in Venet. diple his duobus appicta cernitur. Nec negari

εἶχον χρυσείας ἐξ ἀργυρέων τελαμώνων.
οἱ δ' ὁτὲ μὲν θρέξασκον ἐπισταμένοισι πόδεσσιν
ῥεῖα μάλ', ὡς ὅτε τις τροχὸν ἅρμενον ἐν παλάμῃσιν
ἑζόμενος κεραμεὺς πειρήσεται, αἴ κε θέῃσιν·
ἄλλοτε δ' αὖ θρέξασκον ἐπὶ στίχας ἀλλήλοισιν.
πολλὸς δ' ἱμερόεντα χορὸν περιίσταθ' ὅμιλος,
τερπόμενοι· μετὰ δέ σφιν ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδὸς
φορμίζων· δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ' αὐτούς,
μολπῆς ἐξάρχοντος, ἐδίνευον κατὰ μέσσους.

V. 599. ὅτε μὲν ol. vulgo et H. — V. 600. ἅρμενον Etym. M. 769, 48. Strab. VII, 464, c. — V. 601. αἴκε θέλῃσιν Vind. quint. Lips. Flor. αἴκ' ἐθέλ. Harl. — V. 604. τερπόμενος Athen. V, 181, b. — V. 605. κυβηστῆρε Vind. quint., male. — V. 606.

potest sine ullo fere incommodo eas abesse posse, quod et iuvenum et puellarum habitus superioribus satis est descriptus. Gladiis vero cincti ne hodie quidem in choream solent descendere. Praeterea augurari licet e Pollucis Onomastico, quocum schol. Pindar. ad argument. Nem. fere concinit (habet enim τῶν c. [leg. αἱ] μὲν κ. στεφ. ἔχον), alios versus duo praecedentes neglexisse. Attamen et libri et alii testes emblema illud cognitum habuere, vid. praeter Pollucem et Pindari interpretem Dionys. Halicarn. l. all. Philostrat. iun. Imag. X, et Apoll. Lex. 396.

V. 599. Vitium accentus inveteratum, cuius nec libri neque Eustath. 1166, 2. expertes sunt, intelligenter sustulit Wolfius. Hoc iam postulabat schol. B. hisce: λέγει δὲ, ὅτι ποτὲ μὲν κυκλοτερῆ τὸν τρόμον ἐποιοῦντο, ποτὲ δὲ ἀντιμέτωπον ἀλλήλοις γινόμενοι κατ' ὀρθὸν δι' ἀλλήλων ἔθεον, add. Eustath. 1167, 14 sqq.

V. 600. Praeter Etymologicum utrumque versum Apoll. in Lex. 660. memoravit, spiritu rectius constituto, add. libros ci. Eustath. 1166, 3. Strabo vero l. all. Ephoro, qui Anacharsin Scytham rotae figuli inventorem dixit, Homeri versu obloquitur; in eadem tamen opinione fuit Posidonius, vid. Senecae epistol. XC, eo audaciae progressus, ut versus Homericos, qui contrarium docent, falsos haberet. Lipsiensi male adstipulatur Ernestius: vulgare enim et rei congruit et a Philostrato quanquam verba eius corruptela laborant, vindicatur, nec differt Eustath. 1166, 4.

V. 604. Schol. A.: τέρπομενοι· ἡ διπλῆ, ὅτι πρὸς τὸ σημαινόμενον, ὅμιλος τερπόμενοι, vid. Suid. II, 690. et Eustath. 1176, 18.

V. 606. Athenaeus V, 180, d sqq. Aristarchum et eius sectatores hosce versus sublatos in Odysseae libr. 4, 17 sqq. inscienter et incommode transfudisse uberius exponit. Eosdem veram scripturam germanam μολπῆς ἐξάρχοντος depravasse testatur,

*Ἐν δ' ἐτίθει ποταμοῖο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο*
*ἄντυγα πὰρ πυμάτην σάκεος πύκα ποιητοῖο.*
*Αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῦξε σάκος μέγα τε στιβαρόν τε,*
*τεῦξ' ἄρα οἱ θώρηκα, φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς·*
*τεῦξε δέ οἱ κόρυθα βριαρὴν κροτάφοις ἀραρυῖαν,*
*καλήν, δαιδαλέην· ἐπὶ δὲ χρύσεον λόφον ἧκεν·*
*τεῦξε δέ οἱ κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέροιο.*
*Αὐτὰρ ἐπεὶ πάνθ' ὅπλα κάμε κλυτὸς Ἀμφιγυήεις,*
*μητρὸς Ἀχιλλῆος θῆκε προπάροιθεν ἀείρας.*

μολπῆς ἐξάρχοντες V. Vindd. ol. vulgo et H. — Ib. ἰδίνεον Rom. et Eust. 1166, 8. — V. 611. κυνέην βριαρὴν Vind, ed. et ol. vulgo. — V. 613. ἑανοῦ editt. antiqq. et Herodian. περὶ λέξ. μον. 7, 31. —

neque enim saltatores initium chorene facere, sed cithara praecunte saltavisse. Ei quidem rationi assensum praebuit Wolfius in prolegom. p. 263 sq., ubi docte et copiose ea de re disserit, Heynio frustra dissentiente; add. Nitzsch. animadvers. ad Odyss. I, p. 202 sq. — Ib. Eustathii mendum omnes eximunt, versu autem superiore, si penes Athenaeum 81, E. fides est, Diodorus, Aristophanis discipulus, *καθ' αὑτοὺς* soloece proposuit. In Odyssea denique *κατὰ μέσσον* edi solet, idemque Iliadi aptius videri potest. Nam et poetae sermoni magis conducit (conf. dissertat. de vi et usu praeposit. *ἀνὰ* et *κατὰ* apud Homerum §. 16, p. 32) et praegressi clausula errorem facile potuit gignere. At libris invitis quidquam mutare nolui.

V. 606. Oceanum Welckerus quinto et ultimo clypei orbi assignat.

V. 611. Neglecto epitheto in editionibus principibus versus mancus ferebatur: id vero primum ex fuga retraxerunt doctiores, deinde *κόρυθα βρ.* Stephanus e Rom. et Eustath. 1167, 41, adscivit, Ven. Vindob. quint. et aliis plurimis consentientibus. Ante hunc versum lacunae signum posuit Bothius, ratus gladium a Vulcano Achilli ductum necessario requiri. Cui defectui ut mederetur, ad v. 459. Homeri Iliadem auxit novo incremento hoc: *τεῦξε δέ οἱ ξίφος ἄμφηκες, μέγα, ἀργυρόηλον.* At quum nec Thetis v. 458 sqq. gladium a Vulcano petat, neque ulla eius mentio apud Homerum iniiciatur, eo recte carebimus. Munificentior Bothio fuit Quint. in Posthom. V, 114 sqq., qui Achillis gladium verbis multis exornat: eum vero Vulcani opus fuisse negare videtur.

V. 613. Mendum passim oblatum libri pariter ac grammatici auferunt, vid. scholl. AV. Eust. 1167, 52. Apoll. in Lex. 237. Etym. M. 308, 20.

V. 614. integrum habes in Etym. M. 628, 18.

Digitized by Google

ἦ δ', ἶρηξ ὡς, ἆλτο κατ' Οὐλύμπου νιφόεντος
τεύχεα μαρμαίροντα παρ' Ἡφαίστοιο φέρουσα.

V. 616. ἶρηξ, Vind. ed. et, ut solent, editt. antiqq. — V. 617. τεύχεα καλὰ φέρουσα παρ' Ἡφαίστοιο ἄναχτος Eustath. 1167, 51. codd. para et V. L. apud schol. A. —

V. 616. Ionum de more ἶρηξ Homero frequentari vidimus ad 13, 819, conf. Eustath. 1167, 62.

V. 617. Διττογραφίαν a schol. A. allisque, ut Harleiano, annotatam Heynius repetit e vers. 137. Venet. Vindd. et libri plerique in vulgari aeque bono perstant.

Digitized by Google

# CONSPECTUS
# BIBLIOTHECAE GRAECAE
VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITAE
ET COMMENTARIIS INSTRUCTAE

CURANTIBUS

*FRIDERICO IACOBS*

ET

*VAL. CHR. FRIDER. ROST.*

---

Londini apud Black Young et Young.

---

## De nova Scriptorum praestantissimorum Graecorum editione praemissa narratio.

---

Saepe multumque homines literarum amantes, quum de veterum scriptorum, Graecorum imprimis, praestantia agitur, eorumque assidua lectio tanquam res ad animos generoso spiritu implendos, mores ad humanitatem formandos, sensum denique pulcri et decori acuendum et irritandum unice accommodata commendatur, dicentes audimus se summa clarorum antiquitatis ingeniorum admiratione captos nihil magis habere in votis, quam ut se totos eorum lectioni tradere possint; sed quum ipsis huic negotio nonnisi per subsecivas horas vacare, certe ei non omne tempus consecrare liceat, quotiescunque suis viribus freti Graecum aliquem scriptorem legere instituissent, tot se difficultates ubique offendere, ut nullum sine duce inveniant exitum, duces autem, quales velint, non habere. A quibus quum quaeritur, quid tandem habeant, quod in tot praestantibus veterum scriptorum editionibus, ab eruditissimis viris incredibili studio omnique mentis contentione ad criticam rationem institutis et expolitis, reprehendant, respondere solent se nihil in iis reprehendere, sed sollertiam potius grammaticis rebus totique critico generi adhibitam summopere admirari; sed se variis per vitae genus studiis et negotiis distractos, quum in veteribus legendis id imprimis anquirant, quod animum alat, non tam id, quod in singulis verbis literarumque apicibus verum sit, rimari, sed verborum sensum sententiarumque vim sibi expediri velle. Saepenumero enim fieri, ut in eiusmodi incidant locos, ex quibus se grammaticorum librorum ope lexicorumque praesidiis, non sine multa molestia temporisque impendio consultis, ex-

pedire non possint; ita ut plerumque ambigant, ignorantiane quadam sua in talibus locis haereant, an ob aliam causam; ipsorumne acumen incusandum sit, an scriptor, qui sensus animi non satis diserte explicuerit; aut an librarii quidam error subsit, qui sana vitiaverit, perspicua obscuraverit. Hanc ob causam se veterum scriptorum editiones requirere commentariis instructas, quibus textus, quem vocant, probabiliter constitutus ita explicetur, ut, omnibus, quae lectorem Graeci sermonis non rudem, rerum autem et antiquitatis ita peritum, ut in faciliore scriptore non haereat, morari legentisque cursum impedire possint, diligenter observatis, doceatur, quid sit illud, quod talis loci intelligentiae obstet; quo facto impedimentum aut removetur, aut, quod et ipsum est utilissimum, cur illud removeri nequeat, intelligitur.

Verum non viros solum, sed iuvenes etiam antiquitatis amore incensos Graecaeque linguae scientia probabiliter imbutos easdem querelas fundentes audivimus, quod commentariis, qui instar magistrorum essent, id est, qui ipsis domi veteres legentibus aut se ad lectionem scholasticam praeparantibus id, quod opus esset, offerrent, destituti, saepenumero a praestantissimis scriptoribus legendis deterrerentur; idque se tanto iniquiore ferre animo, quod in Latinis scriptoribus huiusmodi adminiculis non careant. Quas querelas quum idoneis rationibus non destitutas esse ultro appareret, nosque ipsi permultos adolescentes ingenuos propter hanc solam causam non tantum in Graecis literis proficere, quantum et vellent et possent, intellexissemus, nos, ut lectorum, quales descripsimus, desiderio satisfaceremus, doctissimis in hoc literarum genere viris consultis, Bibliothecam Scriptorum Graecorum condere statuimus, eo consilio paratam et instructam, ut eiusmodi lectorum, qui in legendis scriptis veterum ducis ope carere non possunt, qui plurimi sunt, usibus inserviat. In hac autem Bibliotheca nullus eorum scriptorum praetermittetur, qui intelligentissimorum omnis aevi hominum iudicio comprobati Classicorum nomine ornantur, inde a patre poeseos Homero usque ad Plutarchum et Lucianum, qui fere ultimi sunt eorum, qui ingenio et arte veteres aequiparant. Ex iis autem, qui in ordinem recepti sunt, ii, qui in scholis explicari solent, aut qui praeterea quum ob ingenii praestantiam tum ob argumenti, quod tractarunt, gravitatem a doctae antiquitatis studiosis negligi non debent, omnes exhibebuntur integri, ut Homerus, Pindarus, Tragicorum Trias, Theocritus, Herodotus, Thucydides, Plato, Xenophon; ex reliquis aliquot saltem opera, quae et gustum scriptoris possint propinare et prae ceteris lectu videantur dignissima, ut ex Aristophane quattuor Comoediae praestantissimae; ex Isocrate, Demosthene et Aeschine orationes laudatissimae selectae, sed illae omnes integrae; ex Plutarcho quattuor vitae, eae et ipsae integrae; et sic porro.

In his autem scriptoribus scriptorumque operibus edendis primum et praecipue ratio habebitur interpretationis. Erit autem interpretatio tum grammatica, id est ad verborum totiusque orationis vim explicandam composita, tum historica. Historicam appellamus eam, quae obscurioribus scriptorum locis vel ex historia proprie sic dicta vel ex antiquitatis scientia lumen accendit. Utraque autem ita dirigetur, ut, praetermissis iis, quae ad verborum significationem ex Lexicis, ad grammaticam rationem expediendam ex Grammaticis, quae omnium manibus teruntur, Butt-

Digitized by Google

manni, Matthiaei, Thierschii, Rostii; ad rerum denique intelligentiam ex vulgaribus historiae antiquitatisque compendiis *) facili negotio hauriri possunt, reliquarum difficultatum, quae his, quae diximus, adminiculis tolli posse non videantur, ratio habeatur omnium, ita ut obscura illustrentur, impedita explicentur, dubia et ambigua demonstrentur, cetera denique, quae vel ob textus depravationem vel ob alias causas expediri nequeant, notentur et significentur; id autem quanta maxima fieri poterit brevitate, sine ambagibus, dilucide et aperte.

Sed quum omnis interpretatio vana sit et inanis, nisi quae verbis recte constitutis tanquam certo et stabili fundamento nitatur, cura habebitur, ut textus exhibeatur ad criticam rationem, quantum ex iis, quae nunc habemus, praesidiis fieri poterit, accurate constitutus et ab operarum erroribus quam maxime mundus. In universum autem uniuscuiusque scriptoris textus exhibebitur is, qui a praestantissimis viris ad criticam rationem expolitus pro optimo et emendatissimo habeatur; ita tamen, ut, si quid in nostra editione ab editore novatum sit, id in brevi annotatione, cui locus inter textum et commentarium dabitur, significetur. Praeterea autem lectiones discrepantes, quae quidem memorabiles sint et ad sensum faciant, ex fontibus suis eodem loco commemorabuntur; neque coniecturis, si quae offerantur probabiles, locus ibi denegabitur.

Quum interpretationi historicae plurimum lucis affulgere soleat ex cognitione temporum, quibus quisque scriptor vixit et floruit, causarum etiam, quibus ad suscipiendum opus, quod tibi explicandum sumpseris, sit adductus, scientia; et si historicus sit, ex fontium quoque, ex quibus hauserit, accurata notitia: horum omnium brevis et succincta commemoratio fiet quum in praeloquio universo scriptori praemittendo, tum in argumentorum expositione. Ibidem breviter significabitur, quid a superioribus editoribus sit praestitum, quidve praestandum relictum sit. Indices adiicientur, ubi necessarium visum fuerit.

Huius autem Bibliothecae sic, ut diximus, institutae consilium ita a nobis susceptum est, ut coniuncta praestantissimorum virorum opera, qui se aut in iis ipsis scriptoribus, quos in collectione nostra sibi expoliendos et explicandos sumpserunt, iam diuturnum et fructuosum studium posuisse editis scriptis docuerunt, aut certe aliis in hoc genere operibus nomen suum humanitatis studiosis egregie commendarunt, totam hanc collectionem, Deo favente, intra sexennii spatium profligatum iri confidamus. Prodibit autem cum hac inscriptione:

*Bibliotheca Scriptorum Graecorum virorum doctorum opera recognita et commentariis instructa curantibus Friderico Iacobs et Valentino Christiano Friderico Rost.*

Complectetur illa haec;

---

*) Ubi opus visum fuerit, ad praestantissima in suo quaeque genere opera et ad Grammaticos quoque clarissimos lectores remittentur.

Digitized by Google

# A.

## Poetas.

Vol. I. II. Homeri Iliadem. ed. Dr. Franc. Spitzner, Gymn. Viteberg. Director.
Vol. III. IV. Homeri Odysseam. ed. G. W. Nitzsch, Prof. Rostochiensis.
Vol. V. Hesiodi Opera. ed. Dr. Carolus Goettling, Prof. Ienensis.
Vol. VI. Pindari Carmina. ed. Dr. Ludolph. Dissen, Prof. Göttingensis.
Voll. VII. VIII. Aeschyli Tragoedias. ed. Dr. Rudolph. Henr. Klausen, Prof. Bonn.
Vol. IX. X. Sophoclis Tragoedias. ed. Dr. Eduardus Wunder, Schol. Grimmensis Prof.
Vol. XI — XV. Euripidis Tragoedias. ed. Dr. Pflugk, Prof. Schol. Gedan.
Vol. XVI. Aristophanis Comoedias selectas. ed. Dr. Aug. Seidler, Prof. Halensis.
Vol. XVII. Theocriti Idyllia. ed. Dr. Ern. Frid. Wuestemann, Profess. Gymn. ill. Gothani.
Vol. XVIII. Callimachi Hymnos et Epigrammata. ed. Dr. Carolus Goettling.
Vol. XIX. Anacreontis Carmina, Sapphus et Erinnae Fragmenta. ed. Ernest. Anton Moebius, Schol. Detmold. Prof.
Vol. XX. Epigrammatum Graecorum Delectum novo ordine concinnatum. ed. Frid. Iacobs.

# B.

## Scriptores orationis pedestris.

Vol. I — IV. Herodoti Historiarum Libros IX. ed. Dr. Carolus Struve, Gymn. Regiomont. Direct.
Vol. V. VI. Thucydidis de bello Peloponn. libr. VIII. ed. Dr. Val. Chr. Fr. Rost.
Vol. VII — X. Xenophontis Opera. ed. Dr. Th. Bornemann, Schol. Misn. Prof.
Vol. XI — XXII. Platonis Opera. ed. Dr. G. Stallbaum, Schol. Thom. Lips. Prof.
Vol. XXIII. Isocratis Orationes selectas. ed. Io. Henr. Bremi, Canonicus et ad Carolinum Tigur. Prof.
Vol. XXIV. XXV. Demosthenis, Lysiae et Aeschinis Orationes selectas. ed. Io. H. Bremi.
Vol. XXVI. Plutarchi Vitas selectas. ed. Frid. Iacobs.
Vol. XXVII. Luciani Operum Delectum. ed. Dr. Carol. Struve.

Universa igitur Bibliotheca nostra constabit quadraginta septem voluminibus; cui tamen numero nos non ita adstrinxisse

Digitized by Google

videri volumus, ut, si editionis nostrae rationem satis probatam fuisse cognoverimus, non aliquot praeterea Supplementi causa adiiciamus volumina, eos praesertim scriptores, quorum initio nonnisi selecta dederimus opera, totos et integros exhibituri; tum Fragmentorum etiam ex deperditis scriptorum a nobis in ordinem receptorum operibus collectionem daturi.

Ceterum, ut singulae Bibliothecae nostrae partes separatim haberi possint, unicuique scriptori peculiaris praefigetur titulus.

Cura habebitur, ut scriptorum, quos edituri sumus, praestantiae externa species respondeat. Tres editiones prodibunt, omnes forma, quam vocant, octonaria maiore, in pluribus chartae generibus: una in charta pergamena optimae notae; altera in charta scriptoria; tertia denique in charta vulgari, candida illa et solida, qualem fere hic Prodromus demonstrat, sed meliore etiam; typis novis, elegantibus, luculentis; voluminibus modicis, unoquoque quadringentarum et quinquaginta aut octoginta paginarum. Eadem pagina simul verba scriptoris, simul commentarium Latino sermone scriptum, et inter utrumque variarum lectionum delectum repraesentabit. Summa diligentia curabitur verborum typis excusorum correctio, ut editio prodeat simul elegans et munda et emendata. Pretium constituetur emptoribus, quantum fieri poterit, minimum.

Ut autem, quod quidem in nobis est positum, nihil praetermissuri sumus, ut haec Collectio quum studio optimorum scriptorum illustrationi impenso, tum externa specie fiat commendabilis, ita viros bonarum literarum amantes, scholarum imprimis et studiosae inventutis magistros rogatos volumus, ut operi a nobis suscepto faveant idque discipulis suis et amicis de meliore commendent. Scripsimus Gothae mense Decemb. anni MDCCCXXIV.

*Fridericus Iacobs.*

Philos. Dr. Duci Sax. Goth. et Altenb. a Consil. Aul., Bibliothecae publ. et Numothecae Director, Ordinis Coron. Bavar. meritorum civil. Eques.

*Val. Christ. Frid. Rost.*

Philos. Dr. Professor Gymn. ill. Gothani.

---

Huius Bibl. Graecae prodierunt tomi hi:

| | L. | s. | d. |
|---|---|---|---|
| Aeschyli Tragoediae ed. Klausen. Vol. I. Sect. I. Agamemnon. . . . . | 0. | 6. | 6. |
| Anacreontis Carmina, Sapphus et Erinnae Fragmenta. ed. E. A. Moebius. . . | 0. | 3. | 0. |
| Delectum Epigrammatum Graecorum concinnavit Frid. Iacobs. . . . . | 0. | 10. | 0. |
| Demosthenis Orationes Selectae. ed. Bremi. Vol. I. . . . . | 0. | 6. | 6. |
| Vol. II. de Corona . . . . . | 0. | 4. | 6. |

Digitized by Google

| | L. | s. | d. |
|---|---|---|---|
| Euripidis Tragoediae. ed. Pflugk. Vol. I. | 0. | 8. | 6. |
| Sect. I. Medea. | 0. | 2. | 6. |
| Sect. II. Hecuba. | 0. | 2. | 6. |
| Sect. III. Andromache. | 0. | 2. | 6. |
| Sect. IV. Heraclidae. | 0. | 2. | 6. |
| Vol. II. Sect. I. Helena. | 0. | 2. | 6. |
| Sect. II. Alcestis. | 0. | 2. | 6. |
| Hesiodi Opera. ed. Goettling. | 0. | 4. | 6. |
| Homeri Illiadis Vol. I. ed. Spitzner. Sect. I. continens libr. I — VI. | 0. | 4. | 6. |
| Sect. II. continens libr. VII — XII. | 0. | 5. | 0. |
| Isocratis Orationes Selectae. ed. Bremi. | 0. | 4. | 6. |
| Lysiae et Aeschinis Orationes Selectae. ed. Bremi. | 0. | 10. | 0. |
| Pindari Carmina. ed. Dissen. II. Voll. | 1. | 1. | 6. |
| Platonis Opera. ed. Stallbaum. Vol. I. | 0. | 11. | 6. |
| Sect. I. Apolog. Socrat. et Crito una cum Disputatione de Platonis vita, ingenio et scriptis. edit. altera. | 0. | 4. | 6. |
| Sect. II. Phaedo. editio auctior | 0. | 4. | 0. |
| Sect. III. Symposium et Indices | 0. | 4. | 0. |
| Eiusdem Operis Vol. II. | 0. | 8. | 0. |
| Sect. I. Gorgias. | 0. | 4. | 6. |
| Sect. II. Protagoras. | 0. | 4. | 0. |
| Eiusdem Operis Vol. III. Politia. | 0. | 16. | 6. |
| Eiusdem Operis Vol. IV. | 0. | 10. | 6. |
| Sect. I. Phaedrus. | 0. | 4. | 6. |
| Sect. II. Menexenus, Lysis, Hippias uterque, Io. | 0. | 6. | 6. |
| Eiusdem Operis Vol. V. Sect. I. Laches, Charmides, Alcibiades uterque | 0. | 6. | 6. |
| Sophoclis Tragoediae. ed. Wunder. Vol. I. | 0. | 10. | 6. |
| Sect. I. Philoctet. | 0. | 4. | 0. |
| Sect. II. Oedip. Rex. | 0. | 2. | 6. |
| Sect. III. Oedip. Colon. | 0. | 4. | 6. |
| Theocriti Idyllia. ed. Wuestemann. | 0. | 9. | 0. |
| Xenophontis Cyropaedia. ed. Bornemann. | 0. | 12. | 0. |

Horum scriptorum Graecorum, quos nominavimus, iam plures in pluribus commentariis criticis merita laude ornati et de utilitate imprimis, quae a tironibus ex iis hauriri possit, commendati sunt; nec dubitamus, quin ceterae, quibus adornandis nunc opera datur, eorum Editiones eandem laudem experiantur.

Scr. Gothae. Calend. Decembr. MDCCCXXXIV.

*Guilielmus Hennings.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

3 9015 06696 8143

A 666492 DUPL